PLAVTI COMOEDIAE

RECENSVIT ET EMENDAVIT

FRIDERICVS LEO

VOLVMEN PRIVS

AMPHITRVO ASINARIA AVLVLARIA BACCHIDES CAPTIVI CASINA CISTELLARIA
CVRCVLIO EPIDICVS MENAECHMI MERCATOR

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCXCV

PRAEFATIO

Plauti fabularum fata quae per antiquitatis tempora fuerint exposui in libro quaestionum Plautinarum. hic de codicibus breviter memorabo quibus opus videtur ut meae adnotationis ratio percipiatur.

Duarum editionum antiquarum XXI fabularum corporis II. vel III. p. Chr. saeculo factarum singulis exemplaribus utimur, alterius Ambrosiano (*A*), alterius, ut dicere consuevimus, Palatino (*P*).

Ambrosiani codicis palimpsesti reliquiarum apographon publicavit Studemundus a. 1889; cuius apographi fidei adhibenda sunt Loewii testimonia ea quae cum ipso codice conferre Studemundo non licuerat, in Milite praesertim; de Poenulo Pseudolo Sticho vide apogr. p. 495. de lectione codicis ita rettuli ut puncto notaverim litteras quas Studemundus vel puncto vel interrogationis signo vel utroque incertas esse aut quarum loco alias litteras eodem iure enotari potuisse indicavit (apogr. p. XXXI); Loewio ubi certiora visa sunt quae Studemundo incertiora aut ubi Loewio apparere visa quae non apparuerant Studemundo, facile erat eorum testimonia coniungere omisso dubitationis signo aut pro amissarum litterarum cancellis signo dubitationis posito. aliquot fabularum lectionem post Studemundum cum codice contulerunt Goetzius et Schoellius; qua de re dixi in relationibus societatis Gottingensis 1895 p. 115.

Reliquorum codicum lectionem Ritschelii successorum editiones suppeditaverunt, quibus ita usus sum ut thesauris litterariis communem in usum propositis viros eadem studia sequentes uti semper homines deique concesserunt atque ut librorum collationes a me publici iuris factas viros doctos in suum usum vocaturos sperare solebam. aliud est apparatum criticum comparare, aliud scriptoris opus recensere et emendare; in Plauto utrumque facere mortalitas non concedit uni. illud praestari videbam et si a me praestandum fuisset negotium non recepissem; hoc

desiderari intellegebam. scio quid dicam nec refugiam apertius pluribusque verbis dicere si quis interrogabit. nunc satis erit accepta rettulisse promerentibus; neque enim magis recepissem negotium aut receptum exsecutus essem, nisi Loewii Goetzii Schoellii, quos honoris causa nomino, et virorum quorum opera illis in conferendis codicibus uti licuit fides spectata et probata esset.

Alterius editionis exemplar (*P*) restituitur ope codicum praeter palimpsestum omnium. cui editioni similiter accidit atque, ut uno exemplo defungar, Ciceronis epistularum corpori, scilicet ut praeter unum librum integrum duo editionis tomi separatim ad nostra tempora pervenerint. quorum alter VIII priores fabulas continet, alter XII posteriores (de ordine v. infra). integrum autem totius corporis exemplar (*B*) et ipsum ex duabus partibus illis compositum est, ut exposuit Chatelain palaeogr. lat. ad tab. II; codex *D*, qui ante partem alteram etiam prioris tres fabulas et dimidiam praebet, ante XII fabulas tria folia vacua habet. distinguendum est igitur inter prioris alteriusque tomi memoriam.

XX fabulas (non XXI, cum Vidularia in fine amissa sit), praemissa Querolo, continet codex Vetus Camerarii (*B*); fabulas XII posteriores, ut de his primum referamus, Decurtatus (*C*), eisdem praemissas primas tres cum Captivorum v. 1—503 Vrsinianus (*D*); atque XII fabularum unum librum reddunt *C* et *D*, cuius lectione cum altero *B* congruente archetypi unius lectio apparet, dissentiente ambigua est.

VIII priorum fabularum melior condicio est, siquidem praeter unum et solidum editionis *P* exemplar altero utimur excerpto. solidum recuperatur trium codicum lectione: 1. Veteris *B*. 2. Vrsiniani *D*. 3. eius quem reddunt Vossianus (*V*, cf. Schoellius Casinae praef. p. XIX—XXXIX), qui praebet Aulularium inde a v. 190, Captivos Curculionem Casinam Cistellariam, Epidici v. 1—244; Ambrosianus (*E*, cf. Goetzius Curculionis praef. p. VII—XVII), qui continet omnes omissis Aululariae versibus 191—605; Londinensis (*J*, cf. Goetzius Epidici praef. p. XVII sq.) item omnium VIII fabularum, qui ex gemello archetypove codicum *VE* cum interpolatione transscriptus et abiciendus est ubi *DE* vel *DV* vel *VE* praesto sunt (cf. ad Epid. 244); accedit Ottobonianus (*O*), qui praebet Captivorum versus 400—555 (v. ad l.). alterius quod dixi exemplaris excerptam lectionem habemus beneficio correctoris Veteris (B^2), qui per priorem partem codicis, i. e. per VIII fabulas, variam lectionem ascripsit de cuius praestantia identidem monuit praeter alios Seyffertus. indicasse satis erit versus Amph. 755 sq. Aul. 454 sq. Cas. 376 vel Aul. 537. 768 Capt. 420. 592. 806. 924 Cas. 240. 247. 488. 722. 868 sq.; dubitari non potest quin VIII fabularum altero codice ad emendandum librum

suum corrector usus sit, ut rarius per has fabulas coniectura uti debuerit. sequentes scilicet fabulas usque ad Militem mediam corrector multis coniecturis emendavit, pluribus frustra temptavit.

Vt servatam codicis quo Veteris corrector usus est variam lectionem gaudemus, sic periisse dolendum est schedas Adriani Turnebi, ex quibus quae ab ipso de locis non amplius quinquaginta enotata habemus composuit Goetzius in Poenuli praef. p. VII sq. habuit autem ille codex mediam inter *A* et *P* lectionem, qualem in multis ultimae antiquitatis libris extitisse consentaneum est, velut Senecae tragoediarum palimpsestus vel Isocratis Demosthenisque papyri medii sunt inter binas quas novimus horum scriptorum editiones antiquas. verum de Lambini 'libris veteribus', quorum fidei hic illic scriptura vel emendatio notabilis debetur, certo iudicari nequit.

Fabularum ordinem qualis in *A* et *P* obtinet obtinuitve proponam, quoniam ipse accuratiorem quo nos uti solemus litterarum ordinem secutus sum.

A	P
—	Amphitruo
— —	Asinaria
Bacchides	Aulularia
Captivi	Captivi
(Curculio)	Curculio
Casina	Casina
Cistellaria	Cistellaria
Epidicus	Epidicus
Mercator	Bacchides
Mostellaria	Mostellaria
Miles gloriosus	Menaechmi
Menaechmi	Miles gloriosus
	Mercator
Trinummus	Pseudolus
Truculentus	Poenulus
Vidularia	Persa
Poenulus	Rudens
Persa	Stichus
Pseudolus	Trinummus
Rudens	Truculentus
Stichus	Vidularia

Codicum lectionem eo modo adnotavi ut quae ad recensionem pertinerent exhiberem, singulorum codicum nisi quorum propria auctoritas esset proprietates non repraesentarem. propria autem auctoritas non est codicum *C* et *D* ubi *CD*, codicum *V* et *E* ubi *VE* coniuncti extant;

nulla auctoritas codicum coniunctorum *CD* ubi *AB* aut codicis *B* ubi *ACD* consentiunt. unius igitur *A* plane integra lectio adferenda erat. orthographiam codicum ubi latina est fere non mutavi, nisi quod *uo* pro *uu* ponere verum videbatur; quaesitiores formas velut *optumus voster quoius malumst* ubi testium unus alterve praebuit recepi, exaequare scripturam magis periculosum duxi quam inaequalem relinquere. alia certis de causis exclusi, velut *quom* praepositio vitio sic scribitur, quamvis vetustum vitium sit, *ausculari* etiamsi auditur, sonum scriptura exprimi non oportet; *veis sei* similia ubi in libris sunt recipere nolebam, neque enim Plautinam orthographiam in editione repraesentare licet et qui *Bacides* scribere animum inducat vel etiam quod paene traditum est (Cist. 657) *quomqueineiscam*, merito rideatur. rettuli de orthographicis in adnotatione quatenus ad rem pertinere iudicabam atque in hac ut in aliis rebus perfectam adnotationis aequabilitatem prae utilitate sprevi. item de personarum notis rettuli quantum satis videbatur, de versuum discriptione tantum in lyricis. scaenarum titulos cur in adnotationem relegaverim exposui quaest. Plaut. p. 13[3].

Hiatus traditos reliqui, sed virorum doctorum coniecturas adnotavi fere nisi in ablativo hiari videtur tantum vel simili modo vetustioribus verborum formis mensurisve hiulco sermoni succurri potest; de qualibus fere non monui nisi in re obscuriore. ipse de quibus hiatus generibus iam dubitem in quaest. Plaut. p. 302 sq. 308 sq. significavi. ceterum et aliena et mea coniectura emendavi quae potui ac sedulo curavi, quod non sine causa affirmo, ut quae alii utilia protulissent non praetermitterem; aliena si occupavi, me nolente factumst, nec dici oportet quotiens mea aliis, qui item postea eadem invenerunt, libenter tradiderim. versus quos emendatione non egere iudicabam si etiam doctis viris molestos esse posse videbam, brevissime fere quomodo ipse intellegerem indicavi.

Sero mihi advenerunt, ut huic saltem priori volumini adhibere non potuerim, et alia virorum doctorum scripta et Palmeri Plautina (Hermath. 20 p. 56 sq.), Nencinii emendationes Plautinae (stud. Ital. III p. 71 sq.), Seyfferti relatio Muelleri actis huius anni inserta, Goetzii et Schoellii editionis minoris fasciculus III (primo secundo quarto in corrigendis plagulis usus sum), Haveti Amphitruo.

Alterum volumen iam imprimi coeptum est nec morabitur quin suo tempore in publicum prodeat.

Vnum verbum addam quod ad rem pertinet. ante hos decem annos quattuor primas fabulas edidi nec paratus satis nec negotii difficultate satis perspecta, ut et alii me docuerunt et mox ipse didici. curavi autem ne in re gravi mihi ipse deessem atque ineunte a. 1889 rursus opus

aggressus sex annis perfeci saepe propter alia studia remissum, numquam incisum. iam lectoribus librum et iudicibus traditum volo philologis, id est viris bonis discendi peritis.

Scribebam Gottingae Nonis Iuliis.

Fridericus Leo.

CORRIGENDA

p. 69 *Asin. 426 lege* splendorem
p. 172 *Bacch. 1145 lege* nostros
p. 401 *Men. 487* „ MEN. Quis hic est
p. 404 *Men. 545* „ ANC. Da
p. 461 *Merc. 643* „ CHAR. Edepol

A codex Ambrosianus G 82 sup. palimpsestus saeculi ut videtur IV. plane desunt tres primae fabulae et Curculio, praeter duo folia (905 sq. 1008 sq.) Captivi, incipit Bacch. 476; ceterum vide adnot.

A n. l. i. e. *A non legitur.*

puncta subscripta litteras incertas indicant, cancelli suppletas. vocabulis ita signatis ubi praeter *A* aliorum codicum notae accedunt, puncta cancellive tantum ad *A* pertinent.

P editionis Palatinae signo usus sum tantum ubi de *A* testimonium oppositum est. ceterum codicum praeter *A* consensum significat scriptura nullo signo ascripto.

B cod. Palatinus Vaticanus 1615 saec. X, 'vetus' Camerarii, continet post Querolum XX fabulas amissa in fine Vidularia.

B^2 codicis corrector, de quo vide p. IV.

C cod. Palatinus Heidelbergensis saec XI ineuntis, 'decurtatus' Camerarii, continet XII fabulas inde a Bacchidibus (ordinem vide praef. p. V).

D Vaticanus 3870 saec. XI, Vrsinianus, continet easdem praemissis Amphitruone Asinaria Aulularia Captivorum v. 1—503.

V cod. Leidensis Vossianus Q 30 saec. XII ineuntis, continet Aululariam inde a v. 190, Captivos Curculionem Casinam Cistellariam, Epidici v. 1—244.

E cod. Ambrosianus I 257 inf. saec. XII exeuntis, continet VIII fabulas priores.

J cod. Londinensis musei Britannici $\frac{15\ C}{11}$ saec. XII (Chatelain tab. IV[a] adhuc eum ascribit saeculo XI), continet VIII fabulas priores.

ϛ codicum ab Italis correctorum scripturae. quibus debentur etiam emendationes quarum nullus auctor indicatur.

v. l. i. e. *varia lectio.*

L. littera interdum meas emendationes significavi.

⟨ ⟩ suppleta, [ ] praeter codicis *A* lectionem interpolata notant.

AMPHITRVO

ARGVMENTVM I

In faciem versus Amphitruonis Iuppiter,
dum bellum gereret cum Telobois hostibus,
Alcmenam uxorem cepit usurariam.
Mercurius formam Sosiae servi gerit
absentis: his Alcmena decipitur dolis.
postquam rediere veri Amphitruo et Sosia,
uterque deluduntur in mirum modum.
hinc iurgium, tumultus uxori et viro,
donec cum tonitru voce missa ex aethere
adulterum se Iuppiter confessus est.

ARGVMENTVM II

Amore captus Alcumenas Iuppiter
Mutavit sese in formam éius coniugis,
Pro patria Amphitruo dum decernit cum hostibus.
Habitu Mercurius ei subservit Sosiae.
Is advenientis servum ac dominum frustra habet.
Turbas uxori ciet Amphitruo, atque invicem
Raptant pro moechis. Blepharo captus arbiter
Vter sit non quit Amphitruo decernere.
Omnem rem noscunt. geminos Alcumena enititur. +

INCIPIT PROLOGVS IN AMPHITRIONEM PLAVTI POETĘ *B, om. DE*
1 amphitrionis *BD*, amphytrionis *E, et sic plerumque* (*Loewius Goetzius praef. VII*) 2 thelobois; *sic vel* telob. *ubique DE*, teleb. *B v. 414. 418* 3 alcumenam, 5 alcumena; *fort.* e *corripuit* (*Vssingius*) 7 deluduntur ς: deluduntur dolis immirum *DE*

AMPHITRIO. ARGVMENTVM *B* 1 alcumenae D^2; *cf. v. 486. 872* 3 cernit B^1DE 8 *cf. frg. 19* 9 alcumena: illa *Bothius*

PERSONAE

MERCVRIVS deus
SOSIA servus
IVPPITER deus
ALCVMENA matrona
AMPHITRVO dux
BLEPHARO gubernator
BROMIA ancilla

SCAENA THEBIS

MERCVRIVS prologus

Vt vos in vostris voltis mercimoniis
emundis vendundisque me laetum lucris
adficere atque adiuvare in rebus omnibus
et ut res rationesque vostrorum omnium
bene ⟨me⟩ expedire voltis peregrique et domi
bonoque atque amplo auctare perpetuo lucro
quasque incepistis res quasque inceptabitis,
et uti bonis vos vostrosque omnis nuntiis
me adficere voltis, ea adferam, ea uti nuntiem
quae maxime in rem vostram communem sient
(nam vos quidem id iam scitis concessum et datum
mi esse ab dis aliis, nuntiis praesim et lucro):
haec ut me voltis adprobare adnitier,
[lucrum ut perenne vobis semper suppetat]
ita huic facietis fabulae silentium
itaque aequi et iusti hic eritis omnes arbitri.
Nunc cuius iussu venio et quam ob rem venerim
dicam simulque ipse eloquar nomen meum.
Iovis iússu venio, nomen Mercurio est mihi.
pater huc me misit ad vos oratum meus,

MERCURIUS *inscr. BD* *prologus ad ipsam fabulam pertinens et Plautinus, sed amplificatus et aliis modis renovatus, ut pristina forma restitui nequeat. cf. ad v. 14. 17 sq., 26 sq. 64 sq. 93. 161 sq. 120 sq. 131 sq.* 5 ⟨me⟩ *Lomanus necessario, cum verbum intransitivum sententia non admittat* peregreque B^2, *cf. 352 Trin. 596 Pers.* 29^a 9 uti *ad verbum utrumque pertinet, cf. 842. Most. 414 Poen. 912 Epid. 267* 14 *versus lucrum non nuntios spectans male additus in fine comprehensionis* 17—19 *recentiores sunt quam 1—16, quorum tenor Mercurium spectatoribus notum ostendit, praesertim v. 11. 12; sed hoc Plauto atticum prologum vertenti an retractatori tribuendum sit dubites* 17 uenerim *cf. Brixius ad Mil. 518* 19 mercurii (-ri *D*)

tam etsi, pro imperio vobis quod dictum foret,
scibat facturos, quippe qui intellexerat
vereri vos se et metuere, ita ut aequom est Iovem;
verum profecto hoc petere me precario
a vobis iussit, leniter, dictis bonis.
etenim ille, cuius huc iussu venio, Iuppiter
non minus quam vostrum quivis formidat malum:
humana matre natus, humano patre,
mirari non est aequom, sibi si praetimet;
atque ego quoque etiam, qui Iovis sum filius,
contagione mei patris metuo malum.
propterea pace advenio et pacem ad vos affero: +
iustam rem et facilem esse oratam a vobis volo,
nam iusta ab iustis iustus sum orator datus.
nam iniusta ab iustis impetrari non decet,
iusta autem ab iniustis petere insipientia est;
quippe illi iniqui ius ignorant neque tenent.
nunc iam huc animum omnes quae loquar advortite.
debetis velle quae velimus: meruimus
et ego et pater de vobis et re publica;
nam quid ego memorem (ut alios in tragoediis
vidi, Neptunum Virtutem Victoriam
Martem Bellonam, commemorare quae bona
vobis fecissent) quis bene factis meus pater,
deorum regnator * architectus omnibus?
sed mos numquam illi fuit patri meo, +
ut exprobraret quod bonis faceret boni;
gratum arbitratur esse id a vobis sibi
meritoque vobis bona se facere quae facit.

---

26 *sq. debilitant locum qui sequitur 86 sq.; postea adiecti videntur v. 26—38* (*cf. ad v. 33*) 32 fero *Acidalius;* pacem (*sic E*) aduenio et ad uos affero *Lindemannus* 33 *cf. Langenus symb. 318 sq.; item ad v. 50. 64* 34 iusta *Bothius:* iuste, *cf. ad 106* 36 peterest insipientia *O. Brugmanus, cf. 152, Poen. 1090 Pseud. 448; nec vitiosum* íniustís 37 illi D^2: nulli *B,* inilli D^1E 38 iam *del. Fleckeisenus, cf. Langenus symb. 288* huc *cf. Abrahamus stud. Pl. 220* omnes: ad ea *E* *cf. Nordenus mus. Rhen. 49, 204 sq.* 39 uelimus et B^2 41 ut — 44 fecissent *secrevit Vssingius* 44 quis *cf. Most. 1040* 45 architectust *Pareus,* hominibus *Palmerus; sed et orationi et sententiae deest concinnitas. talia interciderunt:* ⟨uos florentes fecerit, populis rerum omnium⟩ 46 *cf. Merc. 513; Men. 750;* sed mos nequam illi (*vel* ille) fuit patri numquam meo *Redslobius N. phil. rundsch. 1892, 6* 47 exprobaret *B* 49 fecit

Nunc quam rem oratum huc veni primum proloquar,
post argumentum huius eloquar tragoediae.
quid? contraxistis frontem, quia tragoediam
dixi futuram hanc? deus sum, commutavero.
eandem hánc, si voltis, faciam ex tragoedia
comoedia ut sit omnibus isdem vorsibus.
utrum sit an non voltis? sed ego stultior,
quasi nesciam vos velle, qui divos siem.
teneo quid animi vostri super hac re siet:
faciam ut commixta sit: ⟨sit⟩ tragicomoedia.
nam me perpetuo facere ut sit comoedia,
reges quo veniant et di, non par arbitror.
quid igitur? quoniam hic servos quoque partes habet,
faciam sit, proinde ut dixi, tragicomoedia.
nunc hoc me orare a vobis iussit Iuppiter,
ut conquaestores singula in subsellia
eant per totam caveam spectatoribus,
si cui favitores delegatos viderint,
ut is in cavea pignus capiantur togae;
sive quí ambissint palmam histrionibus
sive cuíquam artifici, si per scriptas litteras
sive qui ípse ambissit seu per internuntium,
sive adeo aediles perfidiose cui duint,
sirempse legem iussit esse Iuppiter,
quasi mágistratum sibi alterive ambiverit.

---

50 quam ob rem, *sed* ob *sup. v., B;* quam rem *vix differt a pronomine* 54 faciam ⟨iam⟩ *Lachmannus* ex *B: superscr. D,* et *E* 55 commoedia (-am *D*) omnibus isdem *quem explicatum habere possit indicavi Vind. Plaut. 7; cuius generis versus propter* s *detritam non temptabo coniecturis* 56 tit 59 *supplevi* tragico (traico *E*) comoedia, *item v. 63; schol. Stat. Theb. 4, 147* de qua (?) Plautus tragicocomoediam dixit *cf. Meinekius hist. crit. 247* 64—85 *ut qui ad subsellia publice ordinata pertineant (non ad privata vel graeca ut Poen. 1224, Aul. 718) post a. 600 factos esse probabiliter statuit Ritschelius parerg. 212 sq.; Plauti prologus benignitatem spectatorum aliis verbis conciliasse videtur* 65 conquisitores, *item 82 Merc. 665; cf.* conquaestor *Varro de l. l. 6, 79,* queistores *CIL. 9, 3849* singuli *BED*[2] (*unde Fabricius Servio addidit, ad Aen. 8, 636*) 67 fautores *B, Nonius 99 praeter Harl.*[1] 68 iis 69 siue *hic et 70. 71 monosyllabum facias* (*cf. ad 84*) *sive scribas* seu, *ut est* seu per *v. 71.* qui *hic valere potest* ques, *sed expecto* qui ⟨cui⟩ a. palmam ⟨ex⟩ h. ambissent, *corr. Fruterius hic et v. 71* 70 si *L.:* seu 71 ambisset *DE,* ambissent *B* 72 aedibiles *B* 73 si similem rem ipse inlegem *codd., corr. Scaliger* (*de corruptela cf. Festus 344*) 74 alteriue *cf. Langenus symb. 97; sed legum sermo sollemnis ne a Plauto quidem alienus foret*

virtute dixit vos victores vivere,
non ambitione neque perfidia: qui minus
eadem histrioni sit lex quae summo viro?
virtute ambire oportet, non favitoribus.
sat habet favitorum semper qui recte facit,
si illis fides est quibus est ea res in manu.
hoc quoque etiam mihi ⟨pater⟩ in mandatis dedit,
ut conquaestores fierent histrionibus:
qui sibi mandasset delegati ut plauderent
quive quo placeret alter fecisset minus,
eius órnamenta et corium uti conciderent.
mirari nolim vos, quapropter Iuppiter
nunc histriones curet; ne miremini:
ipse hanc acturust Iuppiter comoediam.
quid? admirati estis? quasi vero novom
nunc proferatur, Ióvem facere histrioniam;
etiam, histriones anno cum in proscaenio hic
Iovem invocarunt, venit, auxilio is fuit.
[praeterea certo prodit in tragoedia.]
hanc fabulam, inquam, hic Iuppiter hodie ipse aget,
et ego una cum illo. nunc ⟨vos⟩ animum advortite,
dum huius argumentum éloquar comoediae.
    Haec urbs est Thebae. in illisce habitat aedibus
Amphitruo, natus Argis ex Argo patre,
quicum Alcumena est nupta, Electri filia.
is nunc Amphitruo praefectust legionibus,
nam cum Telobois bellum est Thebano poplo.
is prius quam hinc abiit ipsemet in exercitum,
gravidam Alcumenam úxorem fecit suam.
nam ego vos novisse credo iam ut sit páter meus,

---

79 habere *B ante corr.* 81 ⟨pater⟩ ς *post* dedit 82 *cf. ad 65* 83 mandassent, *corr. Bentleius* 84 quiue *fort. monosyllabum* (*v. s. ad 69*); quiue alter quo pl. *Guietus.* placerent, *corr. Pius* 88 acturus est 89 *fort.* ⟨tamen⟩ admirati 90 *proceleumatici hoc senarii loco nullum certum exemplum* (*cf. velut Aul. 543*) 91 in *om. E* 92 inuocaverunt *B ante corr.* 93 *post v. 90, qui ad tragoediam pertinet, non apte insertus* (*cf. Vssingius*) 95 ⟨uos⟩ *Pylades* 96 argumentum huius *Pylades* 98 Argum *Nonius 487 et schol. Aen. 1, 268* Argivum *intellegunt, non recte; alii* Alcaeum *substituerunt* (Argis Alcaeo patre *Fleckeisenus, cf. Caesar diss. Argent. 11, 195*) 100 praefectus est 101 est bellum, *corr. Pylades* populo *BD* 102—109 *cf. 1135 sq.* 103 fecit uxorem *Fruterius* 104 meus pater *Bothius*

quam liber harum rerum multarum siet
quantusque amator sit quod complacitum est semel.
is amare occepit Alcumenam clam virum
usuramque eius corporis cepit sibi,
et gravidam fecit is eam compressu suo.
nunc de Alcumena ut rem teneatis rectius,
utrimque est gravida, et ex viro et ex summo Iove.
et meus pater nunc intus hic cum illa cubat,
et haec ob eam rem nox est facta longior,
dum ⟨cum⟩ illa quacum volt voluptatem capit;
sed ita adsimulavit se, quasi Amphitruo siet.
nunc ne hunc ornatum vos meum admiremini,
quod ego huc processi sic cum servili schema:
veterem atque antiquam rem novam ad vos proferam,
propterea ornatus in novom incessi modum.
nam méus pater intus núnc est eccum Iuppiter;
in Amphitruonis vertit sese imaginem
omnesque eum esse censent servi qui vident:
ita versipellem se facit quando lubet.
ego servi sumpsi Sosiae mi imaginem,
qui cum Amphitruone abiit hinc in exercitum,
ut praeservire amanti meo possem patri
atque ut ne, qui essem, familiares quaererent,
versari crebro hic cum viderent me domi;
nunc, cum esse credent servom et conservom suom,
haud quisquam quaeret qui siem aut quid venerim.
pater nunc intus suo animo morem gerit:
cubat complexus cuius cupiens maxime est;
quae illi ad legionem facta sunt memorat pater

---

105 ‘*quam multa eiusmodi licenter agat*’ *Gronovius* 106 siet *de constructione cf. 34. 166* 108 coepit, *item Nonius 231* 114 ⟨cum⟩ *Lindemannus* quacum *cf. Bacch. 851 Cist. 587* 116—119 *huc non pertinent nec cum sequentibus cohaerent; ante narrationem argumenti locum habent, nam vetus atque antiqua res, quae nova profertur, argumentum est. post v. 92 ante v. 97 olim audiebantur. huc transpositis adiecti sunt 120. 121 post v. 112. 115 intolerabiles* 116 ornatum hunc *Priscianus 1, 199* 117 huc ego (ergo *53*) processi cum s. s. *Charisius 53 et 144* praecessi *Noni p. 224 Lugd. Harl.*[1] schema *testantur grammatici* (*adde Probi cath. 6 Pompei. 197*), *cf. ad Pers. 463* 120 *proceleumaticus in hac sede frequens, cf. v. 889. 947* 123 iubet *E* 125 abiit, *cf. Donatus ad Ad. 1, 1, 2* 129 credens *E* 131—139 *postea adiecti videntur*

meus Alcumenae: illa illum censet virum
suom esse, quae cum moecho est. ibi nunc meus pater
memorat, legiones hostium ut fugaverit,
quo pacto sit donis donatus plurimis.
ea dona, quae illic Amphitruoni sunt data,
abstulimus: facile meus pater quod volt facit.
nunc hodie Amphitruo veniet huc ab exercitu
et servos, cuius ego hanc feró imaginem.
nunc internosse ut nos possitis facilius,
ego has habebo úsque in petaso pinnulas;
tum meo patri autem torulus inerit aureus
sub petaso: id signum Amphitruoni non erit.
ea signa nemo hórum familiarium
videre poterit: verum vos videbitis.
sed Amphitruonis illic est servos Sosia:
a portu illíc nunc cum lanterna ádvenit.
abigam iam ego illum advenientem ab aedibus.
adeste: erit operae pretium híc spectantibus
Iovem et Mercurium facere hístrioniam.

SOSIA I 1

Qui me álter est audácior   homo aút qui confidéntior,
iuventútis mores qui sciam,   qui hoc noctis solus ambulem?
quid faciam nunc, si tres viri   me in carcerem compegerint?
inde crás quasi e promptaria   cella depromar ad flagrum,
nec causam liceat dicere   mihi, néque in ero quicquam auxili
nec quisquam sit quin me ⟨malo⟩ omnes esse dignum deputent.
ita quasi incudém me miserum hómines octo válidi caedant:

134 censet illa *Fleckeisenus; item versuum 141. 143. 146. 149. 151. 152 hiatus facili opera tolluntur, sed nusquam praeter hiatum offensio est* 137 donis sit *Salmasius* 139 quot B^1DE 140 sq. *cf. Frantzius de comoediae Atticae prologis 40* 143 impetaso B^1D pinulas B^1DE 144 torrulus 145 suppetaso, *cf. 143. 256; fort.* suo in petaso 149 laterna *B* 150 *vel* illunc 151 adest ferit, *corr. Palmerius* SOSIA MERCURIUS *BE; titulos usque ad v. 1053 om. spatio relicto D* 156 quasi *suprascriptum* B^2: *om.* promptuaria *correxerunt ex Apuleio (apol. 54 ext.* e cella promptuaria), *sed Cato de agri cult. p. 25, 7 K.* armarium promptarium, *ut in versu Ausonius p. 183, 46 Sch.* 157 auxili *L.:* auxilii siet 158 ⟨malo⟩ *Muellerus* *inter* 160 *et* 161 *anticipatur v. 173, qui infra repetitur*

ita peregre adveniens hospitio publicitus accipiar. 161. 162
haéc eri immodéstia
coegit, me qui hoc noctis a portu ingratiis excitavit.
nonne ídem hoc luci me míttere potuit?
opulénto homini hoc servitús dura est,
hoc mágis miser est divítis servos:
nóctesque diésque assiduó satis superque est
quód facto aut dícto adeost ópus, quietus ne sis.
ípse dominus díves, operis ét laboris expers,
quódcumque homini áccidit libére, posse retur:
aéquom esse putát, non reputát laboris quid sit.
[nec aéquom anne iníquom imperét cogitábit.]
ergo ín servitúte expetúnt multa iníqua:
habéndum et ferúndum hoc onúst cum labóre.
Merc. Satiúst me queri íllo modó servitútem:
hodié qui fuerim líber,
eúm nunc potívit patér servitútis,
hic qui verna natus est queritur.
Sos. Sum véro verna vérbero: num número mi in mentém fuit,

161—164 *metra incerta. Priscianus 2, 422 haec cola iambica novit:* ita peregre aduenieus *et* qui hoc noctis a portu *dimetros brachycatalectos,* ingratis excitauit *dimetrum catalecticum,* hospitio publicitus accipiar *dimetrum hypercatalectum* 162 puplicitus 163. 164 *uno versu* 164 *baccheorum speciem habet* ingratis 165 hoc luci *testatur Charisius 203 (Sisenna) colon Reizianum duplex* 166. 167 *anapaesti* 167 diuitiis B^1DE *mira res (cf. Philem. frg. 56 K., Arist. Plut. 1) merito gravius iterum effertur* 168—172 *ionicos esse post Bentleium vidit Hermannus elem. doctr. metr. 458 sq.; schema hoc est:* – ⏖ – ⏑⏑ – ⏖ – ⏑⏑ ⏖ ⏑ – ⏓ – –, *anaclasis in priore parte v. 171* accidit li — *et ut libet v. 170. cf. ad Pseud. 1275 sq.* 169 quo, *corr. Muellerus* adest, *corr. Lachmannus* quietis D^1, quietistus E^1 171 *cf. Cic. ad fam. 3, 10, 5; 6, 11, 1. non recte Schoellius ad Capt. 171.* posse *scil.* hominem, *deinde* aequom esse *scil.* quod ut libeat acciderit (*cf. Langenus stud. Pl. 234*) 173 *v. s. post 160* (*ubi* cogitabat *E*). *versus una cum 172 ferri nequit; insiticium evincit* cogitabit *futurum. cf. v. sq.* iniqua 175 onus est B^2: opus est 176. 177 *et* 178. 179 *coniuncti* 176 M. *om.* BD^1E, *item 180. 185. 186. notarum omissionem fere non indicabo nisi ubi dubitatio oriri possit* 178 potuit B^1DE 179 qui *om. Noni 43 Lugd. Harl.*[1], *quo colon fit quale 177* (hic uérna natust: quéritur), *sed ne sic quidem sermo concinnus. possis velut* ⟨quor⟩ queritur? (quid hic uérna natus quéritur? *Redslobius N. phil. rundsch. 1892, 6*) quaeritur, *item Nonius* 180 Sos. *om.* BD^1E; *item fere in sq. vernae potius quam empticio convenit deos eriles adloqui. adnominatio ut v. 1033* num numero *L.:* nunc uero *codd.,* num uero *Gellius 1, 7, 17* (*testatus* in mentem), numero *Nonius 352 s. v.* (*non ex Gellio*)

dis advenientem gratias pro meritis agere atque alloqui?
ne illi edepol si merito meo referre studeant gratiam,
aliquem hominem allegent qui mihi advenienti os occillet probe,
quoniam bene quae in me fecerunt ingrata ea habui atque inrita.
MERC. Facit ille quod volgo haud solent, ut quid se sit dignum sciat.
SOS. Quod numquam opinatus fui neque alius quisquam civium
sibi eventurum, id contigit, ut salvi poteremur domi.
victores victis hostibus legiones reveniunt domum,
duelló exstincto maximo atque internecatis hostibus.
quod multa Thebano poplo acerba obiecit funera,
id vi et virtute militum victum atque expugnatum oppidum est
imperio atque auspicio eri mei Amphitruonis maxime.
praeda atque agro adoriaque adfecit populares suos
regique Thebano Creoni regnum stabilivit suom.
me a portu praemisit domum, ut haec nuntiem uxori suae,
ut gesserit rem publicam ductu imperio auspicio suo.
ea nunc meditabor quo modo illi dicam, cum illo advenero.
si dixero mendacium, solens meo more fecero.
nam cum pugnabant maxume, ego tum fugiebam maxume;
verum quasi adfuerim tamen simulabo atque audita eloquar.
sed quo modo et verbis quibus me deceat fabularier,
prius ipse mecum etiam volo hic meditari. sic hoc proloquar.
Principio ut illo advenimus, ubi primum terram tetigimus,
continuo Amphitruo delegit viros primorum principes;
eos legat, Telobois iubet sententiam ut dicant suam:
si sine vi et sine bello velint rapta et raptores tradere,
si quae asportassent redderent, se exercitum extemplo domum
reducturum, abituros agro Argivos, pacem atque otium
dare illis; sin aliter sient animati neque dent quae petat,

---

182 studeam *B ante corr.* gratias, *corr. Reinius* 183 *CGL. 2, 260* *βωλοκόπος* occiliator; *βωλοστροφῶ* occo occilio pastino repastino 184 qui *BD*¹ 187 potiremur, *item Nonius 498* domi *testatur Nonius:* domum 189 *hiatum non hiatum in ablativo non notabo singillatim* internecatis hostibus *molestum post v. 188* uictis hostibus. *cf. Pers. 753. fort. v. 188 ante 195 ponendus* 190 qui populo 192 ampytrionis *E*, *item* (p) *242* 199 tum *om. B*¹*DE* 202 si *E*, *Noni 351 codicum pars* (*non Lugd.*) haec *Fleckeisenus* 207 quas *B*¹ reddere *B*² si *B* 208 *mire Argivos nuncupat, quasi Helena a Troianis poscatur* 209 sient: essent *Nonius 128*, fuerint *Donatus ad Eun. 1, 1, 1* petant *D*¹, *Nonius, Donatus*

sese igitur summa vi virisque eorum oppidum oppugnassere.
haec ubi Telobois ordine iterarunt quos praefecerat
Amphitruo, magnanimi viri freti virtute et viribus
superbe nimis ferociter legatos nostros increpant,
respondent bello se et suos tutari posse, proinde uti
propere ⟨irent⟩, de suis finibus exercitus deducerent.
haec ubi legati pertulere, Amphitruo castris ilico
producit omnem exercitum. Teloboae contra ex oppido
legiones educunt suas nimis pulcris armis praeditas.
póstquam utrimque éxitum est máxima cópia,
dispertiti viri, dispertiti ordines,
nos nostras more nostro et modo instruximus
légiones, item hóstes contra légiones suas ínstruont.
deínde utrique ímperatóres in medium éxeunt,
éxtra turbam órdinum cólloquontúr simul.
convenit, victi utri sint eo proelio,
urbem agrum aras focos seque uti dederent.
postquam id actum est, tubae contra utrimque occanunt,
consonat terra, clamorem utrimque efferunt.
imperator utrimque, hinc et illinc, Iovi
vota suscipere, ⟨utrimque⟩ hortari exercitum.
⟨tum⟩ pro se quisque id quod quisque potest et valet
edit, ferro ferit, tela frangunt, boat
caélum fremitú virum, ex spíritu atque anhélitu
nébula constát, cadunt vólnerum ví viri.
denique, ut voluimus, nostra superat manus:
hostes crebri cadunt, nostri contra ingruont

---

210 ui uirisque: uiresque *Nonius,* uirilisque *Donatus* eorum *om. Donatus* oppidum oppugnassere *Donatus:* oppidum expugnassere (-asse *BE*) *codd.*, oppugnatus se oppidum *Nonius*, *corr. Lindemannus* 213 superbi ς 215 *supplevi* exercitum *Boxhornius* 216 *de pugna cf. Wilamowitzius Eur. Her.* 2, 242 [e] castris ς 217 contra theloboe, *corr. Bergkius* (*cf. Vsenerus ind. Gryphisw. 1866 p. 10. 13*) 218 reducunt *B*¹, seducunt *B*² 221 *sq. sic dispositi:* nos — item | hostes — instruont, *corr. Spengelius* 223. 233 *bini cretici cum trochaeis* (*dim. catal.*) *coniuncti cf.* 242. 245. 237. 247 223 *velut Sall. Cat.* 30, 4 ei utrique ad urbem imperatores erant 224 colloquuntur 227 contra utrimque occanunt *Bergkius:* utrimque canunt contra 228 clamoremque *B* 230 ⟨utrimque⟩ *Spengelius reformv.* 4 231 *supplevi* id *fort. delendum* 233 ex: et *Nonius* 272 234 uolnerum ui uiri *Luchsius:* uulneris ui et uirium (uirum *D*¹); -um *ad corrigendum* -is *ascriptum fuit* 235 uolumus *B*¹*DE* 236. 237 *uno versu*

[vicimus] vi feroces.
sed ÷ fugam in se tamen nemo convortitur
nec recedit loco quin statim rem gerat;
animam omittunt prius quam loco demigrent:
quisque ut steterat iacet optinetque ordinem.
hóc ubi Amphítruo erus cónspicatust,
ilico equités iubet déxtera indúcere.
equites parent citi: ab dextera maximo
cúm clamore involant ímpetu alacri,
foédant et próterunt hóstium cópias
iúre iniustas.
MERC. Numquam étiam quicquam adhúc verborum est prólocutus pérperam:
namque ego fui illi in re praesenti et meus, cum pugnatum est, pater.
SOS. Perduelles penetrant se in fugam; ibi nostris animus additust:
vortentibus Telobois telis complebantur corpora,
ipsusque Amphitruo regem Pterelam sua obtruncavit manu.
haec illic est pugnata pugna úsque a mani ad vesperum
(hoc adeo hoc commemini magis, quia illo die inpransus fui),
sed proelium id tandem diremit nox interventu suo.
postridie in castra ex urbe ad nos veniunt flentes principes:
velatis manibus orant ignoscamus peccatum suom,
deduntque se, divina humanaque omnia, urbem et liberos
in dicionem atque in arbitratum cuncti Thebano poplo.
post ob virtutem ero Amphitruoni patera donata aurea est,
qui Pterela potitare solitus est rex. haec sic dicam erae.
nunc pergam eri imperium exequi et me domum capessere.

---

237 uicimus *delevit Spengelius: cf.* 247 238 'conuertitur pro conuertit' *Nonius 480, quod si verum esse posset* (*aliter Rud.* 1151), *non obstaret* fugam in (*Spengelius Pl.* 169). *conieci:* uicimus, sed tamen, *ut ascriptum* in fugam *utriusque versus corruptelam effecerit, cf.* 250. 239 *Nonius 393* 'statim producta prima syllaba' *dictum de primo exemplo Phorm.* 5, 3, 6 (*cf. Donatus cum nota Westerhovi*). *v. ad 276* 240 animam (*ex* -om) D^1*:* animum 242 conspicatus est (est *in ras. ex* s .... est *D*); conspicatust ⟨meus⟩ *Camerarius, cf.* 245 243 inuadere *Salmasius* 245 *item Nonius 128*; alacri ⟨ruont⟩ *Hermannus elem.* 210 246. 247 *uno versu* 248—262 *praeter primum narrationis et ultimum versum et ioci causa interiectum 254 omnes caesuram habent* (*cf. ad* 253. 257. 261) *non diaeresin. cf.* 1076—1085, *W. Meyerus act. acad. Bavar.* 1884, 71 249 illic 250 additus est 253 illi *E*, illis *Nonius 231* illi sic pugnata pugnast *Studemundus* (*v. Abrahamus stud. Pl.* 209) mani *Nonius:* mane *cf. Most.* 767 256 annos B^1D^1E 257 orant *codd., Nonius 496:* orant ut *Nonius 502; fort.* ignoscamus orant 260 est aurea, *corr. Camerarius* 261 potare (positare D^1), *corr.* ς; *cf.* 419. 535 rex solitus est (rex *sup. scr. B*), *corr. Vssingius* 262 exequi: persequar *Nonius 266*

MERC. Áttat, illic húc iturust. íbo ego illi óbviam,
neque ego huc hominem hodie ad aedis has sinam umquam accedere;
quando imago est huius in me, certum est hominem eludere.
et enim vero quoniam formam cépi huius ín med et statum,
decet et facta moresque huius habere me similes item.
itaque me malum esse oportet, callidum, astutum admodum
atque hunc, telo suo sibi, malitia a foribus pellere.
sed quid illúc est? caelum aspectat. observabo quam rem agat.
SOS. Certe edepol, si quicquamst aliud quod credam aut certo sciam,
credo ego hac noctu Nocturnum óbdormivisse ebrium.
nam neque se Septentriones quoquam in caelo commovent,
neque se Luna quoquam mutat atque uti exorta est semel,
nec Iugulae neque Vesperugo neque Vergiliae óccidunt.
ita statim stant signa, neque nox quoquam concedit die.
MERC. Perge, Nox, ut occepisti, gere patri morem meo:
optumo optume optumam operam das, datam pulchre locas.
SOS. Neque ego hac nocte longiorem me vidisse censeo,
nisi item unam, verberatus quam pependi perpetem;
eam quoque edepol·etiam multo haec vicit longitudine.
credo edepol equidem dormire Solem, atque adpotum probe;
mira sunt nisi invitavit sese in cena plusculum.
MERC. Ain vero, verbero? deos esse tui similis putas?
ego pol te istis tuis pro dictis et male factis, furcifer,
accipiam; modo sis veni huc: invenies infortunium.

---

263 iturus est *vel* illic, *forma dubitabili* 264 hunc ς, *cf. Bachius in Studemundi stud. 2, 204* hodie *ubi hiatum efficit non notabo* 265 ludere *Langenus symb. 17, cf. Pers. 805* 266 me 267 et facta: *non recte Lachmannus ad Lucr. 389; cf. ad Capt. 429* capere *Palmerus* 268 oporet B^1D, *item B 316*, B^1 *318. 992* 271 edepol *Bothius:* edepol scio quod ς: quid 272 Nocturninum *habet Hieronymus 2, 397A Vall.*[2] (*cf. 4, 2, 286 ed. Par. 1706*) obdormisse 273 septem triones *E* 275 neque *Varro de l. l. 7, 50* uigul(a)e B^1DE, iugula *Varro* neque — neque *BD, Varro 7, 50 et 6, 6:* nec — neque *E,* nec — nec *Paulus 368* uergiliae: *item Varro bis, Paulus* 276 *cf. ad 239* signa: ignauia *Donatus ad Phorm. 5, 3, 6,* signa omnia *Nonius 391 et 393* die *testatur schol. georg. 1, 208:* diei 278 des *B* 279 uedisse (uidisse B^2) me *B* 280 itidem *Fleckeisenus* 282 edepol equidem *ad v. 272 revocat. Nocturnum Sol excitaret, si vigilaret. cf. Schusterus quomodo Pl. Att. exemplaria transtulerit p. 11* (*qui neglexit v. 284 sq.*) 283 mira sunt nisi: mirum si *Nonius 321* 284 ainim D^1; ain (*cf. 344 Asin. 901 Poen. 985 Most. 593*) *priorem producere parum probabile est;* aine *Lachmannus Lucr. 162, cf. Schraderus de part. ne 28,* ain tu *Ritschelius* 285 male *ἀπὸ κοινοῦ* furgifer *BD*, fugifer *E*

Sos. Vbi sunt isti scortatores, qui soli inviti cubant?
haec nox scita est exercendo scorto conducto male.
Merc. Meus pater nunc pro huius verbis recte et sapienter facit,
qui complexus cum Alcumena cubat amans animo obsequens.
Sos. Ibo ut erus quod imperavit Alcumenae nuntiem.
sed quis hic ést homo, quem ante aedis video hoc noctis? non placet.
Merc. Nullust hoc metuculosus aeque. Sos. Mi in mentem venit,
illic homó hoc dé umero volt pallium detexere.
Merc. Timet homo: deludam ego illum. Sos. Perii, dentes pruriunt;
certe advenientem hic me hospitio pugneo accepturus est.
credo misericors est: nunc propterea quod me meus erus
fecit ut vigilarem, hic pugnis faciet hodie ut dormiam.
oppido interii. obsecro hercle, quantus et quam validus est.
Merc. Clare advorsum fabulabor, ⟨ut⟩ hic auscultet quae loquar;
igitur magis demum maiorem in sese concipiet metum.
agite, pugni, iam diu est quom ventri victum non datis:
iam pridem videtur factum, heri quod homines quattuor
in soporem collocastis nudos. Sos. Formido male,
né ego hic nomen meum commutem et Quintus fiam e Sosia;
quattuor nudos sopori se dedisse hic autumat:
metuo ne numerum augeam illum. Merc. em, nunciam ergo: sic volo.
Sos. Cingitur: certe expedit se. Merc. Non feret quin vapulet.
Sos. Quis homo? Merc. Quisquis homo huc profecto venerit, pugnos edet.
Sos. Apage, non placet me hoc noctis esse: cenavi modo;
proin tu istam cenam largire, si sapis, esurientibus.
Merc. Haud malum huic est pondus pugno. Sos. Perii, pugnos ponderat.
Merc. Quid si ego illum tractim tangam, ut dormiat? Sos. Servaveris,
nam continuas has tris noctes pervigilavi. Merc. Pessumest,

---

287 soliti *E* 292 est hic *B* 293 nullus est mi *Bothius:* quem (*repetitum* que *ex* aeque); hem mi *Ribbeckius mus. Rhen. 38, 450* 294 *fort.* hoc ⟨hoc⟩ de umero *L.:* deuuo detexere, *sed* texe *in ras., B:* dextere *DE* 295 peri* B^1, perli *E* 296 pugne, *corr. Acidalius* 299 interi (interio) *Nonius 361* et *om. Nonius* 300 auorsum *BD*, auersum *E* ⟨ut⟩ hic *Goetzius Loewius, cf. Luchsius comm. pros. 1, 7 sq.* 301 magis demum: demum magis *Acidalius*, magis modum *codd.* maiorem D^2: morem; *emendationem Plauti sermoni non convenire Nordeno (mus. Rhen. 49, 201) non concedo* 302 quom *Fleckeisenus:* quod 303 iam primum B^1 eri *BD* quatuor *BD, item 306* 305 non ego *E* 306 duros, *correxi,* viros ς 307 sicolo BD^1E; *ad* nunciam (*cf. Langenus symb. 286*) *sentitur imperativus* 308 foret *E* 309 quisquis *cf. Stich. 686* edat *E* 313 tractim *interpretantur Sisenna ap. Charisium 221, Nonius 178. cf. Hom. σ, 90 sq.* (*Palmerus*)

facimus nequiter, ferire malam male discit manus;
alia forma ésse oportet quem tu pugno legeris.
Sos. Illic homo me interpolabit meumque os finget denuo.
Merc. Exossatum os esse oportet quem probe percusseris.
Sos. Mirum ni hic me quasi murenam éxossare cogitat.
ultro istunc qui exossat homines. perii, si me aspexerit.
Merc. Olet homo quidam malo suo. Sos. ei, numnam ego óbolui?
Merc. Atque haud longe abesse oportet, verum longe hinc afuit.
Sos. Illic homo superstitiosust. Merc. Gestiunt pugni mihi.
Sos. Si in me exercituru's, quaeso in parietem ut primum domes.
Merc. Vox mi ad aures advolavit. Sos. Né ego homo infelix fui,
qui non alas intervelli: volucrem vocem gestito.
Merc. Illic hòmo a me sibi malam rem arcessit iumento suo.
Sos. Non equidem ullum habeo iumentum. M. Onerandus est pugnis probe.
Sos. Lassus sum hercle, navi ut vectus huc sum: etiam nunc nauseo;
vix incedo inanis, ne ire posse cum onere existimes.
Merc. Certe enim hic nescio quis loquitur. Sos. Salvos sum, non me videt:
nescioquem loqui autumat; mihi certo nomen Sosiaest.
Merc. Hinc enim míhi dextra vox auris, ut videtur, verberat.
Sos. Metuo, vocis ne vicem hodie hic vapulem, quae hunc verberat.
Merc. Optume eccum incedit ad me. Sos. Timeo, totus torpeo.
non edepol nunc ubi terrarum sim scio, si quis roget,
neque miser me commovere possum prae formidine.
ilicet, mandata eri perierunt una et Sosia.
verum certum est confidenter hominem contra conloqui,
qui possim videri huic fortis, a me ut abstineat manum.
Merc. Quo ambulas tu, qui Volcanum in cornu conclusum geris?
Sos. Quid id exquiris tu, qui pugnis os exossas hominibus?

315. 316 *Sosiae*, 317 *Mercurii*, 318—320 *Sosiae*, *corr.* ς 315 facinus, *correxi*, *cf. Men. 650* 316 *deterior fit inserto nomine* (malam alia *vel* os esse), *vide v. 317* pugne *Pylades; similis variatio e. g. Epid. 161 sq. Men. 554 sq. Trin. 718* tetigeris *Vssingius* 317 illuc *et* interpolauit *Noni p. 34 codd. fere* 318 os *om. D*, *cf. 342;* os *scil.* eius 319 ne 320 istuc, *corr. Dousa* 321 ei ⟨mihi⟩ *Pylades* numquam B^1E, nunquam *D* ego *om. E* 322 hic B^1DE affuit 323 S. *om.* M. *Lambinus:* S. superstitiosus est gestiuit B^1DE 324 S. *om.* ut primum: prius *Nonius 295* 325 aduolabit *BD* 329 naui *L.:* e naui; *cf. Bacch. 106* 332 sosia est, *corr. Fleckeisenus* 333 dextera a dextra *Lindemannus*, vox dextera *Guietus* 334 vice, *corr. Scaliger* 335 *rectius ascendere putes sermonem sic:* timeo totus, torpeo (*cf. 1077, Cist. 535*); *sed* totus *ubique praecedit* 336 terrarim B^1D^1 si quis: ubi *E* 338 illic et *B*, illic ei *E*, illicum (u *2 m.*, m *sup.* u) *D* 339 certus 340 qui *Camerarius:* igitur qui (quid *E*)

MERC. Servosne ⟨es⟩ an liber? SOS. Vtcumque animo conlibitum est meo.
MERC. Ain vero? SOS. Aio enim vero. M. Verbero. S. Mentiris nunc.
MERC. At iam faciam ut verum dicas dicere. SOS. Quid eo est opus?
MERC. Possum scire, quo profectus, cuius sis aut quid veneris?
SOS. Húc eo, eri ⟨iussu, eius⟩ sum servos. numquid nunc es certior?
M. Ego tibi istam hodie, sceleste, comprimam linguam. S. Haud potes:
bene pudiceque adservatur. MERC. Pergin argutarier?
quid apud hasce aedis negoti ést tibi? SOS. Immo quid tibi est?
MERC. Rex Creo vigiles nocturnos singulos semper locat.
SOS. Bene facit: quia nos eramus peregre, tutatust domi;
at nunc abi sane, advenisse familiares dicito.
MERC. Nescio quam tu familiaris sis: nisi actutum hinc abis,
familiaris accipiere faxo haud familiariter.
S. Hic inquam habito ego atque horunc servos sum. M. At scin quo modo?
faciam ego hodie te superbum, nisi hinc abis. SOS. Quonam modo?
MERC. Auferere, non abibis, sí ego fustem sumpsero.
SOS. Quin me esse huius familiai familiarem praedico.
MERC. Vide sis quam mox vapulare vis, nisi actutum hinc abis.
SOS. Tun domo prohibere peregre me advenientem postulas?
M. Haecine tua domust? S. Ita inquam. M. Quis erus est igitur tibi?
SOS. Amphitruo, qui nunc praefectust Thebanis legionibus,
quicum nupta est Alcumena. MERC. Quid ais? quid nomen tibi est?
SOS. Sosiam vocant Thebani, Davo prognatum patre.
MERC. Ne tu istic hodie malo tuo compositis mendaciis
advenisti, audaciai columen, consutis dolis.
SOS. Immo equidem tunicis consutis huc advenio, non dolis.
MERC. At mentiris etiam: certo pedibus, non tunicis venis.
SOS. Ita profecto. MERC. Nunc profecto vapula ob mendacium.
SOS. Non edepol volo profecto. MERC. At pol profecto ingratiis.
hoc quidem profecto certum est, non est arbitrarium.
SOS. Tuam fidem obsecro. MERC. Tun te audes Sosiam esse dicere,
quí ego sum? S. Perii. M. Parum etiam, praeut futurum est, praedicas.

---

343 ⟨es⟩ ς 344 *cf. ad 284* 347 huic B^1DE *supplevi; tripertitae interrogationi non satis facit Camerarii supplementum* mei nunc quid 348 scelestam *Merula* 350 negotium *E* (-ii *BD, ut fere*) tibi es *E* 352 tutatus est 354 quam tu: quantum *E* 355 accipere *BD*, accipe *E* 356 sum seruus *Camerarius* 357 ni ς 358 auferere *Nonius 171:* auferrere 359 familiae 361 tum 362 M. *D: om. BE* haeccine domus est S. *D:* M. *BE* M. *D:* S. *BE* 363 S. *D:* M. *BE* praefectus est 364 M. *D: spat. BE* quod nomen *DE* est tibi 367 audatiae 371 ingratis 371—375 *postea adiectos esse arbitror. cf. 375 et 378; 373 et 376, quorum alteruter versum 370 excipere debet*

quoius nunc es? Sos. Tuos, nam pugnis usu fecisti tuom.
pro fidem, Thebani cives. Merc. Etiam clamas, carnifex?
loquere, quid venisti? Sos. Vt esset quem tu pugnis caederes.
M. Cuius es? S. Amphitruonis, inquam, Sosia. M. Ergo istoc magis,
quia vaniloquo's, vapulabis: ego sum, non tu, Sosia.
Sos. Ita di faciant, ut tu potius sis atque ego te ut verberem.
M. Etiam muttis? S. Iam tacebo. M. Quis tibi erust? S. Quem tu voles.
Merc. Quid igitur? qui nunc vocare? Sos. Nemo nisi quem iusseris.
Merc. Amphitruonis te esse aiebas Sosiam. Sos. Peccaveram,
nam Amphitruonis + socium ne me esse volui dicere.
Merc. Scibam equidem nullum esse nobis nisi me servom Sosiam.
fugit te ratió. Sos. Vtinam istuc pugni fecissent tui.
Merc. Ego sum Sosia ille quem tu dudum esse aiebas mihi.
Sos. Obsecro ut per pacem liceat te alloqui, ut ne vapulem.
Merc. Immo indutiae parumper fiant, si quid vis loqui.
Sos. Non loquar nisi pace facta, quando pugnis plus vales.
Merc. Dic si quid vis, non nocebo. Sos. Tuae fide credo? Merc. Meae.
Sos. Quid si falles? Merc. Tum Mercurius Sosiae iratus siet.
Sos. Animum advorte. nunc licet mihi libere quidvis loqui.
Amphitruonis ego sum servos Sosia. Merc. Etiam denuo?
Sos. Pacem feci, foedus feci. vera dico. Merc. Vapula.
Sos. Vt libet quid tibi libet fac, quoniam pugnis plus vales;
verum, utut es facturus, hoc quidem hercle haud reticebo tamen.
Merc. Tu me vivos hodie numquam facies quin sim Sosia.
Sos. Certe edepol tu me alienabis numquam quin noster siem;
nec nobis praeter med alius quisquam est servos Sosia.
[qui cum Amphitruone hinc una ieram in exercitum.]
M. Hic homo sanus non est. S. Quod mihi praedicas vitium, id tibi est.
quid, malum, non súm ego servos Amphitruonis Sosia?
nonne hac noctu nostra navis ⟨huc⟩ ex portu Persico

---

376 fidi *BE,* uide *D, corr. Aldus* 377 eloquere, *corr. Aldus* 379 uaniloquus 381 erus est 383 alebas B^1D^1E 384 socium memet *Lindemannus; sed nec quo acumine se Amphitryonis socium vocet apparet nec quadrat sq. versus.* Sosiai me *Lachmannus. ludere videtur in significatione nominis, fort. sic:* nam Amphitruonis, non me Sosiam esse uolui dicere 385 sciebam 391 dicito, *corr. Lindemannus* tacebo D^1 fidei 392 *post 395 posuit et errorem correxit B* 395 foedus ici *Otto, quod probandum esset, si* uera dico *cohaereret cum prioribus* 396 quod ς, *cf. Bacch. 866 Pers 398 Trin. 570* 398 uiuus: uius *E et fort.* B^1D^1 400 hec *E* me nec nobis praesente aliquis quisquam nisi seruus *Nonius 76, testans* praesente nobis (*quod huc pertinere intellexit I. Schroederus; cf. Dziatzko in zeitschr. f. rom. Philol. 7, 126*) 401 *delevit Fleckeisenus* 404 ⟨huc⟩ *Pylades portum Persicum Festus 217 mare Euboicum esse interpretatur*

venit, quae me advexit? nonne me huc erus misit meus?
nonne ego nunc sto ante aedes nostras? non mi est lanterna in manu?
non loquor, nón vigilo? nonne hic homo módo me pugnis contudit?
fecit hercle, nam etiam misero nunc ⟨mihi⟩ malae dolent.
quid igitur ego dubito, aut cur non intro eo in nostram domum?
M. Quid, domum vostram? S. Ita enim vero. M. Quin quae dixisti modo
omnia ementitu's: equidem Sosia Amphitruonis sum.
nam noctu hac soluta est navis nostra e portu Persico,
et ubi Pterela rex regnavit oppidum expugnavimus,
et legiones Teloboarum vi pugnando cepimus,
et ipsus Amphitruo optruncavit regem Pterelam in proelio.
Sos. Egomet mihi non credo, cum illaec autumare illum audio;
hic quidem cérte quae illic sunt res gestae memorat memoriter.
sed quid ais? quid Amphitruoni ⟨doni⟩ a Telobois datum est?
Merc. Pterela rex qui potitare solitus est patera aurea.
Sos. Elocutus est. ubi patera nunc est? Merc. ⟨Est⟩ in cistula;
Amphitruonis obsignata signo est. Sos. Signi dic quid est?
Merc. Cum quadrigis Sol exoriens. quid me captas, carnufex?
Sos. Argumentis vicit, aliud nomen quaerundum est mihi.
nescio unde haec hic spectavit. iám ego hunc decipiam probe;
nam quod egomet solus feci, nec quisquam alius affuit,
in tabernaclo, id quidem hodie numquam poterit dicere.
si tu Sosia es, legiones cum pugnabant maxume,
quid in tabernaclo fecisti? victus sum, si dixeris.
Merc. Cadus erat vini, inde implevi hírneam. Sos. Ingressust viam.
Merc. Eam ego, ut matre fuerat natum, vini éduxi meri.
Sos. Factum est illud, ut ego illíc vini hirneam ebiberim meri.
mira sunt nisi latuit intus illic in illac hirnea.
Merc. Quid nunc? vincon argumentis, te non esse Sosiam?
Sos. Tu negas med esse? Merc. Quid ego ni negem, qui egomet siem?

---

406 sto E^2: isto *B, D* (*correctum et* sisto *et* sto) E^1, al. hic *sup. scr.* B^2 laterna BED^2 408 ⟨mihi⟩ *Camerarius post* dolent 409 ut *DE* 412 persicco D^1E 414 coepimus (occidimus *Gertzius*); *versus non apte additus videtur* 418 ⟨doni⟩ *Vssingius* (dono *Bentleius, Lomanus*) 420 ⟨est⟩ *Dousa* 423 uincit *E* 426 *et* 428 tabernaculo *B* 429 cyrneam *Nonius 546 in lemmate et versu* ingressus tu iam *BD*, ingressus iam *E* 430 edueram eri *D ante corr.*, *id indicat* educebam meri. *sed genetivus offendit et vix hirnea educitur* (*etsi ebibitur*) *sed vinum* (*cf. Stich. 759. 762*). *temptavi* vini ⟨vim⟩; *cf. Poen. 210* 431 *post* 432 *E; cf. 282 sq. Bacch. 449 sq. Trin. 861 sq.* (*aliter Poen. 839 Capt. 805*) 431 est *om. DE* 434 me de esse

Sos. Per Iovem iuro med esse neque me falsum dicere.
Merc. At ego per Mercurium iuro, tibi Iovem non credere;
nam iniurato scio plus credet mihi quam iurato tibi.
Sos. Quis ego sum saltem, si non sum Sosia? te interrogo.
Merc. Vbi ego Sosia nolim esse, tu esto sane Sosia;
nunc, quando ego sum, vapulabis, ni hinc abis, ignobilis.
Sos. Certe edepol, quom illum contemplo et formam cognosco meam,
quem ad modum ego sum (saepe in speculum inspexi), nimis similest mei;
itidem habet petasum ac vestitum: tam consimilest atque ego;
sura, pes, statura, tonsus, oculi, nasum vel labra,
malae, mentum, barba, collus: totus. quid verbis opust?
si tergum cicatricosum, nihil hoc similist similius.
sed quom cogito, equidem certo idem sum qui semper fui.
novi erum, novi aedis nostras; sane sapio et sentio.
non ego illi obtempero quod loquitur. pultabo foris.
Merc. Quó agis te? S. Domum. M. Quadrigas si nunc inscendas Iovis
atque hinc fugias, ita vix poteris effugere infortunium.
Sos. Nonne erae meae nuntiare quod erus meus iussit licet?
Merc. Tuae si quid vis nuntiare: hanc nostram adire non sinam.
nam si me inritassis, hodie lumbifragium hinc auferes.
Sos. Abeo potius. di immortales, obsecro vostram fidem,
ubi ego perii? ubi immutatus sum? ubi ego formam perdidi?
an egomet me illic reliqui, si forte oblitus fui?
nám hic quidem omnem imaginem meam, quae antehac fuerat, possidet.
vivo fit quod numquam quisquam mortuo faciet mihi.
ibo ad portum atque haec uti sunt facta ero dicam meo;
nisi etiam is quoque me ignorabit: quod ille faxit Iuppiter,
ut ego hodie ráso capite calvos capiam pilleum. —

---

435 me de esse *DE* 437 crederet *E* 438 Sosia *creticus hic et 439, ut traduntur dactylica vocabula multa. ceterum hic nominativus in fine versus aut in synalœpha, ambiguus v. 1024* 441 quomodo *B*, *item 447* *cf. Men. 1064* 442 simile est *proceleumaticus hac versus sede Capt. 358 Curc. 547 Pers. 565 Pseud. 197 Stich. 119 cf. Merc. 159* 443 consimile est cons. *scil.* mei (*Vssingius*) 444 nasa *E* uel *item Nonius 179:* aures *Lindemannus, cf. Merc. 310 Most. 1118* 445 collus *testatur Nonius 200:* collum 446 similest *B*, simile est *DE;* ut nihil sit hoc simili similius *Fronto ad Ant. 3* 453 nuntiare *sc.* licet 454 lumbifrangium; *cf. Bacch. 596 sq. Cas. 968* 458 tuam *B ante corr.* 460 ut 461 ignorabat B^1E quod ille faciat Iuppiter *codd.*, quod utinam ille faxit Iuppiter *Servius Aen. 8, 564* 462 *item Nonius 528;* ut raso capite portem pilleum *Servius*

I 2

Merc. Bene próspere hoc hodie operis processit mihi:
amovi a foribus maximam molestiam,
patri ut liceret tuto illam amplexarier.
iam ille illuc ad erum cum Amphitruonem advenerit,
narrabit servom hinc sese a foribus Sosiam
amovisse; ille adeo illum mentiri sibi
credet, neque credet huc profectum, ut iusserat.
erroris ambo ego illos et dementiae
complebo atque omnem Amphitruonis familiam,
adeo usque, satietatem dum capiet pater
illius quám amat. igitur demum omnes scient
quae facta. denique Alcumenam Iuppiter
redigét antiquam coniugi in concordiam.
nam Amphitruo actutum uxori turbas conciet
atque insimulabit eam probri; tum meus pater
eam séditionem illi in tranquillum conferet.
nunc de Alcumena dudum quod dixi minus,
hodie illa pariet filios geminos duos
alter decumo post mense nascetur puer
quam seminatust, alter mense septumo;
eorum Ámphitruonis alter est, alter Iovis:
verum minori puero maior est pater,
minor maiori. iamne hoc scitis quid siet?
sed Alcumenae huius honoris gratia
pater curavit uno ut fetu fieret,
uno ut labore absolvat aerumnas duas.

463 mercvrivs *BE, om. D* prospereque; *corr. Acidalius;* pro speque *Vsenerus ind. Gryphisw. 1866, 16; cf. Pseud. 574 Most. 734* 466 amphytrione *E* 467 narravit B^1 471 Amphitruonis omnem *Fleckeisenus* 475 antiquam in concordiam coniugis, *corr. Lindemannus* *breviter rem absolvit; iam ultima verba discidii inter coniuges eum admonent, discidium partus instantis; cuius causas cum Iuppiter aperturus sit, ne sic quidem Alcmenae nocebit, et constabit concordia. cf. ad 479. 489. 861 sq.* 476 contiet *B et ex* continet *D* 477 insimulauit probri tum *Merula:* probrium *B ante corr., E,* proprium *B corr., D* 478 iam *DE* 479 *sq.*: *in ipsa fabula non audimus Iovem iam ante hanc noctem cum Alcmena fuisse, immo contrarium intellegimus* (*cf. Langenus stud. Pl. 235*); *tamen hac nocte ipsa Hercules nascitur; quam rerum discrepantiam his verbis solvere voluisse videtur* 482 seminatus 486 Alcumenas *Ribbeckius, cf. arg. 2, 1; 872* 488 uno ut: uno *vel* ut *Nonius 57; prius* ut (487) *finale est, alterum consecutivum* exsolueret *Nonius* (*et antea in interpretatione:* quod uinculis — fuerint exolutae)

[et ne in suspicione ponatur stupri
et clandestina ut celetur consuetio.]
quamquam, ut iam dudum dixi, resciscet tamen
Amphitruo rem omnem. quid igitur? nemo id probro
profecto ducet Alcumenae; nam deum
non par videtur facere, delictum suom
suamque ut culpam expetere in mortalem ut sinat.
orationem comprimam: crepuit foris.
Amphitruo subditivos eccum exit foras
cum Alcumena uxore usuraria.

IVPPITER I 3

Béne vale, Alcumena, cura rem communem, quod facis;
atque inperce quaeso: menses iam tibi esse actos vides.
mihi necesse est ire hinc; verum quod erit natum tollito.

ALCVMENA

Quid istuc est, mi vir, negoti, quod tu tam subito domo
abeas? Ivpp. Edepol haud quod tui me neque domi distaedeat;
sed ubi summus imperator non adest ad exercitum,
citius quod non facto est usus fit quam quod facto est opus.
Merc. Nimis hic scitust sycophanta, qui quidem meus sit pater.
observatote ⟨eum⟩, quam blande mulieri palpabitur.
Alc. Ecastor te experior quanti facias uxorem tuam.
Ivpp. Satin habes, si feminarum nulla est quam aeque diligam?
Merc. Edepol ne illa si istis rebus te sciat operam dare,
ego faxim ted Amphitruonem esse malis, quam Iovem.
Alc. Experiri istuc mavellem me quam mi memorarier.
prius abis quam lectus ubi cubuisti concaluit locus.

---

490 consuetudo *Donatus Adelph. 4, 5, 32,* suspicio *codd., corr. Scioppius* (consuetionem Plautus pro consuetudine dixit *Paulus 61*) 489. 490 *ferri non posse ostendit Langenus l. s.* 492 agitur *B* probo *E* 495 suamque ut culpam: sua si quid culpa *Nonius 301;* ut *del. Acidalius, cf. Niemeyerus ad Trin. 141; Bacch. 777 Stich. 248* 499 IVPPITER · ALCVMENA · MERCVRIVS *BE, om. D* quid *B*[1] 500 at quin perge, *corr. Camerarius* 506 scitus est sicophanta sit meus *E* 507 ⟨eum⟩ *Bothius* obseruato quam blande suppalpatur mulieri *schol. Verg. Aen. 11, 725,* obseruatorate ut blande palpetur mulieri *Donatus Ad. prol. 2* 510 si istis: fustis *E* 511 te 513 lecti ς; lectus *genetivum testatur Priscianus 1, 257* (*Probus cath. 29, 31*), *cf. Trin. 651 Bacch. 756, Brugmannus comment. Bonn. 95 sq.*; *proceleumatici quartum septenarii locum occupantis exemplum nullum* (*cf. Aul. 187 Curc. 173 Epid. 202 Truc. 883*), *praeter Pseud. 704 ubi comicam vim habet; sed hic versus caesuram habet non diaeresin* loc** *B*[1]

heri venisti media nocte, nunc abis. hocin placet?
Merc. Accedam atque hanc appellabo et subparasitabor patri.
numquam edepol quemquam mortalem credo ego uxorem suam
sic ecflictim amare, proinde ut hic te ecflictim deperit.
Ivpp. Carnufex, non ego te novi? ábin e conspectu meo?
quid tibi hanc curatio est rem, verbero, aut muttitio?
quoii ego iam hoc scipione — Alc. Ah noli. Ivpp. Muttito modo.
Merc. Nequiter paene expedivit prima parasitatio.
Ivpp. Verum quod tu dicis, mea uxor, non te mi irasci decet.
clanculum abii a legione: operam hanc subrupui tibi,
ex me primo ⟨ut⟩ prima scires, rem ut gessissem publicam.
ea tibi omnia enarravi. nisi te amarem plurimum,
non facerem. Merc. Facitne ut dixi? timidam palpo percutit.
Ivpp. Nunc, ne legio persentiscat, clam illuc redeundum est mihi,
ne me uxorem praevertisse dicant prae re publica.
Alc. Lacrimantem ex abitu concinnas tu tuam uxorem. Ivpp. Tace,
ne corrumpe oculos, redibo actutum. Alc. Id actutum diu est.
Ivpp. Non ego te hic lubens relinquo neque abeo abs te. Alc. Sentio,
nam qua nocte ad me venisti, eadem abis. Ivpp. Cur me tenes?
tempus ⟨est⟩: exire ex urbe prius quam lucescat volo.
nunc tibi hanc pateram, quae dono mi illi ob virtutem data est,
Pterela rex qui potitavit, quem ego mea occidi manu,
Alcumena, tibi condono. Alc. Facis ut alias res soles.
ecastor condignum donum, qualest qui donum dedit.
Merc. Immo sic: condignum donum, qualest cui dono datumst.
Ivpp. Pergin autem? nonne ego possum, furcifer, te perdere?
Alc. Noli amabo, Amphitruo, irasci Sosiae causa mea.
Ivpp. Faciam ita ut vis. Merc. Ex amore hic admodum quam saevos est.
I. Numquid vis? A. Vt quom absim mé ames, me tuam te absente tamen.
Merc. Eamus, Amphitruo. lucescit hoc iam. Ivpp. Abi prae, Sosia,

514 hoccine 517 ecflictim amare B^2: et flictim are *D*, et fictumare *E ut vid.*, afflictim amare B^1 efflictim 520 quoid ego B^1, quo lego *DE*B^2, *cf. 861 all.*; quoi pol ego *Seyffertus* 523 *fort.* ⟨noctu⟩ clanculum (*Muellerus pros. 543*), *cf. Bacch. 317* abi 524 ⟨ut⟩ *Fleckeisenus* cessissem *B*D^1*E* 528 *item Nonius 362; cf. Pseud. 293, Langenus symb. 79* 529 lacrimante ex habitu *Nonius 43* 530 actuum — actuum B^1 (*item 544. 627*), ac tuum — ac tutum *E* 533 ⟨est⟩ ς, it *Palmerus* luciscat B^1*DE* 534 *de duplici* tibi *non iure dubitat Bachius de attr. inv. 30 sq.* illic dat est B^1*E* 537 edepol *Nonius 198* qualis est *E*, quale est *BD*, culest *testatur Nonius* ('neutrum pro masculino') 538 *distinxit Niemeyerus cf. Merc. 737 Pseud. 542* datust 541 seuus *D e corr.*, *E*: sueuus *B*, **uus *D ante corr.* 542 absentem, *i. e.* absentei; *cf. ad 826* 543 luciscit B^1*DE*

iam ego sequar. numquid vis? A. Etiam: ut actutum advenias. I. Licet,
prius tuá opinione híc adero: bonum ánimum habe. —
nunc te, nox, quae me mansisti, mitto uti cedas die,
ut mortalis inlucescat luce clara et candida.
atque quanto, nox, fuisti longior hac proxuma,
tanto brevior dies ut fiat faciam, ut aeque disparet.
sed dies e nocte accedat. ibo et Mercurium sequar. —

AMPHITRVO II 1

Age í tu secúndum.

SOSIA

Sequór, subsequór te.
Amph. Scelestissimum te arbitror. Sos. Nam quam ob rem?
Amph. Quia id quod neque est neque fuit neque futurum est
mihi praedicas. Sos. Eccere, iam tuatim
facis ⟨tu⟩, ut tuis nulla apud te fides sit.
Amph. Quid est? quo modo? iam quidem hercle ego tibi istam
scelestam, scelus, linguam abscidam. Sos. Tuos sum,
proinde ut commodumst et lubet quidque facias;
tamen quin loquar haec uti facta sunt hic,
numquam ullo modo me potes deterrere.
Amph. Scelestissime, audes mihi praedicare id,
domi te esse nunc, qui hic ades? Sos. Vera dico.
Amph. Malum quod tibi di dabunt, atque ego hodie
dabo. Sos. Istuc tibist in manu, nam tuos sum.
Amph. Tun me, verbero, audes erum ludificari?
tune id dicere audes, quod nemo umquam homo antehac
vidit nec potest fieri, tempore uno
homo idem duobus locis ut simul sit?
Sos. Profecto ut loquor res ita est. Amph. Iuppiter te
perdat. Sos. Quid mali súm, ere, tua ex re promeritus?
Amph. Rogasne, improbe, etiam, qui ludos facis me?

---

545 *cf. ad Mil.* 1236 546 me *om. E* ut *BD*, nec *D* diei 547 inlucescas *B*, illucessacas *E* 549 disparet *cf. Herm. 18, 572 sq.* 550 set *L.*: et subsequar, *correxi* AMPHITRIO (-YTRIO *E*) SOSIA *BE, quibus add.* ·P· *E* (*cf. 984, Goetzii et Loewii praef. Asin. p. 13 sq.*), *om. D* 552 quam ⟨id⟩ *Fleckeisenus; cf. Studemundus act. conv. philol. 1882, 58* 554 tuatim *testantur Sisenna ap. Charisium 221, Nonius 179, gloss. Plaut.*: tuautem 555 facit *Nonius* ⟨tu⟩ *Brunckius* sit fides, *corr. Guietus* 558 commodum siet lubet, *corr. Camerarius* 560 potest B^1 570 tua: tanta *Nonius 462*

Sos. Meritó maledicás mihi, si id ita factum est. +
verum haud mentior, resque uti facta dico.
AMPH. Homo hic ébrius est, ut opínor.
Sos. Ýtinam ita essem. AMPH. Optás quae facta. 575
Sos. Égone? AMPH. Tu istic. úbi bibisti?
Sos. Nusquam equidem bibi. AMPH. Quid hoc sit 576
hominis? Sos. equidem decies dixi:
domi ego sum, inquam, écquid audis? 577
et apud te adsum Sosia idem.
satin hoc plane, satin diserte, 578
ere, nunc videor
tibi locutus esse? AMPH. Vah, 579
ápage te a me. Sos. Quíd est negoti? 580
AMPH. Péstis te tenet. Sos. Nám quor istuc
dicis? equidem valeo et salvos
sum recte, Amphitruo. AMPH. At te ego faciam 583
hodie proinde ac meritus es,
ut minus valeas et miser sis, 584a
salvos domum si rediero: iam 584b
sequere sis, erum qui ludificas 585a
dictis delirantibus, 585b
qui quoniam erus quod imperavit neglexisti persequi,
nunc venis etiam ultro inrisum dominum: quae neque fieri
possunt neque fando umquam accepit quisquam profers, carnifex;
quoius ego hodie in tergum faxo ista expetant mendacia.
Sos. Amphitruo, miserrima istaec miseria est servo bono, 590
apud erum qui vera loquitur, si id vi verum vincitur.
AMPH. Quo id, malum, pacto potest nam (mecum argumentis puta)

---

572 id ita: ita id *E ante corr.*, id *B ante corr.*, non id ita *Londinensis; exspectamus* si id ut dicis factumst 573. 574 *cohaerent* 573 die D^1, dic *E*, dicam D^2 574 hic homo *Luchsius, cf. comm. pros. 1, 6* *clausula anapaestica* 575—579 *disp. B:* utinam — istic | ubi — hominis | equidem — idem | satin — vah *systema est XVII metrorum cum catalexi; sequitur alterum X, tertium VIII metrorum* 576 *cf. 769 Asin. 407* *Donati ad Eun. 2, 2, 6 adnotatio huc non pertinet, cf. Eun. 546* 577 inquam ⟨ere⟩ *Goetzius Loewius* et quid 580. 581 *coniuncti* 581 qur *BD*, quir *E* 582. 583 *disp. B:* dicis — amphitrio | at — es 583 a te (te *i. ras. B*) *BE* proinde ut *Fleckeisenus, cf. Trin. 659* 584^{ab} *coniuncti, item 585^{ab}* 585 siss B^1, sir *E* 589 quo uis *BE* tergo, *corr. Acidalius* expectant *E* 591 vera *Pylades:* verba 592 potest *Nonius 369:* potes (putes B^2) meum argumentis (-tus) putet (-at) *Nonius*

fieri, nunc uti tu ⟨et⟩ hic sis et domi? id dici volo.
Sos. Sum profecto et hic et illíc. hoc cuivis mirari licet,
neque tibi istuc mirum * mágis videtur quam mihi.
Amph. Quo modo? S. Nihilo, inquam, mirum magis tibi istuc quam mihi;
neque, ita me di ament, credebam primo mihimet Sosiae,
donec Sosia illic egomet fecit sibi uti crederem.
ordine omne, uti quicque actum est, dúm apud hostis sedimus,
edissertavit. tum formam una abstulit cum nomine.
neque lac lactis magis est simile quam ille ego similest mei.
nam ut dudum ante lucem a portu me praemisisti domum —
A. Quid igitur? S. Prius multo ante aedis stabam quam illo adveneram.
Amph. Quas, malum, nugás? satin tu sanus es? Sos. Sic sum ut vides.
Amph. Huic homini nescio quid est mali mala obiectum manu,
postquam a me abiit. Sos. Fateor, nam sum obtusus pugnis pessume.
Amph. Quis te verberavit? Sos. Egomet memet, qui nunc sum domi.
Amph. Cave quicquam, nisi quod rogabo te, mihi responderis.
omnium primum iste qui sit Sosia, hoc dici volo.
Sos. Tuos est servos. Amph. Mihi quidem uno te plus etiam est quam volo,
neque postquam sum natus habui nisi te servom Sosiam.
Sos. At ego nunc, Amphitruo, dico: Sosiam servom tuom
praeter me alterum, inquam, adveniens faciam ut offendas domi,
Davo prognatum patre eodem quo égo sum, forma, aetate item
qua égo sum. quid opust verbis? geminus Sosia hic factust tibi.
Amph. Nimia memoras mira. sed vidistin uxorem meam?
S. Quin intro ire in aedis numquam licitum est. A. Quis te prohibuit?
Sos. Sosia ille, quem iam dudum dico, is qui me contudit.
Amph. Quis istic Sosia est? Sos. Ego, inquam. quotiens dicendum est tibi?
Amph. Sed quid ais? num obdormivisti dudum? Sos. Nusquam gentium.
Amph. Ibi forte istum si vidisses quendam in somnis Sosiam —
Sos. Non soleo ego somniculose éri imperia persequi.
vigilans vidi, vigilans nunc ⟨te⟩ video, vigilans fabulor,

---

593 ut ⟨et⟩ *Lomanus* 595 *versui vocabulum deest, sententiae nihil.* mirum [mirum] *Spengelius; cf. 772* 598 ille *non recte Kaempfius de pron. pers. 25* (ille ego me *vel* memet *Redslobius N. phil. rundsch. 1892, 6*) 599 ordinem omnem *D; cf. Beckerus in Studemundi stud. 1, 298 sq.* ut 600 unam 601 lacti, *corr. Ritschelius* (ς) simile est mei 604 est *DE* 607 uerberabit *B*¹ 614 dabo *BD*¹*E* pregnatum 615 quod opus est factus est 616 memoras mira (*cf. 1105*) *item Nonius 521* uidisti *Nonius* 619 quid *B*¹*DE* tibi *om. DE* 621 *reticet apodosin ἐν ἤθει* 622 eri ⟨mei⟩ *Lindemannus* 623 ⟨te⟩ *Camerarius* *cf. 698*

vigilantem ille me iam dudum vigilans pugnis contudit.
AMPH. Quis homo? SOS. Sosia, inquam, ego ille. quaeso, nonne intellegis?
AMPH. Qui, malum, intellegere quisquam potis est? ita nugas blatis.
SOS. Verum actutum nosces, quom illum nosces servom Sosiam.
AMPH. Sequere hac igitur me, nam mi istuc primum exquisito est opus.
[sed vide ex navi efferantur quae imperavi iam omnia.
SOS. Et memor sum et diligens, ut quae imperes compareant;
non ego cum vino simitu ébibi imperium tuom.
AMPH. Vtinam di faxint, infecta dicta re eveniant tua.]

ALCVMENA II 2

Satín parva rés est volúptatum in víta atque in aétate agúnda 633
praequám quod moléstum est? ita cuíque comparátum est
in aétate hominum; 634
ita dívis est plácitum, volúptatem ut maéror comés consequátur:
quin íncommodi plus malíque ilico ádsit, boní si optigít quid.
nam ego íd nunc expérior domo átque ipsa dé me sció, cui volúptas
parúmper datást, dum viri mei míhi potéstas vidéndi fuit
noctem únam modo; átque is repénte abiit á me hinc ánte lucem.
sola híc mihi nunc vídeor, quia ílle hinc abést quem ego amó praeter omnes.
plus aégri ex ábitu virí, quam ex advéntu volúptatis cépi.
sed hóc me beát 641
saltém, quom perduéllis vicít et domúm laudis cómpos revénit:
id sólacio est.
absit, dum modó laude párta
domúm recipiát se; feram ét perferam úsque
abitum éius ánimo forti átque offirmáto, id módo si mercédis
datúr mi, ut meús victor vír belli clúeat.

626 blattis, *corr. Nonius 44* 627 quam, *corr. Seyffertus* 629 iam imperaui, *corr. Bothius* 629—631 *delevit Vssingius; quos qui interpolavit, ex sequenti scaena Sosiae personam eliminaturus erat. cf. 854. ac ne v. 632 quidem aptam sententiam habet: nihil adhuc timet Amphitruo neque in altero Sosia est quod horreat genuinum scaenae exitum periisse probavit Langenus stud. Pl. 237 sq.* 631 simitu *BD^1E, testatur Nonius 175, gloss. Pl.:* simul *B marg., D^2 cf. Pers. 170* 632 ret e ueniant 633 ALCVMENA ET IDEM AMPH. ET SOS. *B*, ALCVMENA ET EIDEM. C. *E canticum baccheis constat inmixtis colis iambicis* 634 *uno versu de colo ultimo cf. 641. 646. 650. 653* 635 dis 636 doni *E* quod *B^1ED^2* 638 uiuendi *B^1E cf. 634* 639 *cf. 650. 652 sq.* 640 nunc *om. B^1* 641 *uno versu* exhabitu *E*, exaltabitu *D* quem *B^1 cf. 646* 642. 643 *uno versu* quam 644. 645 *uno versu* 646 mercedes *BD^1E* 647 clueat *B^2:* ducat *D^1*, ut eat *D^2*, redeat *B^1*, reducat *E*

satis mi esse ducam.
virtús praemium ést optimúm;
virtús omnibús rebus ánteit profécto:
libértas salús vita rés et paréntes, patria ét prognáti
tutántur, servántur:
virtús omnia ín sese habét, omnia ádsunt
bona quém penest vírtus.

AMPH. Édepol me uxori éxoptatum crédo adventurúm domum,
quae me amat, quam contra amo, praesertim re gesta bene,
victis hostibus: quos nemo posse superari ratust,
eos auspicio meo atque ductu primo coetu vicimus.
certe enim méd illi expectatum optato venturum scio.
SOS. Quid? me non rere expectatum amicae venturum meae?
ALC. Meus vir hic quidem est. AMPH. Séquere hac tu me. ALC. Nam
quid ille revortitur
qui dudum properare se aibat? án ille me temptat sciens
atque id se volt experiri, suom abitum ut desiderem?
ecastor med haud invita se domum recipit suam.
SOS. Amphitruo, redire ad navem meliust nos. AMPH. Qua gratia?
SOS. Quia domi daturus nemo est prandium advenientibus.
AM. Qui tibi nunc istuc in mentemst? S. Quia enim sero advenimus.
AMPH. Qui? SOS. Quia Alcumenam ante aedis stare saturam intellego.
AMPH. Gravidam ego illanc hic reliqui quóm abeo. SOS. Ei perii miser.
AM. Quid tibi est? S. Ad aquam praebendam commodum adveni domum,
decumo post mense, ut rationem te putare intellego.
AM. Bono animo es. S. Scin quam bono animo sim? si situlam cepero,
numquam edepol tu mihi divini creduis post hunc diem,
ní ego illi puteo, si occepso, ánimam omnem intertraxero.
AMPH. Sequere hac me modo; alium ego isti rei allegabo, ne time.

---

648 satis *priori versui adhaeret* (mihi — optimum *uno versu*) dicam ED^2 649 ante id D^1E 652. 653 *uno versu* 654 *sq. cf. Apollod. bibl. 2, 4, 8, 2 (61 W.)* 657 inductu *potius* coitu 658 me optatum E^1 660 quid: quod *B*, quidem *E* *vel* illic 661 sese, *corr. Pylades* aiebat 662 si, *corr. Acidalius* habitum 663 me 664 melius est 666 mentem uenit, *corr. Lindemannus* (nunc *del. Pylades*) qui 668 illam quam habeo 669 commodum *om.* B^1DE 670 dictare, *corr. Vssingius* 671 situlam *Camerarius:* situlam iam *B*, sistulam iam *E*, situlam iam sa *D* 672 diuini *Bothius:* diuini quicquam credius B^1E 673 occepso *testatur Nonius 148, item 410:* occepto *codd.*, hoc cepsio (cepsto, cepsitio) *Nonius 233* animo *E* 674 alligabo

AL. Magis nunc ⟨me⟩ meum officium facere, si huic eam advorsum, arbitror.
AMPH. Amphitruo uxorem salutat laetus speratam suam,
quam omnium Thebis vir unam esse optimam diiudicat,
quamque adeo cives Thebani vero rumiferant probam.
valuistin usque? exspectatun advenio? SOS. Haud vidi magis.
exspectatum eum salutat magis haud quicquam quam canem.
AM. Et quom te + gravidam et quom te pulchre plenam aspicio, gaudeo.
ALC. Obsecro ecastor, quid tu me deridiculi gratia
sic salutas atque appellas, quasi dudum non videris
quasique nunc primum recipias te domum huc ex hostibus?
[atque me nunc proinde appellas quasi multo post videris?]
AMPH. Immo equidem te nisi nunc hodie nusquam vidi gentium.
ALC. Cur negas? AM. Quia vera didici dicere. AL. Haud aequom facit
qui quod didicit id dediscit. an periclitamini
quid animi habeam? sed quid huc vos revortimini tam cito?
an te auspicium commoratum est an tempestas continet
qui non abiisti ad legiones, ita uti dudum dixeras?
AM. Dudum? quam dudum istuc factum est? AL. Temptas. iam dudum, modo.
AMPH. Qui istuc potis est fieri, quaeso, ut dicis: iam dudum, modo?
ALC. Quid enim censes? te ut deludam contra lusorem meum,
qui nunc primum te advenisse dicas, modo qui hinc abieris.
AMPH. Haec quidem deliramenta loquitur. SOS. Paulisper mane,
dum edormiscat unum somnum. AMPH. Quaene vigilans somniat?
ALC. Equidem ecastor vigilo, et vigilans id quod factum est fabulor.
nam dudum ante lucem et istunc et te vidi. AMPH. Quo in loco?
AL. Hic in aedibus ubi tu habitas. AM. Numquam factum est. S. Non taces?
quid si e portu navis huc nos dormientis detulit?

---

675 ⟨me⟩ *Lindemannus* facere si *Camerarius:* faceres (facerem si *Lond.*) 676 salutat *Nonius 439*, B^2: salut** B^1, salutet *DE* lectus *Nonius* 678 abeo B^1ED^2, ideo *Nonius 167* vero rumiferant *testatur Nonius:* vero (-um D^1) rumificant *D*, verorum mificant B^1, verorum mirificant EB^2 679 expectatun *B:* expectatum D^2, expectatum ne D^1, expectastim *E* 680 *fort.* expectatun? em meum B^1 quisquam, *corr. Bothius* 681 quom gravidam *Pylades; sed cf. Tailliart rev. de. phil. 17, 191 qui propter* quom *repetitum in re eadem et* gravidam *v. 668 probabiliter conicit* et quom te video et quom ascipio 684 quasi qui, *corr. Camerarius; cf. Epid. 275 sq. Mil. 909 sq. all.* 685 *del. Muretus* 687 qur *E* equum *BD*, equm *E* 690 continit *Luchsius, cf. 926* 691 abisti ut 692 iam dudum *Brunckius:* iam dudum pridem 693 quesut B^1E *cf. Langenus symb. 33* 694 quid enim *cf. Langenus symb. 267* 695 habieris 696 Sos. *Saracenus:* ALC. 697 somniet *E* 700 Hci B^1D

AMPH. Etiam tu quoque adsentaris húic? SOS. Quid vis fieri?
non tu scis? Bacchae bacchanti si velis advorsarier,
ex insana insaniorem facies, feriet saepius;
si obsequare, una resolvas plaga. AMPH. At pol qui certa res
hanc est obiurgare, quae me hódie advenientem domum
noluerit salutare. SOS. Inritabis crabrones. AMPH. Tace.
Alcumena, unum rogare te volo. ALC. Quid vis roga.
AMPH. Num tibi aut stultitia accessit aut superat superbia?
ALC. Qui istuc in mentemst tibi ex me, mi vir, percontarier?
AMPH. Quia salutare advenientem me solebas antidhac,
appellare, itidem ut pudicae suos viros quae sunt solent.
eo more expertem te factam adveniens offendi domi.
ALC. Ecastor equidem te certo heri advenientem ílico,
et salutavi et valuissesne usque exquisivi simul,
mi vir, et manum prehendi et osculum tetuli tibi.
SOS. Tun heri hunc salutavisti? ALC. Et te quoque etiam, Sosia.
SOS. Amphitruo, speravi ego istam tibi parituram filium;
verum non est puero gravida. AMPH. Quid igitur? SOS. Insania.
ALC. Equidem sana sum et deos quaeso, ut salva pariam filium.
verum tu malum mágnum habebis, si hic suom officium facit:
ob istuc omen, ominator, capies quod te condecet.
SOS. Enim vero praegnati oportet et malum et malum dari,
ut quod obrodat sit, animo si male esse occeperit.
AMPH. Tu me heri hic vidisti? ALC. Ego, inquam, si vis decies dicere.
AM. In somnis fortasse. AL. Immo vígilans vigilantem. AM. Ei misero mihi.

---

702 *de* huic *bisyllabo cf. Buechelerus decl. lat. 115 W., Muellerus pros. 468 sq., add. 131* 705 obsequar funa, *corr. Camerarius; cf. 151. 906* 706 obuirgare *B*, adiurgare *E;* hanc obiurigarest *Ritschelius* 707 crabrones *DE*², *Nonius 31:* crabones *BE*¹ 708 roga *Aldus:* rogare roga 709 nunc, *corr. Camerarius* 710 mente est, *item Nonius 44, corr. ς* ex me *Nonius: om.* 711 quia: quia si *E* ante hac *B*¹ 713 expertem te: experte *Nonius 359* 714 quidem *B*¹*DE* heri ⟨huc⟩ *Muellerus* illico *DE* 717 AMPH. et *DE* 718 *proceleúmaticus frequens hoc versus loco* 719 quid *cf. 878 item syllaba anceps in persona mutata ante ultimum metrum Merc. 901 (Rud. 975) 934 (Mil. 1316) Pers. 482 Poen. 722 Trin. 585. 1185; cf. Merc. 490, ad Asin. 250. 828; Men. 921* *Servius Aen. 4, 229 Pl.* in Amph.: uxor tua non puero sed peste gravida est 722 ame nominator *BE* concedet 723 *rem notam et huc omnino non pertinentem, praegnates pomorum cupidas esse, cur adferat, verba impudenter inserta* et malum et *ostendunt; quem iocum sequenti versu repetita paronomasia caute inlustrat* 726 *ut legitur versus,* immo *corripitur item ut aliis locis non recte traditur (cf. Muellerus pros. 439 sq.); fort.* in somnis credo, *cf. Fleckeisenus ann. 1894, 286* ei *Fleckeisenus*: uae; *cf. praeter alia Cas. 848*

Sos. Quid tibi est? Amph. Delirat uxor. Sos. Atra bili percita est.
nulla res tam delirantis homines concinnat cito.
Amph. Vbi primum tibi sensisti, mulier, impliciscier?
Alc. Equidem ecastor sana et salva sum. Amph. Quor igitur praedicas,
té heri me vidisse, qui hac noctu in portum advecti sumus?
ibi cenavi atque ibi quievi in navi noctem perpetem,
neque meum pedem huc íntuli etiam in aedis, ut cum exercitu
hinc profectus sum ad Teloboas hostis eosque ut vicimus.
Alc. Immo mecum cenavisti et mecum cubuisti. Amph. Quid est?
Alc. Vera dico. Amph. Non de hac quidem hercle re; de áliis nescio.
Alc. Primulo diluculo abiisti ad legiones. Amph. Quo modo?
Sos. Recte dicit, ut commeminit: somnium narrat tibi.
sed, mulier, postquam experrecta es, te prodigiali Iovi
aut mola salsa hodie aut ture comprecatam oportuit.
Alc. Vae capiti tuó. Sos. Tua istuc refert — si curaveris.
Alc. Iterum iám hic in me inclementer dicit, atque id sine malo.
Amph. Tace tu. tu dic: egone abs te abii hinc hodie cum diluculo?
Alc. Quis igitur nisi vos narravit mi, illi ut fuerit proelium?
Am. An etiam id tu scis? Al. Quippe qui éx te audivi, ut urbem maximam
expugnavisses regemque Pterelam tute occideris.
Amph. Egone istuc dixi? Alc. Tute istic, etiam adstante hoc Sosia.
Amph. Audivistin tu me narrare haec hodie? Sos. Vbi ego audiverim?
Am. Hanc roga. S. Me quidem praesente numquam factum est, quod sciam.
Alc. Mirum quin te adversus dicat. Amph. Sosia, age me huc aspice.
Sos. Specto. Amph. Vera volo loqui te, nolo adsentari mihi.
audivistin tu hodie me illi dicere ea quae illa autumat?
Sos. Quaeso edepol, num tu quoque etiam insanis, quom id me interrogas,
qui ipsus equidem nunc primum istanc tecum conspicio simul?
Am. Quid nunc, mulier? audin illum? Al. Ego véro, ac falsum dicere.
Amph. Neque tu illi neque mihi viro ipsi credis? Alc. Eo fit quia mihi
plurimum credo et scio istaec facta proinde ut proloquor.
Am. Tun me heri advenisse dicis? Al. Tun te abiisse hodie hinc negas?

---

728 ihomines *B,* hominis *D* 729 *cf. Fronto ad M. Caes. 3, 13 p. 51 N.* ne quid ibi e frigore inpliciscar 735 quid *Aldus:* quid id 736 quidem hercle de hac *Camerarius* (*cf. Luchs comm. pros. 2, 10*) 737 abisti 738 comminit B^1DE 739 te *Nonius 44: om.* 741 *prima Sosiae verba convicium remittunt, ultima, quo impudentia dissimuletur, totam sententiam ad ea referunt quae antea dixerat. cf. Lorenzius ad Mil. 286* 743 hin B^1E 748 hoc *E* 749 factus BD^1E 754 ipsos B^1D^1E 755 qui ego — credis (*756*) *om.* B^1DE 757 ista hec *B,* ista et *DE* 758 abisse

Amph. Nego enim vero, et me advenire nunc primum aio ad te domum.
Alc. Obsecro, etiamne hoc negabis, te auream pateram mihi
dédisse dono hodié, qua te illi donatum esse dixeras?
Amph. Neque edepol dedi neque dixi; verum ita animatus fui
itaque nunc sum, ut ea te patera donem. sed quis istúc tibi
dixit? Alc. Ego equidem ex te audivi et ex tua accepi manu
pateram. Amph. Mane, mane, obsecro te. nimis demiror, Sosia,
qui illaec illic me donatum esse aurea patera sciat,
nisi tu dudum hanc convenisti et narravisti haec omnia.
Sos. Neque edepol ego dixi neque istam vidi nisi tecum simul.
Am. Quid hoc sit hominis? Al. Vin proferri pateram? Am. Proferri volo.
Alc. Fiat. ⟨heus⟩ tu, Thessala, intus pateram proferto foras,
qua hódie meus vir donavit me. Amph. Secede huc tu, Sosia,
enim vero illud praeter alia mira miror maxime,
si haec habet páteram illam. Sos. An etiam credis id, quae in hac cistellula
tuo signo obsignata fertur? Amph. Salvom signum est? Sos. Inspice.
Amph. Recte, ita est ut obsignavi. Sos. Quaeso, quin tu istanc iubes
pro cerrita circumferri? Amph. Edepol qui facto est opus;
nam haec quidem edepol laruarum plenast. Alc. Quid verbis opust?
em tibi pateram, eccam. Am. Cedo mi. Alc. Age aspice huc sis nunciam
tu qui quae facta infitiare; quem égo iam hic convincam palam.
estne haec patera, qua donatu's illi? Amph. Summe Iuppiter,
quid ego video? haec ea est profecto patera. perii, Sosia.
Sos. Aut pol haec praestigiatrix multo mulier maxima est
aut pateram hic inesse oportet. Amph. Agedum, exsolve cistulam.
Sos. Quid ego istam exsolvam? obsignatast recte, res gesta est bene:
tu peperisti Ámphitruonem, ego alium peperi Sosiam;
nunc si patera pateram peperit, omnes congeminavimus.
Amph. Certum est aperire atque inspicere. Sos. Vide sis signi quid siet,

---

759 aduenere B^1D^1E 764 equidem ego *Fleckeisenus ex usu* 765 demimor *E*, B^1 *ut vid.*, demireor D^1 766 illi *E* sciat *in ras. B*, sicat D^1 769 *cf. 576* 770 ⟨heus⟩ *Acidalius* profecto B^1D^1E 771 *fort.* meus me, *cf. praeter alia Stich. 133 Poen. 965 Cas. 646; Kaempfius de pron. pers. 21* 773 pateram *del. Brixius* 775 *Nonius 261* (circumferre) Pl. in A.: iube istam pro cerritam circumferri 777 larum arum plena sunt *E* Alc. quid *Saracenus:* quid *codd.*, *qui* cedo mihi age *e. q. s. Alcmenae adsignant. Palmerus cum Camerario ita codicum distributionem servat, ut* em—eccam *Thessalae tribuat; sed* quid uerbis opust? *sermonem finire nequit* 778 nuntiam *BE* 782 mulier multo DE^2 783 exolue *Muellerus:* eam solue 785 ⟨alium⟩ *post* Amph. *Guietus* (*post* tu *Fleckeisenus*)*; quod ni metro conducat, sermo non desideret* 786 pateram patera *BE* omnis 787 uides si signi

ne posterius in me culpam conferas. AMPH. Aperi modo;
nam haec quidem nos delirantis facere dictis postulat.
ALC. Vnde haec igitur est nisi abs te quae mihi dono data est?
AMPH. Opus mi est istuc exquisito. SOS. Iuppiter, pro Iuppiter.
AM. Quid tibi est? S. Hic patera nulla in cistulast. AM. Quid ego audio?
SOS. Id quod verúmst. AMPH. At cum cruciatu iam, nisi apparet, tuo.
AL. Haec quidem apparet. AM. Quis igitur tibi dedit? AL. Qui me rogat.
SOS. Me captas, quia tute ab navi clanculum huc alia via
praecucurristi, atque hinc pateram tute exemisti atque eam
huic dedisti, post hanc rursum óbsignasti clanculum.
AMPH. Ei mihi, iam tu quoque huius adiuvas insaniam?
ain heri nos advenisse huc? ALC. Aio, adveniensque ilico
me salutavisti, et ego te, et osculum tetuli tibi.
SOS. Iam illud non placet principium de osculo. AMPH. Perge exsequi.
ALC. Lavisti. AM. Quid postquam lavi? AL. Accubuisti. S. Euge optime.
nunc exquire. AMPH. Ne interpella. perge porro dicere.
ALC. Cena adposita est; cenavisti mecum, ego accubui simul.
AMPH. In eodem lectó? ALC. In eodem. SOS. Ei, non placet convivium.
AMPH. Sine modo argumenta dicat. quid postquam cenavimus?
ALC. Te dormitare aibas; mensa ablata est, cubitum hinc abiimus.
AMPH. Vbi tu cubuisti? ALC. In eodem lectó tecum una in cubiculo.
AM. Perdidisti. SOS. Quid tibi est? AM. Haec me modo ad mortem dedit.
AL. Quid iam, amabo? AM. Ne me appella. S. Quid tibi est? A. Perii miser,
quia pudicitiae huius vitium me hinc absente est additum.
ALC. Obsecro ecastor, cur istuc, mi vir, ex ted audio?
AMPH. Vir ego tuos sim? ne me appella, falsa, falso nomine.
SOS. Haeret haec res, si quidem haec iam mulier facta est ex viro.
ALC. Quid ego feci, qua istaec propter dicta dicantur mihi?
AMPH. Tute edictas facta tua, ex me quaeris quid deliqueris.
ALC. Quid ego tibi deliqui, si, cui nupta sum, tecum fui?
AMPH. Tun mecum fueris? quid illac impudente audacius?

---

788 ALC. ne B^1D, nec *E* 789 dictis *non aptum videtur* 790 *i. e.* unde est nisi quae mihi abs te data est? *pro* quae est *dicit* unde est *propter* abs te 793 id quod *priorem corripit ut Epid. 507 (A) Rud. 1335, cf. Trin. 413 et ad Mil. 311* uerust at tum BD^1E crutiatu lam (sam D^1) B^1D^1, cruci attulam *E* 794 quis me B^1 797 post hanc *Palmerus:* post hac; *cf. Langenus symb. 260* 799 illico 801 SOS. — AMPH. *Bothius:* AMPH. *praemissum* pergam, *corr. Muretus* 806 dicit B^1D 807 aiebas BD^2, al(a)ebas D^1E abimus 810 ambo *E* 811 hic 812 te 813 sum D^1 falso falso BD^1E momine *B* 814 hic iam mulier factust *Pylades, sed sic ridiculum tollitur* 817 delique B^1 *sequente ras. 5 litt.* 818 tune BDE^2, tume E^1

saltem, tute si pudoris egeas, sumas mutuom.
Alc. Istuc facinus, quod tu insimulas, nostro generi non decet.
tu si me inpudicitiai captas, capere non potes.
Amph. Pro di immortales, cognoscin tu me saltem, Sosia?
Sos. Propemodum. Amph. Cenavin ego heri in navi in portu Persico?
Alc. Mihi quoque adsunt testes, qui illud quod ego dicam adsentiant.
Sos. Nescio quid istúc negoti dicam, nisi si quispiam est
Amphitruó alius, qui forte ted hinc absenti tamen
tuam rem curet teque absente hic munus fungatur tuom.
nam quod de illo subditivo Sosia mirum nimis,
certe de istoc Amphitruone iam alterum mirum est magis.
Amph. Nescio quis praestigiator hanc frustratur mulierem.
Alc. Per supremi regis regnum iuro et matrem familias
Iunonem, quam me vereri et metuere est par maxume,
ut mi extra unum te mortalis nemo corpus corpore
contigit, quo me impudicam faceret. Amph. Vera istaec velim.
Alc. Vera dico, sed nequiquam, quoniam non vis credere.
Amph. Mulier es, audacter iuras. Alc. Quae non deliquit, decet
audacem esse, confidenter pro se et proterve loqui.
Amph. Satis audacter. Alc. Vt pudicam decet. Am. + In verbis probas.
Alc. Non ego illam mihi dotem duco esse, quae dos dicitur,
sed pudicitiam et pudorem et sedatum cupidinem,
deum metum, parentum amorem et cognatum concordiam,
tibi morigera atque ut munifica sim bonis, prosim probis.
Sos. Ne ista edepol, si haec vera loquitur, examussim est optima.
Amph. Delenitus sum profecto ita, ut me qui sim nesciam.
Sos. Amphitruo es profecto, cave sis ne tu te usu perduis:
ita nunc homines immutantur, postquam peregre advenimus.
Amph. Mulier, istam rem inquisitam certum est non amittere.

---

821 inpudicitiae   capere non potes *Muretus:* non potes (potest *B*) capere   822 inmortalis   sosia saltem *E*   824 *sq. Sosiae, corr.* ς   826 *possis* alius Amphitruo   te hic absente, *cf. 542, Vahlenus Herm. 17, 599 sq. de re cf. Cic. pro Quinct. 60 sq.; aliud est rem alicuius curare quasi procuratorem a proficiscente relictum, aliud ipsius munere fungi*   828 namque de, *correxi*   nimis est, *correxi*   829 *Amphitryonis D*   830 Amph. *Bothius: om.*   *fort.* frustratust   836 deliquid *DE,* delinquit *Nonius 262*   837 propterue *D*   838 condecet. A. uerbis *Bothius*   proba es *Gruterus; cf. Lorenzius ad Pseud. 101 app.*   *versum dittographiae tribuit Ribbeckius mus. Rhen. 38, 453: idem ante v. 839 intercidisse Amphitryonis verba de repudio intellexit*   842 ut *cf. ad v. 9*   munificas in bonis   843 uera haec *Nonius 9*   844 delenitus *Nonius 278*: delinitus   845 est *Nonius 453*   847 istanc *B*²

Alc. Edepol me libente facies. Amph. Quid ais? responde mihi,
quid si adduco tuom cognatum húc a navi Naucratem,
qui mecum una vectust una navi, atque is si denegat
facta quae tu facta dicis, quid tibi aequom est fieri?
numquid causam dicis, quin te hoc multem matrimonio?
Alc. Si deliqui, nulla causa est. Amph. Convenit. tu, Sosia,
duc hos intro. ego huc ab navi mecum adducam Naucratem. —
Sos. Nunc quidem praeter nos nemo est. dic mihi verum serio:
ecquis alius Sosia intust, qui mei similis siet?
Alc. Abin hinc a me dignus domino servos? Sos. Abeo, si iubes. —
Alc. Nimis ecastor facinus mirum est, qui illi conlibitum siet
meo viro sic me insimulare falso facinus tam malum.
quidquid est, iam ex Naucrate cognato id cognoscam meo. —

IVPPITER III 1

Ego sum ille Amphitruo, cui est servos Sosia,
idem Mercurius qui fit, quando commodumst,
in superiore quí habito cenaculo,
qui interdum fio Iuppiter, quando lubet;
huc autem quom extemplo adventum adporto, ilico
Amphitruo fio et vestitum immuto meum.
nunc huc honoris vostri venio gratia,
ne hanc incohatam transigam comoediam;
simul Alcumenae, quam vir insontem probri
Amphitruo accusat, veni ut auxilium feram:
nam mea sit culpa, quod egomet contraxerim,
si id Alcumenae innocenti expetat.
nunc Amphitruonem memet, út occepi semel,
esse adsimulabo, atque in horum familiam
frustrationem hodie iniciam maxumam;
post igitur demum faciam res fiat palam
atque Alcumenae in tempore auxilium feram

849 naucratam B^1D^1E 850 uectus est 854 abducam 855 uerum *item Nonius 33; cf. Poen. 160, ad Pseud. 340* 856 meis BD^1E 857 *cf. Poen. 376* 858 conlitum BD^1E 859 falsum, *corr. Lindemannus* 861 Ivppiter *B*, Ivppiter dv *E* cuius *E;* cui *i. e.* quoiei 862 sit *E* commodust *B*, comodust *E ut vid.* 864 *fort.* ubi itidem fio; *nisi versus spurius est* 865 quo illico *DE* 870 auxillum *BD* 872 Alcumenas innocentiae *Lachmannus (cf. 486); possis* quae innocens sit 873 med *Seyffertus Berl. phil. w. 1893, 275* 874 ⟨iterum⟩ esse *Fleckeisenus* 875 initium *BE* 877 *cf. 1064* temperi *Abrahamus stud. Pl. 202*

faciamque ut uno fetu et quod gravida est viro
et me quod gravidast pariat sine doloribus.
Mercurium iussi me continuo consequi,
si quid vellem imperare. nunc hanc adloquar.

ALCVMENA III 2

Durare nequeo in aedibus. ita me probri,
stupri, dedecoris a viro argutam meo!
ea quae sunt facta infecta ut reddat clamitat,
quae neque sunt facta neque ego in me admisi arguit;
atque id me susque deque esse habituram putat.
non edepol faciam, neque me perpetiar probri
falso insimulatam, quin ego illum aut deseram
aut sátis faciat mi ille átque adiuret insuper,
nolle esse dicta quae in me insontem protulit.
IVPP. Faciundum est mi illud, fieri quód illaec postulat,
si me illam amantem ad sese studeam recipere,
quando ego quod feci, id factum Amphitruoni offuit
atque illi dudum meus amor negotium
insonti exhibuit, nunc autem insonti mihi
illius ira in hanc et male dicta expetent.
ALC. Sed eccum video qui me miseram arguit
stupri, dedecoris. IVPP. Te volo, uxor, conloqui.
quo te avortisti? * ALC. Ita ingenium meumst:

---

880. 881 *cf. 976 sq. in hoc sermone v. 865—872 una cum 873—879 ferri non possunt* (*873 cf. 866; 877 cf. 870*); *quae in posteriore parte leguntur fere iam audivimus a Mercurio* (*874 sq. cf. 470 sq.*; *876 cf. 473 sq.*; *877—879 cf. 479 sq.*); *sed 869—872 inepti sunt: neque Alcmenae ut auxilium ferat nunc Iuppiter venit sed voluptatis causa eam ludificaturus nec* mea sit culpa *dicendum erat, sed* meum flagitium. *cf. 891—896. venit illud ex 492 sq. tamen nec 867. 868 deleri debent nec 869—872 sic excidi possunt; mutata est oratio ad amplificatoris consilium* ALCVMENA · IVPPITER *BE* 883 arguta *Nonius 456* 884 infecta ut reddat clamitat *L.:* infectare est at clamitat (*sed* adclamitat *E*, acclamitat D^2, atque clamitat D^1); *cf. Most. 1015 Pers. 671 Truc. 730* 886 adque *BD* 887 non: ne *E* 889 satis faciat *cf. 947, ad Amph. 120* at iuret *BD* 893 id factum *Camerarius:* factum id 894 ille, *corr. Pylades* 892—896 *scripta non ad Plautinam simplicitatem* 897 sed *Guietus:* et *hiatum probabili ratione non removeas;* uideo ⟨ipsum⟩ *Bachius Studemundi stud. 2, 409* 899 quor *Fleckeisenus, cf. Truc. 358, Vahlenus relat. acad. Berol. 1883, 89* auortisti ⟨quaeso⟩ *Vmpfenbachius*

inimicos semper osa sum optuerier.
Ivpp. Heia autem inimicos? Alc. Sic est, vera praedico;
nisi etiam hoc falso dici insimulaturus es.
Ivpp. Nimis iracunda es. Alc. Potin ut abstineas manum?
nam certo, si sis sanus aut sapias satis,
quam tu impudicam esse arbitrere et praedices,
cum ea tú sermonem nec ioco nec serio
tibi habeas, nisi sis stultior stultissimo.
Ivpp. Si dixi, nihilo magis es, neque ego esse arbitror,
et id huc revorti uti me purgarem tibi.
nam numquam quicquam meo animo fuit aegrius,
quam postquam audivi ted esse iratam mihi.
cur dixisti? inquies. ego expediam tibi.
non edepol quo te esse impudicam crederem;
verum periclitatus súm animum tuom,
quid faceres et quo pacto id ferre induceres.
equidem ioco illa dixeram dudum tibi,
ridiculi causa. vél hunc rogato Sosiam.
Alc. Quin huc adducis meum cognatum Naucratem,
testem quem dudum te adducturum dixeras,
te huc non venisse? Ivpp. Si quid dictum est per iocum,
non aequom est id te serio praevortier.
Alc. Ego illúd scio quam doluerit cordi meo.
Ivpp. Per dexteram tuam te, Alcumena, oro obsecro,
da mihi hanc veniam, ignosce, irata ne sies.
Alc. Ego istaec feci verba virtute irrita;
nunc, quando factis me impudicis abstini,
ab impudicis dictis avorti volo.
valeas, tibi habeas res tuas, reddas meas.
iuben mi íre comites? Ivpp. Sanan es? Alc. Si non iubes,

---

902 diti *B* insimilaturus es: insimulaturus est *Nonius 183* 903 uerecunda *codd., quod testatur Nonius; corr. Lambinus* potin *Camerarius:* potin es *B*, potine st *D*, potui est *E* 906 cum fatu, *corr. Camerarius* loco $BD^{1}E$ 907 nisi *Londinensis:* nisi si 909 ut 911 audiuit *B loquitur quasi Iuppiter, non Amphitryo* (*Langenus stud. Pl. 94*) te 916 et quidem *E* 917 hunc *servum in aedibus versantem non quasi erus dicit* 916. 917 *dittographiam ad 912—915 esse censeo. quae per iocum* (*920*), *non ridiculi causa dixit* 919 dixeris D^1 *et ut vid.*, E^1 922 illum 923 dextram *BD* 924 hanc mihi da *Fleckeisenus, cf. Kaempfius de pron. pers. 28* 926 abstines, *corr. Luchsius* (abstinei); *cf. ad 690, Asin. 582. 414* 929 sannan es *B,* sane es *D*

ibo egomet; comitem mihi Pudicitiam duxero. +
Ivpp. Mane. arbitratu tuo ius iurandum dabo,
me meam pudicam esse uxorem arbitrarier.
id ego si fallo, tum te, summe Iuppiter,
quaeso, Amphitruoni ut semper iratus sies.
Alc. A, propitius sit potius. Ivpp. Confido fore;
nam ius iurandum verum te advorsum dedi.
iam nunc irata non es? Alc. Non sum. Ivpp. Bene facis.
nam in hominum aetate multa eveniunt huius modi:
capiunt voluptátes, capiunt rursum miserias;
irae interveniunt, redeunt rursum in gratiam.
verum irae si quae forte eveniunt huius modi
inter eos, rursum si reventum in gratiam est,
bis tanto amici sunt inter se quam prius.
Alc. Primum cavisse oportuit ne diceres,
verum eadem si isdem purgas mi, patiunda sunt.
Ivpp. Iube véro vasa pura adornari mihi,
ut quae ápud legionem vota vovi, si domum
rediissem salvos, ea ego exsolvam omnia.
Alc. Ego istuc curabo. Ivpp. Evocate huc Sosiam;
gubernatorem qui in mea navi fuit
Blepharonem arcessat, qui nobiscum prandeat.
is adeo * inpransus ludificabitur,
cum ego Amphitruonem collo hinc obstricto traham.
Alc. Mirum quid solus secum secreto ille agat.
atque aperiuntur aedes. exit Sosia.

SOSIA III 3

Ámphitruo, assum. sí quid opus est, impera, imperium éxequar.
Ivpp. ⟨Sosia,⟩ optume advenis. Sos. Iam pax est inter vos duos?
nam quia vos tranquillos video, gaudeo et volup est mihi.

930 ibo egomet *cf. Cas. 198; sed dubia res est* duxero: *conieci* adsero (*Herm. 18, 573*); Pudicitiam egomet duxero comitem mihi *Fleckeisenus* *Cicero ad Att. 10, 4, 5* hac igitur Conscientia comite proficiscar. *Seneca de vita b. 13, 5. CIL 8, 647, 13* pudore solo comitabatur suo. *Merc. 869 sq.* 945 isdem *BD:* eisdem *E; nom. sing., cf. Cic. or. 157 Ritschelius op. 4, 314 sq.* purigas, patiunda *Ritschelius op. 2, 432* 947 ad legionem *Muellerus add. 56* (*v. 133*) 948 redissem *fortasse* nunciam, *positum fere ut Asin. 710 Epid. 72* 951 blefaronem *BDE, item 968. 1037 BE* 952 *conieci* is a Mercurio inpransus, *cui oppositum sit* cum ego, *ut* deo *fuerit interpretamentum nominis.* inpransus ⟨lepide⟩ *vel* pulcre, hodie *alii* 955 aedis Sosia · Ivppiter · Alcvmena *BE* 957 *supplevi* 958 uolupe

atque ita servom par videtur frugi sese instituere:
proinde eri ut sint, ipse item sit; voltum e voltu comparet:
tristis sit, si eri sint tristes; hilarus sit, si gaudeant.
sed age responde: iam vos rediistis in concordiam?
IVPP. Derides, qui scis haec dudum me dixisse per iocum.
SOS. An id ioco dixisti? équidem serio ac vero ratus.
IVPP. Habui expurigationem; facta pax est. SOS. Optume est.
IVPP. Ego rem divinam intus faciam, vota quae sunt. SOS. Censeo.
IVPP. Tu gubernatorem a navi huc evoca verbis meis
Blepharonem, qui re divina facta mecum prandeat.
SOS. Iam hic ero, cum illic censebis esse me. — IVPP. Actutum huc redi.
ALC. Numquid vis, quin abeam iam intro, ut apparentur quibus opust?
IVPP. I sane, et quantum potest parata fac sint omnia.
ALC. Quin venis quando vis intro? faxo haud quicquam sit morae. —
IVPP. Recte loquere et proinde diligentem ut uxorem decet.

iam hisce ambo, et servos et era, frustra sunt duo,
qui me Amphitruonem rentur esse: errant probe.
nunc tu divine húc fac adsis Sosia
(audis quae dico, tam etsi praesens non ades),
fac Amphitruonem ádvenientem ab aedibus
ut abigas; quovis pacto fac commentus sis.
volo déludi illunc, dum cum hac usuraria
uxore nunc mihi morigero. haec curata sint
fac sis, proinde adeo ut velle med intellegis,
atque ut ministres mihi, mihi cum sacruficem.

MERCVRIVS III 4

Concédite atque abscédite omnes, dé via decédite,
nec quisquam tam audax fúat homo, qui óbviam obsistát mihi.

---

960 item ipse *B* 962 redistis 963 dudum *Camerarius:* iam dudum 964 equidem ⟨hercle⟩ *Loewius Goetzius* 965 ALC. *praem.* expurgationem, *corr. Ritschelius* 968 qui *Loewius Goetzius:* ut 969 *diverbii exitus qualis Pseud. 561 et saepius* 970 opus *B* 971 potes *DEB^2* facta, *corr. Pylades* 973 proinde *cf. Skutschius Plaut. u. Rom. 85 sq.* 974 hisce *Fleckeisenus:* hi *BE,* hii *D* *versus exitus non optimus est et* ambo — duo *sine exemplo* (*cf. Vssingius*); *fort.* frustra sunt *versum clausit* 976 Sosia huc fac adsies *Loewius Goetzius* 977 praeses *BD^1E* 978 faciam amfitrione *Nonius 88* A. ⟨huc⟩ *Pylades* 979 ut abeat *Nonius* commentus sis *Nonius:* cum mentus (-o *D*) sies 980 diludi illum edum, *corr. Pareus* 981 sient *BED^2,* sunt *D^1* 982 me 983 mihi cum *Camerarius:* cum mihi MERCVRIVS *B,* MERCVRIVS F *E, cf. 551* 985 quispiam *Vsenerus*

nam mihi quidem hercle qui minus liceat deo minitarier
populo, ni decedat mihi, quam servolo in comoediis?
ille návem salvam nuntiat aut irati adventum senis:
ego sum Iovi dicto audiens, eius iussu nunc huc me adfero.
quam ob rem mihi magis par est via decedere et concedere.
pater vocat me, eum sequor, eius dicto imperio sum audiens;
ut filium bonum patri esse oportet, itidem ego sum patri.
amanti subparasitor, hortor, adsto, admoneo, gaudeo.
si quid patri volup est, voluptas ea mi multo maxumast.
amat: sapit; recte facit, animo quando obsequitur suo,
quod omnis homines facere oportet, dum id modo fiat bono.
nunc Amphitruonem volt deludi meus pater: faxo probe
iam hic deludetur, spectatores, vobis inspectantibus.
capiam coronam mi in caput, adsimulabo me esse ebrium;
atque illuc sursum escendero: inde optume aspellam virum
de supero, cum huc accesserit; faciam ut sit madidus sobrius.
deinde illi actutum sufferet suos servos poenas Sosia:
eum fécisse ille hodie arguet quae ego feceró hic. quid mea?
meo me aéquomst morigerum patri, eius studio servire addecet.
sed eccum Amphitruonem, advenit; iam ille hic deludetur probe,
siquidém vos voltis auscultando operam dare.
ibo intro, ornatum capiam qui potis decet;
dein susum ascendam in tectum, ut illum hinc prohibeam.

AMPHITRVO IV 1

Naúcratem quem cónvenire vólui, in navi nón erat,
neque domi neque in urbe invenio quemquam qui illum viderit.
nam omnis plateas perreptavi, gymnasia et myropolia;
apud emporium atque in macello, ín palaestra atque in foro,
in medicinis, in tonstrinis, apud omnis aedis sacras
sum defessus quaeritando: nusquam invenio Naucratem.
nunc domum ibo atque ex uxore hánc rem pergam exquirere,

990 par de uia (est) *Abrahamus stud. Pl. 210* 992 item *Lindemannus; de proceleumatico cf. Rud. 230, ad Capt. 157* ego ego 993 subparasitabor *B* 996 flat *BE* bono fiat modo *Abrahamus l. s.* 998 spectantibus, *corr. Pylades* 1000 cispellam *D*, cispella *E*, scis pellam *B*, *corr. Camerarius* (*Lambinus*) 1002 ille, *corr. Lambinus* 1003 quidem *E*, quid ⟨id⟩ *Camerarius* 1004 patri ⟨esse⟩ *Fleckeisenus; cf. 1018* 1007 potius, *corr. Scaliger* 1008 deinde *cf. 1000* probeam *D* 1009 AMPHITRIO *BE* naugratem (*item v. 918 E*) 1011 gimnasia miropolia 1012 aput *BD*[1]

quis fuerit quem propter corpus suom stupri compleverit.
nam me, quam illam quaestionem inquisitam hodie amittere,
mortuom satiust. sed aedis occluserunt. eugepae,
pariter hoc fit atque ut alia facta sunt. feriam foris.
aperite hoc. heus, ecquis hic est? ecquis hoc aperit ostium?

MERCVRIVS IV 2

Quís ad fores est? Amph. Égo sum. Merc. Quid ego sum. Amph. Íta loquor. Merc. Tibi Iúppiter
dique omnes irati certo sunt, qui sic frangas fores.
Amph. Quo modo? Merc. Eo modo, ut profecto vivas aetatem miser.
Amph. Sosia. Merc. Ita, sum Sosia, nisi me esse oblitum existimas.
quid nunc vis? Amph. Sceleste, at etiam quid velim, id tu me rogas?
Merc. Ita, rogo. paene effregisti, fatue, foribus cardines.
an foris censebas nobis publicitus praeberier?
quid me aspectas, stolide? quid nunc vis tibi? aut quis tu es homo?
Amph. Verbero, etiam quis ego sim me rogitas, ulmorum Acheruns?
quem pol ego hodie ob istaec dicta faciam ferventem flagris.
Merc. Prodigum te fuisse oportet olim in adulescentia.
Amph. Quidum? Merc. Quia senecta aetate á me mendicas malum.
Amph. Cum cruciatu tuo istaec hodie, verna, verba funditas.
Merc. Sacrufico ego tibi. A. Qui? M. Quia enim te macto infortunio.

1018 satius est euge *E* 1021 Mercvrivs et idem amphitrio. et blefaro *B*, Mercvrivs et eidem *E* 1026 effregistis *B* 1027 publicius *B* 1031 adulescentiam 1033 cruciatur *Nonius 43* 1034 infortunio *om. E* *quae inter v. 1034 et 1035 nonnullorum archetypi foliorum iactura interciderunt, huius scaenae finem, sequentis initium et duas tresve intercedentes solidas complectebantur. lacunae in B indicium nullum; D reliquum paginae spatium vacuum reliquit, E duorum versuum intervallum praebet. fragmentorum undeviginti sedecim a Nonio servata. Amphitryonem postquam Mercurius satis ludificatus est* (*frg. 1—6*), *clamor et pultatio Alcmenam excitat ex aedibus, quae cum viro altercata* (*Iuppiter scilicet ab illa discesserat ad rem divinam faciendam*) *et ipsa eum excludit* (*frg. 7—10*). *fortasse Amphitryo ad arcessendos cives scaenam reliquit; certe cum Blepharone Sosia prodit, male deinde ab ero acceptus. fortasse precator illi existit Blepharo. domini irae se subduxisse videtur servus* (*frg. 11—14.*) *Iuppiter ex aedibus procedit. maritus et moechus invicem se raptant pro moechis. Blepharonem Amphitryo advocat, Iuppiter ut videtur ludibrio habet* (*frg. 15—19*). *quaedam duo argumenta et utriusque dei in fabula sermones docent, alia qui scaenas Plauto supposuit intellexerat, alia Hoffmannus* (*diss. Vratisl. 1848*), *Vssingius, Brandtius* (*mus. Rhen. 34, 575 sq.*) *et eodem tempore scribens Schroederus* (*Studemundi stud. 2, 1 sq.*), *uterque glossarum Nonianarum ordinis rationem habentes, novissimique editores expedierunt*

Amph. At ego te cruce et cruciatu mactabo, mastigia. frg. I

(Merc.) Érus Amphitruo⟨st⟩ occupatus. II

(Merc.) abiendi nunc tibi etiam occasiost. III (XV *LG*)

(Merc.) Optimo iure infringatur aula cineris in caput. IV (III)

(Merc.) Ne tu postules matulam unam tibi aquae ínfundi in caput. V (IV)

(Merc.) Laruatu's. edepol hominem miserum. medicum quaerita. VI (VII)

(Alc.) Exiúravisti te mihi dixe per iocum. VII (XI)

(Alc.) Quaeso advenienti morbo medicari iube: VIII (XII)
tu certe aut laruatus aut cerritus es.

(Alc.) Nisi hoc ita factum est, proinde ut factum esse autumo, IX (XIII)
non causam dico quin vero insimules probri

(Amph.) Cuius? quaé me absente corpus volgavit suom. X (XVI)

(Amph.) Quíd minitabas te facturum, si istas pepulissem fores? XI (V)

(Amph.) Ibi scrobes ecfodito ⟨tu⟩ plus sexagenos in die. XII (VI)

I *Nonius 342* (mactare malo adficere significat) te *Pylades:* certo cruciatum, *corr. Pylades* mastigia *Harl.*[1] *Bern.*(*B*) *Genev.:* exuo mastigia *versum recte constituit Vssingius; dimidium cum solido quaerentes* (at ego certo cruce | et cruciatu te mactabo maxumo, mastigia *Brandtius*) *neglegunt apertum cum v. 1034 conexum, cf. 1033* II *Nonius 354* (occupatus) ⟨est⟩ *Hoffmannus* III *Priscianus 1, 564* quamuis Plautus 'abiendi' dixit 'pro abenndi' abitendi *Loewius Goetzius* IV *Nonius 543, 5* (aula) V *Nonius 543, 12* (matella aquarium vas) postulas *Schroederus* aquam VI *Nonius 44, 22* (cerriti et laruati) quaeritat, *corr. Acidalius* VII *Nonius 105* (exiurare i. e. ualde iurare) VIII *Nonius post VI* (*44, 22*) *et 247* (aduenire) quaeso: quasi *Nonius 44* morbo medicari iube *Schroederus:* morbo medicati iuuenem *Nonius 44,* moribo iure (iube) *Nonius 247* *v.* 2 *tantum p. 44* laruatus es aut cerritus, *corr. Acidalius* IX *Nonius 237* (autumare) dico uerum quin simules, *corr. Brandtius et Schroederus* X *Nonius 182* (uulgauit) cuiusque, *cf. Stowasserus in Woelfflini arch. 2, 125* ucorpus (utc. *Harl.*[1]) uulgata (uulga *Lugd.*[1]) sum *Lugd. Harl.*[1] XI *Nonius 473* (minitas pro minitaris) XII *Priscianus 1, 168 et 321, Nonius 225* (ibi scrobes fodito sexagenos in dies), *comm. Lucani p. 283* (scrobes sexagenos fodi in die), *schol. Verg. georg. 2, 288* (sexagenos in dies scrobes), *Probus cath. 20* (sexagenos scrobes), *omnes* scrobes *genere masculino testantes* ⟨tu⟩ *Hertzius* die *Gemblac. comm. Luc.:* dies *Prisc. bis, Non., Vat. schol. Verg.*

(Amph.) Noli pessimo precari. XIII (XVI)

(Bleph.) animam comprime XIV (XVII)

(Ivpp.) Mánifestum hunc optorto collo teneo furem flagiti. XV (IX)
(Amph.) Immo ego hunc, Thebani cives, qui domi uxorem meam XVI (X)
impudicitia impedivit, teneo, thensaurum stupri.

(Amph.) Nilne te pudet, sceleste, populi in conspectum ingredi? XVII (VIII)

(Amph.) clandestino XVIII (XI)

(Amph. *sive* Ivpp.) Qui nequeas nostrorum uter sit Amphitruo decernere. XIX (XIV)

IV 3

(Bleph.) Vós inter vos partite; ego abeo, mihi negotium est;
neque ego umquam usquam tanta mira me vidisse censeo.
Amph. Blepharo, quaeso ut advocatus mi adsis neve abeas. Bleph. Vale.
quid opust me advocato, quí utri sim advocatus nescio? —
Ivpp. Intro ego hinc eo. Alcumena parturit. — Amph. Perii miser.
quid ego ⟨faciam,⟩ quem advocati iam atque amici deserunt?
numquam edepol me inultus istic ludificabit, quisquis est;
nam iam ad regem recta me ducam resque ut facta est eloquar. +
ego pol illum ulciscar hodie Thessalum veneficum,
qui pervorse perturbavit familiae mentem meae.
sed ubi illest? intro edepol abiit, credo ad uxorem meam.

XIII *schol. Verg. Aen. 8, 127* (ueteres et 'precor illi' pro 'precor pro illo' dicebant) nobili pessime, *corr. Danielis* *grammaticum non recte interpretatum verba Asin. 477 huc rettulisse coniecerunt Loewius Goetzius* XIV *Nonius 233* (anima significat iracundiam uel furorem: *tacere iubentis esse vidit Vssingius*) *sane ad aliam scaenam pertinere potest* XV *Nonius 453, 24* furtum — omne quidquid occulte geritur: *ergo* furti *Loewius Goetzius* manufesto *Schroederus 30 sq.* XVI *Nonius 331* (impedire, sordidare, ad probrum ducere: 'immo — impediuit'; *id. 456* thesaurum etiam copiam pessimae rei dici posse —: 'qui domi — stupri') inmo (inme) *Non. 331 cf. arg. 2, 6* XVII *Nonius 454 in.* (ingredi), *post frg. 15* XVIII *gloss. Plaut. Ritschelii inter* susque deque (*886*) *et* perniciter (*1116*) XIX *Nonius 285* (decernere) neque has *cf. arg. 2, 8* *adiciunt Brandtius et Schroederus Plauti frg. fabulae nomine non indicato quod adfert Festus p. 169* nón ego te noui, naualis scriba, columbar impudens (*frg. inc. 32 G.*) *de Nonio p. 76 v. ad v. 400* 1035 *versus caesura carens quo loco syllabam amiserit dici nequit;* uos intér uos *tenendum est, cf. Truc. 381 Mil. 1433 Ter. Ad. 271, ad Stich. 702* parcite *B* 1038 opust med *DE,* opus me *B* quin, *corr. Camerarius* 1040 ⟨faciam⟩ *Guietus* 1041 numquem ludificauit 1042 nam *del. Gruterus, sed cf. Asin. 130; fort.* me agam

qui me Thebis alter vivit miserior? quid nunc agam,
quem omnes mortales ignorant et ludificant ut lubet.
certumst, intro rumpam in aedis: ubi quemque hominem aspexero,
si ancillam seu servom sive uxorem sive adulterum
seu patrem sive ávom videbo, óbtruncabo in aedibus.
neque me Iuppiter neque di omnes id prohibebunt, si volent,
quin sic faciam ut constitui. pergam in aedis nunciam.

BROMIA V 1

Spes átque opes vitaé meae iacént sepultae in pectore,
neque ullast confidentia iam in corde, quin amiserim;
ita mihi videntur omnia, mare terra caelum, consequi,
iam ut opprimar, ut enicer. me miseram, quid agam nescio.
ita tanta mira in aedibus sunt facta. vae miserae mihi,
animo malest, aquam velim. corrupta sum atque absumpta sum.
caput dolet, neque audio, nec oculis prospicio satis,
nec me miserior femina est neque ulla videatur magis.
ita erae meae hodie contigit. nam ubi parturit, deos síbi invocat,
strepitús, crepitus, sonitús, tonitrus: ut subito, ut propere, ut valide tonuit!
ubi quísque institerat, cóncidit crepitu. íbi nescio quis máxuma
vóce exclamat: 'Alcumena, adest auxilium, ne time:
et tibi et tuis propitius caeli cultor advenit.
exsúrgite' inquit 'qui terrore meo occidistis prae metu.'
ut iácui, exsurgo. ardére censui aédis, ita tum cónfulgebant.
íbi me inclamat Álcumena; iam éa res me horrore ádficit,
erílis praevertít metus: accúrro, ut sciscam quíd velit.

1048 certust aedibus, *corr. Camerarius; item 1052; cf. Mil. 460* 1049 si — seu — siue — siue: *quater* siue, *sed ultimo loco* seu *B*, se D^1 1050 si — si *Bothius* 1052 *vel* uti BRONIA ANCILLA. AMPHITRIO *B*, ANCILLA BROMIA AMPHITRIO *E*, ANCILLA AMPHITRIO *D* 1054 confidentiam B^1DE 1055 uidetur *E* consequi *scil.* me 1056 inicer *E*, inicier *B* 1058 corrumpta *Fleckeisenus, cf. Bacch. 603 Trin. 114. 240* 1060 femina neculla *Redslobius N. phil. rundsch. 1892, 7 (Trin. 282)* 1061 *de asyndeto cf. e. g. Curc. 329 Stich. 366 sq.* síbi inuocat *cf. Curc. 354* 1062 tonitrus *DE, testatur Nonius:* tonitrius *B; de versu excrescente cf. Pseud. 602 (178) Rud. 928; sed fortasse* tonitru ut *coalescit.* prope *Palmerus* 1066 *fort.* surgite inquid 1067. 1068 *versuum coniunctio systemati proxima, cf. Bacch. 971 Pers. 34ª Stich. 275. 291, Kiesslingius anal. Plaut. 11* 1067 aedes B^2 ita tunc *D*, itatim *E* 1068 me *om. E* ibi me inclamar (-a) argumenta (-a a) mea res me horrore (-ere) affil (-it) *Nonius 362* 1069 erilis (ebelis) praeuertitur (praeberet) *Nonius* metus *Nonius:* motus *D*, meotus *B*, meo totius *E* sciam *Nonius*

atque illam geminos filios pueros peperisse conspicor;
neque nostrum quisquam sensimus, quom peperit, neque providimus.
sed quid hoc? quis hic ést senex, qui ante aédis nostras síc iacet?
numnam húnc percussit Iúppiter?
credo édepol, nam, pro Iúppiter, sepúltust quasi sit mórtuos.
ibo et cognoscam, quisquis est. Amphitruo híc quidem ⟨est⟩ érus meus.
Amphítruo. A. Perii. B. Súrge. A. Interii. B. Cédo manum. A. Quis mé tenet?
Br. Tua Bromia ancilla. Am. Totus timeo, íta me increpuit Iuppiter.
nec secus est, quasi si ab Acherunte veniam. sed quid tu foras
egressa es? Brom. Eadem nos formido timidas terrore impulit
in aedibus, tu ubi habitas. nimia mira vidi. vae mihi,
Amphitruo, íta mihi animus etiam nunc abest. Amph. Agedum expedi:
scin me tuom esse erum Amphitruonem? B. Scio. A. Vide etiam nunc. B. Scio.
Amph. Haec sola sanam mentem gestat meorum familiarium.
Brom. Immo omnes sani sunt profecto. A. At me uxor insanum facit
suis foedis factis. Brom. At ego faciam, tu idem ut aliter praedices,
Ámphitruo, piam et pudicam ésse tuam uxorem ut scias.
de ea re signa atque argumenta paucis verbis eloquar.
omnium primum: Alcumena geminos peperit filios.
A. Ain tu, geminos? B. Geminos. A. Di me servant. B. Sine me dicere,
ut scias tibi tuaeque uxori deos esse omnis propitios.
Amph. Loquere. Brom. Postquam parturire hodie uxor occepit tua,
ubi utero exorti dolores, ut solent puerperae
invocat deos immortales, ut sibi auxilium ferant,
manibus puris, capite operto. íbi continuo contonat
sonitu maxumo; aedes primo ruere rebamur tuas.
aedes totae confulgebant tuae, quasi essent aureae.
Amph. Quaeso absolvito hinc me extemplo, quando satis deluseris.
quid fit deinde? Brom. Dum haec aguntur, interea uxorem tuam
neque gementem neque plorantem nostrum quisquam audivimus;
ita profecto sine dolore peperit. Amph. Iam istuc gaudeo,

1071 *sq. disp.* neque — peperit | neque — senex | qui — Iuppiter 1074 sepultust *B:* sepultus est *E*, sepultus *D; dictio suspecta* 1075 cognosco *B* ⟨atque⟩ A. *Luchsius comm. pros. 2, 14* ⟨est⟩ *Camerarius* 1078 acheronte 1079 egessa *BD* 1081 *in hiatum nihil probabile inventum* 1083 saccam *B*, sarcam *DE*, *corr. Camerarius* (*qui coniecit et* siccam *vel* sartam, *neutrum recte, quod sequentem versum docere iam Acidalius dixit*) mentem *om. E* morum *D*, mearum *B*, mea *E*, *corr. Acidalius* 1086 esse tuam *E:* tuam esse *B*, esse *D; cf. 1124* 1092 ibi 1096 aedis tuae: *fort.* tum 1098 sit *BE*

utut erga me merita est. Brom. Mitte ista atque haec quae dicam accipe.
postquam peperit, pueros lavere iussit nos. occepimus.
sed puer ille quém ego lavi, ut magnust et multum valet!
neque eum quisquam colligare quivit incunabulis.
Amph. Nimia mira memoras; si istaec vera sunt, divinitus
non metuo quin méae uxori latae suppetiae sient.
Brom. Magis iam faxo mira dices. postquam in cunas conditust,
devolant angues iubati deorsum in impluvium duo
maximi: continuo extollunt ambo capita. Amph. Ei mihi.
Brom. Ne pave. sed angues oculis omnis circumvisere.
postquam pueros conspicati, pergunt ad cunas citi.
ego cunas recessim rursum vorsum trahere et ducere,
metuens pueris, mihi formidans; tantoque angues acrius
persequi. postquam conspexit angues ille alter puer,
citus e cunis exilit, facit recta in anguis impetum:
alterum altera prehendit eos manu perniciter.
Amph. Mira memoras, nimis formidolosum facinus praedicas;
nam mihi horror membra misero percipit dictis tuis.
quid fit deinde? porro loquere. Brom. Puer ambo angues enicat.
dum haec aguntur, voce clara exclamat uxorem tuam —
A. Quis homo? B. Summus imperator divom atque hominum Iuppiter.
is se dixit cum Alcumena clam consuetum cubitibus,
eumque filium suom esse qui illos angues vicerit;
alterum tuom esse dixit puerum. Amph. Pol me haud paenitet,
si licet boni dimidium mihi dividere cum Iove.
abi domum, iube vasa pura actutum adornari mihi,
ut Iovis supremi multis hostiis pacem expetam.
ego Teresiam coniectorem ádvocabo et consulam
quid faciundum censeat; simul hanc rem ut facta est eloquar.
sed quid hoc? quam valide tonuit. di, obsecro vostram fidem.

1101 me erga *Schmidtius; cf. Cist. 109, Ritschelius nov. exc. 36 sq.* ist(a)ec; *cf. Asin. 578 Capt. 964 Most. 1134* 1102 lauere *testatur Nonius 504:* lauare iussit ut hos accedimus *Nonius* 1103 magnus est 1106 meae quin *Bothius* 1107 conditus est 1108 iubati D^2, *schol. Aen. 2, 206:* iuuati BD^1E, iubatae *testatur Nonius 191* (*eiusdem codd. fere* duo); *cf. sq.* conpluuium *Nonius* 1109 uae mihi *Lachmannus* 1112 recessum, *corr. Valla* 1115. 1116 *inverso ordine, corr. Pylades* 1117 predicas facinus *E* 1119 sit *B* anguis *DE* 1120 inclamat *Dousa; cf. Vssingius* 1122 cubilibus, *corr. Scaliger* 1124 esse tuum *E* 1126 iuue D^1E 1127 hostis E^1, *Nonius 388* petam *Nonius 388* (expetam *p. 460*) 1128 tiresiam D^1, *item 1145*

IVPPITER V 2

Bono ánimo es, adsum auxílio, Amphitruo, tibi et tuis:
nihil est quod timeas. hariolos, haruspices
mitte omnes; quae futura et quae facta eloquar,
multo adeo melius quam illi, quom sum Iuppiter.
primum omnium Alcumenae usuram corporis
cepi, et concubitu gravidam feci filio.
tu gravidam item fecisti, cúm in exercitum
profectu's: uno partu duos peperit simul.
eorum alter, nostro qui est susceptus semine,
suis factis te immortali adficiet gloria.
tu cum Alcumena uxore antiquam in gratiam
redi: haud promeruit quam ob rem vitio vorteres;
mea vi subactast facere. ego in caelum migro. —

AMPH. Fáciam ita ut iubés et te oro, prómissa ut servés tua. V 3
ibo ad uxorem intro, missum facio Teresiam senem.

nunc, spectatores, Iovis súmmi causa clare plaudite.

1131 IVPPITER 1136 coepi et *E*, copret *D*[1] 1137 ita *E* 1138 parto *B*[1] duos *cf. Studemundus in Woefflini arch. 3, 552* 1144 AMPHITRIO 1146 *cantori dedit Fleckeisenus* clara *B*, cla*re *D*, dare *E* PLAVTI AMPHITRIO EXPLICIT *BE*, *sine subscr. D*

ASINARIA

ARGVMENTVM

Amanti argento filio auxiliarier
Sub império vivens volt senex uxorio.
Itaque ob asinos relatum pretium Saureae
Numerari iussit servolo Leonidae.
Ad amicam id fertur. cedit noctem filius.
Rivalis amens ob praereptam mulierem,
Is rem omnem uxori per parasitum nuntiat.
Accurrit uxor ac virum e lustris rapit.

---

arg. post prologum codd. PLAVTI ARGVMENTVM INASINARIAM (-A *B*) *BE* 3 ab *E* *Donatus ad And. 3, 5, 4* Pl.: pretium ob asinos *ad v. 347 potius pertinet* 4 seruo *corr. Aldina* 6 riualis *Pylades:* riumus obrereptam, *corr. Camerarius* 7 it, rem *Gulielmius*; *imitatur constructionem qualis est Poen. 302. 1069 Mil. 25, cf. Reblingius röm. umgangsspr. 27* 8 e lustris rapit *Camerarius:* eius trisrae (-re *E*), *cf. 934*

PERSONAE

LIBANVS servus
DEMAENETVS senex
ARGYRIPPVS adulescens
CLEARETA lena
LEONIDA servus
MERCATOR
PHILAENIVM meretrix
DIABOLVS adulescens
PARASITVS
ARTEMONA matrona

SCAENA ATHENIS

CLEARETA *cf. ad titulum 1 3* *pro mercatore* CHLAMIDATVS *tit. II 4, cf. ad v. 431.*

PROLOGVS

Hoc agite sultis, spectatores, nunciam,
quae quidem mihi atque vobis res vertat bene
gregique huíc et dominis atque conductoribus.
face nunciam tu, praeco, omnem auritum poplum.
age nunc reside, cave modo ne gratiis.
nunc quid processerim huc et quid mihi voluerim
dicam: ut sciretis nomen huius fabulae;
nam quod ad argumentum attinet, sane brevest.
nunc quod me dixi velle vobis dicere,
dicam: húic nomen graece Onagost fabulae;
Demophilus scripsit, Maccus vortit barbare;
Asinariam volt esse, si per vos licet.
inest lepos ludusque in hac comoedia,
ridicula res est. date benigne operam mihi,
ut vos, ut alias, pariter nunc Mars adiuvet.

Incipit (*om. E*) prologvs in asinariam plavti *BE, om. spatio relicto, ut fere titulos, D* 1 sultis *ED^1, Donatus ad Eun. 1, 2, 50:* si uultis *BD^2* 2 *cf. Men. 2;* mihi *praemittit quasi imperator vel magistratus* 3 domino *Camerarius* 4 eace *BE* nunciam *Lingius:* iam nunc populum *cf. Poen. 11—15* 5 gratis 8 breuest *et* breve est (*sic D*) *et* brevis est *valere potest* 10 huic, *cf. ad Amph. 702* onagost *erasa ut vid. super* ost *lineola E:* onagrost *BD* 11 maccus, *cf. Buechelerus mus. Rhen. 41, 12* 13 *cf. Rud. 352* id est *E* 15 ut *L.:* item (*i. e.* utei) *prologum genuinum esse alio loco comprobavi*

LIBANVS I 1

Sicut tuom vis unicum gnatum tuae
superesse vitae sospitem et superstitem,
ita ted obtestor per senectutem tuam
perque illam, quam tu metuis, uxorem tuam,
si quid med erga hodie falsum dixeris,
ut tibi superstes uxor aetatem siet
atque illa viva vivos ut pestem oppetas.

DEMAENETVS

Per Dium Fidium quaeris: iurato mihi
video necesse esse eloqui quidquid roges.
[ita me obstinate adgressu's, ut non audeam
profecto, percontanti quin promam omnia.]
proinde actutum istuc quid sit quod scire expetis
eloquere: ut ipse scibo, te faciam ut scias.
Lib. Dic obsecro hercle serio quod te rogem,
cave mihi mendaci quicquam. Dem. Quin tu ergo rogas?
Lib. Num me illuc ducis, ubi lapis lapidem terit?

Libanvs servvs demenetvs (demetivs *B*[1]) senex *BE* 16 sicut tuum *item Gellius 1, 22, 20:* sicuti tum *Nonius 393* (*non ex Gellio*) 18 *om. E* ted *D:* te *B*, te deos *Iulius Rufinianus p. 43 H.* 19 tu *sup. scr. BD* 22 et pestem oppetat *Nonius 361* 23 deum, *ut* cil. *6, 567. 568* quaeris: *scit eum aliquid scire expetere* (*27*) *obtestatur erum servus, dum domo egrediuntur, ergo per Dium Fidium eum quaerere ait, cf. Varro de l. l. 5, 66* quidam negant sub tecto per hunc deierare oportere, *Cati frg. 35 R.* (*Nonius 494*) qui per deum Fidium iurare uolt, prodire solet in compluuium *non hi versus, sed 25. 26 suppositi videntur cum illi non intellegerentur. cf. Langenus stud. Pl. 239sq.* 26 percunctanti 29 rogem, *cf. Baierus de Pl. fab. rec. 33, Bachius in Studemundi stud. 2, 164 sq.; coniunctivus pro futuro est*

Dem. Quid istúc est? aut ubi istúc est terrarum loci?
Lib. [Vbi flent nequam homines, qui polentam pinsitant.]
apud fústitudinas, ferricrepinas insulas,
ubi vivos homines mortui incursant boves.
Dem. Modo pol percepi, Libane, quid istuc sit loci:
ubi fit polenta, te fortasse dicere. Lib. Ah,
neque hercle ego istuc dico nec dictum volo,
teque obsecro hercle ut quae locutu's despuas.
Dem. Fiat, geratur mos tibi. Lib. Age, age usque excrea.
Dem. Etiamne? Lib. Age quaeso hercle usque ex penitis faucibus.
etiam amplius. Dem. Nam quo usque? Lib. Vsque ad mortem volo.
Dem. Cave sís malam rem. Lib. Vxoris dico, non tuam.
Dem. Dono te ob istuc dictum, ut expers sis metu.
Lib. Di tibi dent quaecumque optes. Dem. Redde operam mihi.
cur hoc ego ex te quaeram? aut cur miniter tibi
propterea quod me non scientem feceris?
aut cur postremo filio suscenseam,
patres ut faciunt ceteri? Lib. Quid istúc novi est?
demiror quid sit et quo evadat sum in metu.
Dem. Equidem scio iam, filius quod amet meus
istanc meretricem e proxumo Philaenium.
estne hoc ut dico, Libane? Lib. Rectam instas viam.
ea res est. sed eum morbus invasit gravis.
Dem. Quid morbi est? Lib. Quia non suppetunt dictis data.
Dem. Tune es adiutor nunc amanti filio?

---

32. 33 *post v. 47 sic mutati iterantur:*
quid istud (-uc *C*) est aut ubi istuc sit nequeo noscere
ubi flent nequam homines qui polentam pinsitant
(*ubi* Servvs *priori*, Senex *alteri v. praem.* B^2, quid istuc sit *Camerarius*). *fortasse qui ibi posuit dittographiam, scaenam contrahere et v. 32—46 omittere volebat. v. 33, qui griphum destruit, del. Loewius Goetzius* 33 pransitant, *sed* al' pinsitant B^2D *ex v. repetito* 34 fustidunas *E* 37 fit *om.* B^1 ahc *BD*, hac *E* 38 ergo B^1 39 qui B^2 41 *post v. 55 legitur, corr. Merula* hercule *Prisciani codd. 1, 99* 47 hoc, *quod quaesiturus sum v. ad 32. 33* 48 nescientem *E* 49 succenseam, *item 146, sed* susc. *354. 372. 459* *47 sq. invicem interrogaturus non plane interrogat Demaenetus, sed consulto sermonem obliquat, postremo iam se scire enuntiat. non recta quae leguntur in Loewii et Goetzii praef. p. 23 et mus. Rhen. 37, 151, nec meliora Mayenus protulit de part. quod etc. p. 4 sq.; ad v. 52 cf. Mil. 893 Truc. 383, ad Most. 691* 51 *post v. 83 traditum hoc loco posuit Acidalius. versum testatur Nonius 293* 52 *et hoc loco extat et adhaeret versui 51 post v. 83* (*ibi* iam scio) 53 philenium, *ut ubique* 54 instans B^1D^1 56 est *cf. Trin. 763, Ter. Hec. 323. 357; Bachius l. s. 371*

Lib. Sum vero, et alter noster est Leonida.
Dem. Bene hercle facitis ét a me initis gratiam.
verum meam uxorem, Libane, nescis qualis sit?
Lib. Tu primus sentis, nos tamen in pretio sumus.
Dem. Fateór eam esse importunam atque incommodam.
Lib. Posterius istuc dicis quam credo tibi.
Dem. Omnes parentes, Libane, liberis suis,
qui mi auscultabunt, facient obsequellam +
quippe quí mage amico utantur gnato et benevolo.
atque ego me id facere studeo, volo amari a meis;
volo mé patris mei similem, qui causa mea
nauclerico ipse ornatu per fallaciam
quam amabam abduxit ab lenone mulierem;
neque puduit eum id aetatis sycophantias
struere et beneficiis me emere gnatum suom sibi.
eos mé decretumst persequi mores patris.
nam me hodie oravit Argyrippus filius,
uti sibi amanti facerem argenti copiam;
et íd ego percupio obsequi gnato meo.
[volo amori obsecutum illius, volo amet me patrem.]
quamquam illum mater arte contenteque habet,
patres ut consueverunt: ego mitto omnia haec.
praesertím quom is me dignum quoi concrederet

---

60 siet 61 sentis *cum eis quae secuntur* (*cf. Hor. art. poet. 372* sed tamen in pretiost, *de servis e. g. Cic. pro Rosc. Am. 77, cf. Pseud. 466*) *non convenit; fort.* servis, *cf. Anaxandr. frg. 52, 5 K., Alex. 146, 3, Eur. frg. 502, Aul. 169 Men. 766. 795* 63 dictis *E* 64 *cf. Luchsius in Studemundi stud. 1, 56* 65 *item* (*sed* faciunt) *Nonius 215, qui testatur* obsequellam *de hoc loco et aliis quattuor; fuerunt qui ubique* obsequentiam *substituerent.* obsequellam ⟨eam⟩, *i. e. in ea re, non male Acidalius; sed cf. v. 64. fortasse sic:* omnes parentes, Libane, facient liberis, | qui mi auscultabunt, obsequellam ⟨amantibus⟩. *constructionem vindicavit Vahlenus Herm. 17, 615* (*cf. v. 175*) 66 *del. Fleckeisenus. singulos comicorum senum filios cogitat, similis transitus Men. 575 sq. Mil. 720, cf. 887 sq. 894. amicitiam et benevolentiam, non gratum animum filii expetere huic patri convenit* (*Ter. Ad. 67*). *cf. Niemeyerus Berl. phil. wochenschr. 1, 41* 67 amare *DE* 69 nauderio, *corr. Camerarius* 71 sicophantias *BD,* sychofantias *E* 72 me emere: mee mea (ma D^1) re B^1 *et* D^1 *ut vid.* *cf. de hoc loco Herm. 18, 564* 74 argirippus *BD ut fere,* argryppus *E* 75 ut 76 Pl. Asin.: ego sane cupio o. g. m. *Nonius 454* 77 *del. Fleckeisenus* amari obsecutam *Nonius* (genet. pro dativo) *qui versum finxit, non* obsecuum *scripsisse videtur* (*Lachmannus ad Lucr. 304*), *sed primam corripuisse* 79 consuerunt 80 quo*i (b *eras.?*) *D,* cui B^2

habuit, me habere honorem eius ingenio decet;
quom me adiit, ut pudentem gnatum aequomst patrem,
cupio esse amicae quod det argentum suae.
Lib. Cupis id quod cupere te nequiquam intellego.
dotalem servom Sauream uxor tua
adduxit, cui plus in manu sit quam tibi.
Dem. Argentum accepi, dote imperium vendidi.
nunc verba in pauca conferam quid te velim.
viginti iam usust filio argenti minis:
face id ut paratum iam sit. Lib. Vnde gentium?
Dem. Me defraudato. Lib. Maxumas nugas agis:
nudo detrahere vestimenta me iubes.
defraudem te ego? age sís, tu sine pennis vola.
tene ego defraudem, cui ipsi nihil est in manu,
nisi quid tu porro uxorem defraudaveris?
Dem. Qua me, qua uxorem, qua tu servom Sauream
potes, circumduce, aufer; promitto tibi
non offuturum, si id hodie effeceris.
Lib. Iubeas una opera me piscari in aere,
venari autem rete iaculo in medio mari. †
Dem. Tibi optionem sumito Leonidam,
fabricare quidvis, quidvis comminiscere:
perficito, argentum hodie ut habeat filius,
amicae quod det. Lib. Quid ais tu, Demaenete?
Dem. Quid ⟨vis?⟩ Lib. Si forte in insidias devenero,
tun redimes me, si me hostes interceperint?
Dem. Redimam. Lib. Tum tu igitur aliud cura quid lubet.
ego eo ad forum, nisi quid vis. Dem. Ei, bene ambula.

---

82 aequost B^1, atquost *D* 83 *cf. ad 51 sq.* 85 *demum Libani* BD^1E tua ⟨tibi⟩ *Loewius Goetzius; cf. 372* 86 est *var. l. in D et E* 91 defrud. *hic* D^2, *93 B, 94 BDE, 95 D* 92 nodo *E* 93 *cf. Poen. 871* *neque cum v. 92 hic versus (del. Fleckeisenus) ferri posse videtur nec v. 94. 95 post v. 86* 94 ten ego defraude *Nonius 31* 96 me *DE, Festus 198:* me arte *B, sup. scr.* arte *D* 97 potest B^1 98 offoturum B^1 si id *Festus:* sit D^1E, si BD^2 hodie *om. Festus* 99. 100 *om. Festus, qui adfert 96. 98. 101; cf. Leidolphus diss. Ienens. 2, 243* 100 rete *om. E* immedio *BD* reti autem iaculo uenari *Hermannus, cf. Truc. 35. de* retiaculo *cf. W. Schmitz. mus. Rhen. 25, 625 sq., P. I. Meierus de gladiatura rom. 26. recte opponi videtur tantum* uenari autem in medio mari; *nec tamen facile dixeris quae verba* rete iaculo, *ut interpolatum sit, expulerit. cf. Ribbeckius mus. Rhen. 37, 58* 103 perfitito B^1D 105 Dem. Quid uis? *Vahlenus:* quid 108 eo ego *ED* ei bene *Fleckeisenus:* fiet ne *Camerarius* ego *sq. Demaeneto,* ei *sq. Libano dedit; sed Libanus*

atque audin etiam? Lib. Ecce. Dem. Si quid te volam,
ubi eris? Lib. Vbicumque libitum erit animo meo.
profecto nemo est quem iam dehinc metuam mihi
ne quid nocere possit, cum tu mihi tua
oratione omnem animum ostendisti tuom.
quin te quoque ipsum facio haud magni, si hoc patro.
pergam quo occepi atque ibi consilia exordiar.
Dem. Audin tu? apud Archibulum ego ero argentarium.
Lib. Nempe in foro? Dem. Ibi, si quid opus fuerit. Lib. Meminero. —
Dem. Non esse servos peior hoc quisquam potest
nec magis versutus nec quo ab caveas aegrius.
eidem homini, si quid recte curatum velis,
mandes: moriri sese misere mavolet,
quam non perfectum reddat quod promiserit.
nam ego illud argentum tam paratum filio
scio esse quam me hunc scipionem contui.
sed quid ego cesso ire ad forum, quo inceperam?
* atque ibi manebo apud argentarium. —

ARGYRIPPVS I 2

Sícine hoc fít? foras aédibus me éici?
promerenti optume hocin preti redditur?
bene merenti mala es, male merenti bona es;
at malo cum tuo, nam iam ex hoc loco

---

dicere debet quo iturus sit, ut v. 115 intellegi possit, cf. 251. hoc si tenemus, v. 109. 110 tollere (*Langenus stud. Pl. 242*) *non possumus neque 116* (audin tu? *non* atque audin?) *cum 108 coniungere* (*Loewius Goetzius praef. 22*). *erus a servo petit, ut locum in foro designet, ubi inveniri possit; id servus se facturum negat, erus facit v. 116. eo magis placent v. 111—115* 109 ecce *scil.* audio (*Langenus symb. 7*) 112 nocere michi possit cum tua *E* tu *B*²: *om.; cf. Kaempfius de pron. pers. 20 sq.* 116 *Libano continuant*, 117 Sen. — Lib. — Sen. *codd., corr. Angelius* 119 uersutum *Nonius 454* quo ob *D*, quo *Nonius* 120 eid. h.: fidem boni hominis *D*, idem homini uersuto *Nonius* 121 magis uolet *var. l. in DE* 123 *vel* illuc 124 conitu *B*¹ 125 *Libano tribuitur, corr. Angelius* quod incoeperam 126 ⟨ibo⟩ atque *Camerarius, possis* ⟨pergam⟩ *post* inceperam. *versum del. Bothius* 127 Argirippvs (Arcir. *E*) adolescens *BDE* *Argyrippi canticum et cum lena colloquium Plautus ex alia fabula sumpta Demophilo addidisse vel potius alii eius scaenae substituisse videtur, non plane remotis quae his obstant in antecedente scaena* (*v. 89*) *et III 1* (*v. 533*) *3* (*v. 594*), *cf. 329. magnam haec cum Truculento similitudinem habent* 128 hoccine 130 nam iam *cf. Amph. 1042;* nunciam *Pylades, cf. mus. Rhen. 38, 18*

íbo ego ad trés viros vóstraque ibi nómina
faxo erunt, capitis te perdam ego et filiam,
pérlecebrae, pérmities, ádulescentum exitium.
nám mare haud ést mare, vós mare acérrumum;
nam in mari repperi, hic elavi bonis.
ingrata atque inrita esse omnia intellego
quae dedi et quod bene feci, at posthac tibi
mále quod potero fácere faciam, méritoque id faciám tuo.
ego pol te redigam eodem unde orta es, ad egestatis terminos,
ego edepol te faciam ut quae sis nunc et quae fueris scias.
quae prius quam ístam adii atque amans ego animum méum isti dedi,
sordido vitam oblectabas pane in pannis inopia,
atque ea si érant, magnás habebas omnibus dis gratias;
eadem nunc, cum est melius, me, cuius opera est, ignoras mala.
reddam ego te ex fera fame mansuetem, me specta modo.
nam isti quid suscenseam ipsi? nihil est, nihil quicquam meret;
tuo facit iussu, tuo imperio paret: mater tu, eadem era es.
té ego ulciscar, té ego ut digna es perdam atque ut de me meres.
at scelesta viden ut ne id quidem, me dignum esse existumat
quém adeat, quem conloquatur quoique irato supplicet?
atque eccam inlecebra exit tandem; opinor hic ante ostium
meo modo loquar quaé volam, quoniam intus non licitum est mihi.

CLEARETA I 3

Vnum quodque istorum verbum nummis Philippis aureis
non potest auferre hinc a me si quis emptor venerit;

133 *aut anapaesti sunt aut choriambi* (*cf. Seyffertus Berl. phil. w. 1891, 112*) *cum ionicis cognati, v. ad Men. 110. unicum hoc in Asinaria canticum* pernicies *ς;* permities *testatur Nonius 153* (pellecrebre permitiis); *si latinum est, certe Plautinae aetatis erat* 137 at: ac *B* 141 dedidi *Lachmannus, alii transponunt* ego; *cf. Brixius in Fleckeiseni ann. 121, 53* 142 sordido pane *cf. Sen. ep. 18, 7 Suet. Ner. 48 ext.;* inopia *corruptum est, cf. Palmerus Hermath. 1886, 82, qui coniecit* inpia. *potius tale quid expecto quale* horridis *vel* sordida 143 magnam — gratiam *Bentleius, quod versus nequaquam flagitat* (*cf. Langenus symb. 12 sq.*) 145 mansuetem *testatur Nonius 483:* mansuetam 146 quod *Acidalius* 147 *Soph. El. 597* 148 me *om.* B^1E 149 *cf. miscell. Ciceron. 10* (*ubi addas Aul. 637 Poen. 840 Bacch. 1115*). id — dignum *coniungi potest* (*Capt. 969 al.*), *sed vix* quem adeat *cum illis* 150 conlocatur BD^1E^2 151 exiit *E* oppinor *DE* 152 uolam — mihi *item Nonius 478* 153 LENA CLERETA (CLE*ET*A B^1) ADOLESCENS ARGIRIPPVS *B*, LEENA CLEERETA (CLERETA E^1) ADOLESCENS ARGIPPVS *E*, LENA CLEREA ARGI *D; de lenae nomine cf. tit. III 1 et v. 751* (*B*). *non Cleaeretam sed Κλεαρέτην esse dixit Vssingius p. 349. cf.* CIA. *766, 21* quoque *B et D ante corr.* philippeis

nec recte quae tu in nos dicis, aurum atque argentum merumst:
fixus hic apud nós est animus tuos clavo Cupidinis.
remigio veloque quantum poteris festina et fuge:
quam magis té in altum capessis, tam aestus te in portum refert.
Argyr. Ego pol istum portitorem privabo portorio;
ego te dehinc ut merita es de me et mea re tractare exsequar,
quom tu med ut meritus sum non tractas atque eicis domo.
Clear. Magis istuc percipimus lingua dici, quam factis fore.
Argyr. Solus solitudine ego ted atque ab egestate abstuli;
solus si ductem, referre gratiam numquam potes.
Clear. Solus ductato, si semper solus quae poscam dabis;
semper tibi promissum habeto hac lege, dum superes datis.
Argyr. Qui modus dandi? nam numquam tu quidem expleri potes;
modo quom accepisti, haud multo post aliquid quod poscas paras.
Clear. Quid modist ductando, amando? numquamne expleri potes?
modo remisisti, continuo iam ut remittam ad te rogas.
A. Dedi equidem quod mecum egisti. C. Et tibi ego misi mulierem:
par pari datum hostimentumst, opera pro pecunia.
A. Male agis mecum. C. Quid me accusas, si facio officium meum?
nam neque fictum usquamst neque pictum neque scriptum in poematis
ubi lena bene agat cum quiquam amante, quae frugi esse volt.
Argyr. Mihi quidem te parcere aequomst tandem, ut tibi durem diu.
Clear. Non tu scis? quae amanti parcet, eadem sibi parcet parum.
quasi piscis, itidemst amator lenae: nequam est, nisi recens;
is habet sucum, is suavitatem, eum quo vis pacto condias,
vel patinarium vel assum, verses quo pacto lubet:
is dare volt, is se aliquid posci, nam ibi de pleno promitur;
neque ille scit quid det, quid damni faciat: illi rei studet.
volt placere sese amicae, volt mihi, volt pedisequae,

156 est *om.* D^1, *Nonius 344* 157 potes *Nonius 308*, potis es *Taubmannus* (*Gruterus*); *cf. Aul. 119* (*Brixius ad Men. 435*) 158 quo magis *omisso* tam *Nonius 247. 266. 381* (*ex Nonio Servii interpolator Italus Aen. 11, 627*) 161 me atque *Lachmannus:* quae 163 te atque D^2E^2, datque B^1 164 potest B^1 167 quid modist dando *Acidalius et Fleckeisenus probabiliter, cf. 882 Merc. 652 Lorenzius ad Mil. 1311 p. 285. sed non plane verba exaequantur 169 sq.* 168 quom *Pylades:* quod 172 d. h. *BD:* d. hos timentust *E,* hostimentum d. est *Nonius 3,* hostimentum d. *Nonius 529,* d. est h. *schol. Verg. Aen. 4, 424* ('Pl. in Cistellaria') 174 nam: namque *E* nec fictum usquamst nec dictum (tictum) *Nonius 309,* nec fictum umquamst neque pictum *Nonius 493:* neque usquam pictum 181 ubi, *corr.* ς

volt famulis, volt etiam ancillis; et quoque catulo meo
subblanditur novos amator, se ut quom videat gaudeat.
vera dico: ad suom quemque hominem quaestum esse aequomst callidum.
Argyr. Perdidici istaec esse vera damno cum magno meo.
Clear. Si ecastor nunc habeas quod des, alia verba praehibeas;
nunc quia nihil habes, maledictis te eam ductare postulas.
A. Non meum est. C. Nec meum quidem edepol, ad te ut mittam gratiis.
verum aetatis atque honoris gratia hoc fiet tui,
quia nobis lucro fuisti potius quam decori tibi:
si mihi dantur duo talenta argenti numerata in manum,
hanc tibi noctem honoris causa gratiis dono dabo.
A. Quid si non est? C. Tibi non esse credam, illa alio ibit tamen.
A. Vbi illaec quae dedi ante? C. Abusa. nam si ea durarent mihi,
mulier mitteretur ad te, numquam quicquam poscerem.
diem aquam solem lunam noctem, haec argento non emo:
ceterum quae volumus uti Graeca mercamur fide.
quom a pistore panem petimus, vinum ex oenopolio,
si aes habent, dant mercem: eadem nos discipulina utimur.
semper oculatae manus sunt nostrae, credunt quod vident.
vetus est: ‘nihili coactiost’ — scis cuius. non dico amplius.
Argyr. Aliam nunc mi orationem despoliato praedicas,
longe aliam, inquam, praebes nunc atque olim, quom dabam,
aliam atque olim, quom inliciebas me ad te blande ac benedice.
tum mi aedes quoque arridebant, cum ad te veniebam, tuae;
me unice unum ex omnibus te atque illam amare aibas mihi;
ubi quid dederam, quasi columbae pulli in ore ambae meo
usque eratis, meo de studio studia erant vostra omnia,
usque adhaerebatis: quod ego iusseram, quod volueram

---

184 et quoque *dictio caret exemplo, fort.* id quoque (id q. iam *Ribbeckius*) 186 *cf. Truc. 416 ubi apta est sententia hic non aptissima, cf. Schoellius ad Truc.* 188 sic castor *E* perhibeas *BD,* prohibeas *E, corr. Passeratius* 190 gratis 194 gratis 196 illa *Nonius 76* nam si: nimis *Nonius* 197 numquam: nec te *Nonius* pascerem *Nonius* 198 *nescio an dies et nox ad* solem lunam *interpretamenta sint, cum in versum reciperentur male collocata* (*aliter Bacch. 255. 699 sq.*) 199 cetera, *correxi* 200 cenopolio *E* 201 disciplina 202 occulatae *BD*², occultate *E,* obcultae *D*¹ 203 coaetiost (-o est *B*) *BD; cf. Vssingius, Vahlenus Herm. 17, 599. sed scribendum videtur* nihilist emptio (*cf. Epid. 51. 295*). *inepte post Camerarium* coctio *vel* cocio scis cuius *puta nihili, mortis, luti* 205 inquam ⟨linguam⟩ praebes *Vahlenus Herm. 17, 276 sq.; fort.* inquam ⟨orationem⟩ nunc 208 aiebas

faciebatis, quod nolebam ac volueram, de industria
fugiebatis, neque conari id facere audebatis prius.
nunc neque quid velim neque nolim facitis magni, pessumae.
CLEAR. Non tu scis? hic noster quaestus aucupi simillimust.
auceps quando concinnavit aream, offundit cibum;
aves adsuescunt: nécesse est facere sumptum qui quaerit lucrum;
saepe edunt: semel si sunt captae, rem solvont aucupi.
itidem hic apud nos: aedes nobis area est, auceps sum ego,
esca est meretrix, lectus inlex est, amatores aves;
bene salutando consuescunt, compellando blanditer,
osculando, oratione vinnula, venustula.
si papillam pertractavit, haud est ab re aúcupis;
savium si sumpsit, sumere eum licet sine retibus.
haecine te esse oblitum, in ludo qui fuisti tam diu?
ARGYR. Tua ista culpa est, quae discipulum semidoctum abs te amoves.
CLEAR. Remeato audacter, mercedem sí eris nactus: nunc abi.
ARGYR. Mane, mane, audi. dic, quid me aequom censes pro illa tibi dare,
annum hunc ne cum quiquam alio sit? CLEAR. Tene? viginti minas;
atque ea lege: si alius ad me prius attulerit, tu vale.
A. At ego est etiam prius quam abis quod volo loqui. C. Dic quod lubet.
A. Non omnino iam perii, est relicuom quo peream magis.
habeo unde istuc tibi quod poscis dem; sed in leges meas
dabo, uti scire possis, perpetuom annum hunc mihi uti serviat
nec quemquam interea alium admittat prorsus quam me ad se virum.
CLEAR. Quin, si tu voles, domi sérvi qui sunt castrabo viros.
postremo ut voles nos esse, syngraphum facito adferas;
ut voles, ut tibi lubebit, nobis legem imponito:
modo tecum una argentum adferto, facile patiar cetera.
portitorum símillumae sunt ianuae lenoniae:
si adfers, tum patent, si non est quod des, aedes non patent. —

---

212 uetueram B^2 213 coronari D^1E 214 *cf. Muellerus pros. 149* 215 simillimus est 216 concinauit *BE* 217 adsuescunt *cf. Lachmannus ad Lucr. 4, 997* 218 captae sunt *Gruterus* 219. 220 ititidem *BD* aedis 221 pectus *Paulus 113* 223 uenusta *Nonius 186* 224 pertractabit, *corr. Camerarius* *post* 225 *intercidisse videtur talis sententiae versiculus:* sin ductare postulauit, tangit uiscus, captus est 226 haeccine 230 tune, *corr. Camerarius* 233 reliquum quod *E* *versus male modulatus* (*cf. Brixius in Loewii et Goetzii praef. p. 26, Ribbeckius mus. Rhen. 37, 61 adn., quo duce scribas* n. o. perii, est r. etiam). *cf. Truc. 174* 235 dabo ut 238 syngrapham, *corr. Saracenus, cf. 746. 802* fatito *BD* 240 adferito B^1 241. 242. *Argyrippo codd., Clearetae dedit Lambinus* 241 *cf. Lindsay class. rev. 6, 342 qui non iure dubitat*

Argyr. Interii, si non invenio ego illas viginti minas,
et profecto, nisi illud perdo argentum, pereundum est mihi.
nunc pergam ad forum atque experiar opibus, omni copia,
supplicabo, exobsecrabo ut quemque amicum videro,
dignos indignos adire atque experiri certumst mihi, +
nam si mutuas non potero, certumst sumam faenore. —

LIBANVS II 1

Hercle vero, Libane, nunc te meliust expergiscier
atque argento comparando fingere fallaciam.
iam diu est factúm quom discesti ab ero atque abiisti ad forum,
[igitur inveniundo argento ut fingeres fallaciam.]
ibi tu ad hoc diei tempus dormitasti in otio.
quin tu abs te socordiam omnem reice et segnitiem amove
atque ad ingenium vetus versutum te recipis tuom.
serva erum, cave tú idem faxis alii quod servi solent,
quí ad eri fraudationem callidum ingenium gerunt.
unde sumam? quem intervortam? quo hanc celocem conferam?
impetritum, inauguratumst: quovis admittunt aves,
picus et cornix ab laeva, corvos parra ab dextera
consuadent; certum herclest vostram consequi sententiam.
sed quid hoc, quod picus ulmum tundit? non temerariumst.
certe hercle ego quantum ex augurio éius pici intellego,
aut mihi in mundo sunt virgae aut atriensi Saureae.
sed quid illúc, quod exanimatus currit huc Leonida?
metuo quom illic obscaevavit meae falsae fallaciae.

---

245 omni *ἀπὸ κοινοῦ* 246 *cf. Mil. 69* 247 indignos *om. Nonius 296* (*qui testatur* experiri *et in sq. versus parte a codd. non discrepat*) experire *E* unumst *Vahlenus ind. lect. 1892, 3 sq.* *cf.* 722 249 Libanvs (Lidanvs B^1, *item tit. II 2 et in pers. notis aliquotiens*) servvs *BE* non te melius uel *E* 250 fingere: *eodem versus loco similiter Pseud. 355 Mil. 848 Truc. 425, v. ad Amph. 719* 251 abisti 252 *delevit Guietus* 254 reicis, segnitiem amoues *Lambinus; cf. Most. 815 Men. 517 Pseud. 1183 Truc. 631, cf. Pseud. 891, quibus locis interrogatio imperativo excipitur; cf. Vssingius ad hunc v. et ad 697. in titulis* ualete et memores estis pietatem patris, lege et moraris, *cf. Venantius 1 p. 403* (*s.* '*imperativus*'). *fuisse arbitror* reicis et segnitiem amoues *post* 257 *intercidisse videtur versus talis sententiae:* quom ad salutem eri aduocantur, eidem ingenio nil ualent 258 celo esse *B* (ēē *pro* cē) 259 amittunt 260 cornix: cornix (-ex *BE*) est, *corr. Guietus* porro B^1DE 262 non: haud *Nonius 414* 263 eius pici *Gertzius:* auspicii (-tii *DE*) 266 cum *Nonius 146:* quod; *cf. Brixius ad Trin.*^{2} *290* obscaeruauit B^1E, obseruauit B^2, obscelauit *Noni codicum pars*

LEONIDA II 2

Vbi ego nunc Libanum requiram aut familiarem filium,
ut ego illos lubentiores faciam quam Lubentiast?
maximam praedam et triumphum eis adfero adventu meo.
quando mecum pariter potant, pariter scortari solent,
hanc quidem, quam nactus, praedam pariter cum illis partiam.
Lib. Illic homo aedis compilavit, more si fecit suo.
vae illi, qui tam indiligenter observavit ianuam.
Leon. Aetatem velim servire, Libanum ut conveniam modo.
Lib. Mea quidem hercle ópera liber numquam fies ocius.
Leon. Etiam de tergo ducentas plagas praegnatis dabo.
Lib. Largitur peculium, omnem in tergo thensaurum gerit.
Leon. Nam si huic sése occasioni tempus supterduxerit,
numquam edepol quadrigis albis indipiscet postea;
erum in óbsidione linquet, inimicum animos auxerit.
sed si mecum occasionem opprimere hanc, quae obvenit, studet,
maximas opimitates, gaudio exfertissimas
suis eris ille una mecum pariet, gnatoque et patri,
adeo ut aetatem ambo ambobus nobis sint obnoxii,
nostro devincti beneficio. Lib. Vinctos nescio quos ait;
non placet: metuo, in commune ne quam fraudem frausus sit.
Leon. Perii ego oppido, nisi Libanum invenio iam, ubiubi est gentium.
Lib. Illic homó socium ad malam rem quaerit quem adiungat sibi.
non placet: pro monstro extemplo est, quando qui sudat tremit.
Leon. Sed quid ego hic properans concesso pedibus, lingua largior?
quin ego hanc iubeo tacere, quae loquens lacerat diem?
Lib. Edepol hominem ínfelicem, qui patronam comprimat.

---

267 Leonida libanvs servi dvo *BE* libanum nunc *B* 268 *cf. Donatus ad Ter. Ad. 4, 7, 43* 270 potant *E* 271 pariter *om. Nonius 472* (*testatur* partiam) 274 aetatem *Nonius 72. 271:* aetate *codd.*, *Nonius 72 in lemmate* seruare (-ere) *Nonius 271* ut: qui *Nonius 72* 275 ⟨hilo⟩ liber *Luchsius comm. pros. Pl. 1, 18* 277 omne *E* 278 occasioni tempus sese, *corr. Bentleius; deinde subiectum mutatur.* occasio *et* tempus *notione non discreta Pseud. 958 Pers. 724 sq., similiora huic loco Bacch. 673. 676* 279 indispiscet *B* 280 eros *Niemeyerus* 282 optimitas et *Nonius 146* (*non ex Gellio*), opimates *E, cf. ad Capt. 769* exfertissimas *Nonius:* eff. *codd.*, *Gellius 6, 17, 12* 284 aetatem *DE:* aeatem *B*, ad aetatem *Nonius 72* (*cf. ad 274*), aetate *Gellius* 286 sit *Nonius 112:* siet 289 exemplo est *D*[1], *Nonius 412* quando *om. B*[1] qui sudat: sudat quid *Nonius* *nihil dixit Leonida quo ultima pertineant; post v. 288 lacunam indicarunt Loewius Goetzius* 292 ⟨eu⟩ edepol *Camerarius*

nam si quid sceleste fecit, lingua pro illo perierat.
Leon. Adproperabo, ne post tempus praedae praesidium parem.
Lib. Quae illaec praeda est? ibo advorsum atque electabo, quidquid est.
iubeo te salvere voce summa, quo ad vires valent.
Leon. Gymnasium flagri, salveto. Lib. Quid agis, custos carceris?
Leon. O catenarum colone. Lib. O virgarum lascivia.
Leon. Quot pondo ted esse censes nudum? Lib. Non edepol scio.
Leon. Scibam ego te nescire, at pol ego, qui ted expendi, scio:
nudus vinctus centum pondo es, quando pendes per pedes.
Lib. Quo argumento istuc? Leon. Ego dicam, quo argumento et quo modo.
ad pedes quando adligatumst aequom centumpondium,
ubi manus manicae complexae sunt atque adductae ad trabem,
nec dependes nec propendes — quin malus nequamque sis.
Lib. Vae tibi. Leon. Hoc testamento Servitus legat tibi.
Lib. Verbivelitationem fieri compendi volo.
Quid istud est negoti? Leon. Certum est credere. Lib. Audacter licet.
Leon. Sis amanti subvenire familiari filio,
tantum adest boni improviso, verum commixtum malo:
omnes de nobis carnificum concelebrabuntur dies.
Libane, nunc audacia usust nobis inventa et dolis.
tantum facinus modo invéni ego, ut nos dicamur duo
omnium dignissumi esse, quo cruciatus confluant.
Lib. Ergo mirabar quod dudum scapulae gestibant mihi,
hariolari quae occeperunt, sibi esse in mundo malum.
quidquid est, eloquere. Leon. Magna est praeda cum magno malo.
Lib. Si quidem omnes coniurati cruciamenta conferant,
habeo opinor familiare tergum, ne quaeram foris.
Leon. Si istam firmitudinem animi óptines, salvi sumus.
Lib. Quin si tergo res solvenda est, rapere cupio publicum:

---

295 illa *Nonius 232* 297 gimnasium 299 te B^1 300 te 303 adligatus est, *corr. Camerarius* 305 dependis nec propendis 306 ue istuc *Weisius, cf. Bachius in Studemundi stud. 2, 279 sq.* 307 uerbis uelitationem *codd., testatur Nonius, corr. Meursius* compendio *E* 308 *vel* istuc negotii est, *corr. Guietus* *cf. Vahlenus ind. lect. 1892, 6* licet sis, *cf. 309* 309—311 *Libano continuantur* 309 sis *om. E, del.* B^1 309—311 *et* 312—314 *parallelos esse coniecerunt Guietus et Vssingius,* 312—317 *alterum ordinem efficere Goetzius* 312 usus (ausus *D*) est 313 modo: hodie *Muellerus* inuenio *E* 314 dignissimum B^1 316 esse sibi *Acidalius* 319 familiarem *testatur Nonius 227, vix recte* 320 firmitudinem *B, Nonius 109 s. v.:* firmidinem *D,* formidinem *E* 321 ergo B^1 res soluenda *Pylades:* resoluenda

pernegabo atque obdurabo, periurabo denique.
Leon. Em ista virtus est, quando usust qui malum fert fortiter;
fortiter malum qui patitur, idem post potitur bonum.
Lib. Quin rem actutum edisseris? cupio malum nanciscier.
Leon. Placide ergo unum quidquid rogita, ut adquiescam. non vides
me ex cursura anhelitum etiam ducere? Lib. Age, age, mansero
tuo arbitratu, vel adeo usque dum peris. Leon. Vbinam est erus?
Lib. Maior apud forumst, minor hic est intus. Leon. Iam satis est mihi.
Lib. Túm igitur tu dives es factus? Leon. Mitte ridicularia.
Lib. Mitto. * istuc quod adfers aures exspectant meae.
Le. Animum adverte, ut aeque mecum haéc scias. Li. Taceo. Le. Beas.
meministin asinos Arcadicos mercatori Pellaeo
nostrum vendere atriensem? Lib. Memini. quid tum postea?
Leon. Em ergo is argentum huc remisit, quod daretur Saureae
pró asinis. adulescens venit modo, qui id argentum attulit.
Lib. Vbi is homost? Leon. Iam devorandum censes, si conspexeris?
Lib. Ita enim vero. sed tamen, tu nempe eos asinos praedicas
vetulos, claudos, quibus subtritae ad femina iám erant ungulae?
Leon. Ipsos, qui tibi subvectabant rure huc virgas ulmeas.
Lib. Teneo, atque idem te hinc vexerunt vinctum rus. Le. Memor es probe.
verum in tonstrina ut sedebam, me infit percontarier,
ecquem filium Stratonis noverim Demaenetum.
dico me novisse extemplo et me eius servom praedico
esse, et aedis demonstravi nostras. Lib. Quid tum postea?
Leon. Ait se ob asinos ferre argentum átriensi Saureae,
viginti minas, séd eum sese non nosse hominem qui siet,
ipsum vero se novisse callide Demaenetum.
quoniam ille elocutus haec sic — Lib. Quid tum? Leon. Ausculta ergo, scies.
extemplo facio facetum me atque magnificum virum,

322 *fort.* perdurabo 323 hem ista *om.* B^1; *potius* istaec 324 potitur ς: patitur 325 actuum B^1 *versus nec diaeresi nec caesura divisus, fort.* actutum edisseris rem 326 quidque (quisque B^1) derogita, *corr. Camerarius et Bothius; cf. Trin. 881* 329 hic *om.* B^1 satis st *B* 330 dives *monosyllabum;* dives factu's *Fleckeisenus* 331 istuc ⟨quid sit⟩ *Loewius Goetzius* 333 pelleo *E; cf. Vssingius, Buechelerus mus. Rhen. 41, 312;* Pellaéo *v. 397* 334. 335 attriensem *DE* 336 hem *DE, om.* B^1 337 qui id B^2: quid B^1D, qui *E* 340 feminae B^1 *ut vid.,* feminea *D* 343 me *Pylades:* me me; *potius expecto* homo 346 aedes *B* 347 ob asinos, *cf. arg. 3; v. 337. 369* 348 novisse 349 *post* 350 *codd., corr. Acidalius; sed v. 349 recte induxisse videtur Langenus symb. 114 sq.* 350 eloquutus (elocutust *Fleckeisenus*) sit *E;* sic *et hic et v. 352 Leonidam significat agere hospitem*

dico med esse atriensem. sic hoc respondit mihi:
'ego pol Sauream non novi neque qua facie sit scio.
te non aequomst suscensere. sí erum vis Demaenetum,
quém ego novi, adduce: argentum non morabor 'quin feras.'
ego me dixi erum adducturum et me domi praesto fore;
ille in balineas iturust, inde huc veniet postea.
quid nunc consili captandum censes? dic. Lib. Em istuc ago,
quo modo argento intervortam et adventorem et Sauream.
iam hoc opus est + exasceatum; nam si ille argentum prius
hospes huc affert, continuo nos ambo exclusi sumus.
nam me hodie senex seduxit solum sorsum ab aedibus,
mihi tibique interminatust nos futuros ulmeos,
ni hodie Argyrippo éssent viginti argenti minae;
iussit vel nos atriensem vel nos uxorem suam
defraudare, dixit sese óperam promiscam dare.
nunc tu abi ad forum ad erum et narra haec ut nos acturi sumus:
te ex Leonida futurum esse atriensem Sauream,
dum argentum afferat mercator pró asinis. Leon. Faciam ut iubes.
Lib. Ego illum interea hic oblectabo, prius si forte advenerit.
Leon. Quid ais? Lib. Quid vis? Le. Pugno malam si tibi percussero,
mox cum Sauream imitabor, caveto ne suscenseas.
Lib. Hercle vero tu cavebis ne me attingas, si sapis,
né hodie malo cum auspicio nomen commutaveris.
Leon. Quaeso, aequo animo patitor. L. Patitor tú item, cum ego te referiam.
Leon. Dico ut usust fieri. Lib. Dico hercle ego quoque ut facturus sum.
Leon. Ne nega. Lib. Quin promitto, inquam, hostire contra ut merueris.
Leon. Ego abeo, tu iam, scio, patiere. sed quis hic est? is est,
ille est ipsus. iam ego recurro húc. tu hunc interea hic tene.
volo seni narrare. Lib. Quin tuom officium facis ergo ac fugis?

---

352 me si B^1 356 dixi erum *Acidalius:* dixeram 357 iturus est (es *D*) unde in balneas cyrus inde hic ueni *Nonius 194 s.* balneae 358 hem 360 exasciato *Acidalius; sed* prius *non habet quo referatur* (*cf. 370*); *fort.* iam hoc (*i. c.* huc) opust senex acciatur *vel potius* accieatur, *cf. Mil. 935* (asc. *scriptum pro* acc. *velut Cic. ad Att. 5, 1, 3* asciuero) 363 interminatus est 364 argirippo *B* (*v. ad v. 74*), agirippo *E* uiginti essent *Pylades* 366 promissam, *corr. Palmerius* 372 *cf. 85.* imitabor Sauream *Fleckeisenus; atque* caueto (caue tu *Bentleius*) *sive sic retinendum est sive* cauito *fuerit; v. 375* patitor (*cf. Capt. 431*) 373 si B^2*:* si me 376 usust *Lambinus:* usus 377 ne *om. E* memineris *Nonius 3* 380 tuum ς*:* tu hac, *cf. 420*

MERCATOR II 3

Vt démonstratae súnt mihi, hasce aédis esse opórtet,
Demaenetus ubi dicitur habitare. i, puere, pulta
atque atriensem Sauream, si est intus, evocato huc.
LIB. Quis nostras sic frangit fores? ohe, inquam, si quid audis.
MERC. Nemo etiam tetigit. sanun es? LIB. At censebam attigisse
propterea, huc quia habebas iter. nolo ego fores conservas
meas á te verberarier. sane ego sum amicus nostris.
MERC. Pol haud periclum est, cardines ne foribus effringantur,
si istoc exemplo omnibus qui quaerunt respondebis.
LIB. Ita haec morata est ianua: extemplo ianitorem
clamat, procul si quem videt ire ad se calcitronem.
sed quid venis? quid quaeritas? MERC. Demaenetum volebam.
LIB. Si sit domi, dicam tibi. MERC. Quid eius atriensis?
LIB. Nihilo mage intus est. MERC. Vbi est? LIB. Ad tonsorem ire dixit.
MERC. Conveni. sed post non redit? LIB. Non edepol. quid volebas?
MERC. Argenti viginti minas, si adesset, accepisset.
LIB. Qui pro istuc? MERC. Asinos vendidit Pellaeo mercatori
mercatu. LIB. Scio. tu id nunc refers? iam hic credo eum adfuturum.
MERC. Qua facie voster Saurea est? si is est, iam scire potero.
LIB. Macilentis malis, rufulus aliquantum, ventriosus,
truculentis oculis, commoda statura, tristi fronte.
MERC. Non potuit pictor rectius describere eius formam.
LIB. Atque hercle ipsum adeo contuor, quassanti capite incedit.
quisque obviam huic occesserit irato, vapulabit.
MERC. Siquidem hércle Aeacidinis minis animisque expletus incedit,
si med iratus tetigerit, iratus vapulabit.

LEONIDA II 4

Quid hoc sít negoti, neminem meum dictum magni facere?
Libanum in tonstrinam ut iusseram venire, is nullus venit.

---

381 LIBANVS SERVVS. MERCATOR (MERCHATOR. C. *E*) *BE*; *cf. 369* 385 sanusne 387 nostris *Gulielmius:* nostris aedibus 388 efrangantur *B*¹, efringantur *DB*²; *cf. Stich. 327, Mil. 1250* 389 si ⟨tu⟩ *Kaempfius de pron. pers. 24* extemplo 392 demenetam *E* 393 fit *B*¹ 395 cum uenisset, *corr. Vssingius* rediit (redit *praes.*) 397 pelleo 400 aliquantum *ad* rufulus, *cf. Capt. 648 Merc. 640 Pseud. 1218* 403 quansanti *B*, quanssanti *E*¹ 404 huc *B*¹*D*¹ 405 eachidinis *DE*, eachinidis *B* nimis *B*¹*D* animusque *B*¹*DE* cedit *Scaliger; cf. Bacch. 1069 Merc. 600 Mil. 897 Poen. 577* 406 me *B* 407 LEONIDA. LIBANVS. SERVI. CHLAMIDATVS (CHIAMIDATVS *E*) *BE* magnum *E*

ne ille edepol tergo et cruribus consuluit haud decore.
Merc. Nimis imperiosust. Lib. Vae mihi. Leon. Hodie salvere iussi
Libanum libertum? iam manu emíssu's? Lib. Obsecro te.
Leon. Ne tu hercle cum magno malo mihi obviam occessisti.
cur non venisti, ut iusseram, in tonstrinam? Lib. Hic me moratust.
Leon. Siquidem hércle nunc summum Iovem te dicas detinuisse
atque is precator adsiet, malam rem effugies numquam.
tu, verbero, imperium meum contempsisti? Lib. Perii, hospes.
Merc. Quaeso hercle noli, Saurea, mea causa hunc verberare.
Leon. Vtinam nunc stimulus in manu mihi sit. Merc. Quiesce quaeso.
Leon. Qui latera conteram tua, quae occalluere plagis.
abscede ac sine me hunc perdere, qui semper me ira incendit,
cui numquam unam rem me licet semel praecipere furi,
quin centiens eadem imperem atque oggenniam, itaque iam hercle
clamore ac stomacho non queo labori suppeditare.
iussin, sceleste, ab ianua hoc stercus hinc auferri?
iussin columnis deici operas araneorum?
iussin in spendorem dari bullas has foribus nostris?
nihil est: tamquam si claudus sim, cum fustist ambulandum.
quia triduom hoc unum modo foro operam adsiduam dedo,
dum reperiam qui quaeritet argentum in faenus, hic vos
dormitis interea domi, atque erus in hara, haud aedibus, habitat.
em ergo hóc tibi. Lib. Hospes, te obsecro, defende. Merc. Saurea, oro,
mea causa ut mittás. Leon. Eho, ecquis pro vectura olivi
rem solvit? Lib. Solvit. Leon. Cui datumst? Lib. Sticho vicario ipsi
tuo. Leon. Váh, delenire apparas, scio mihi vicarium esse,
neque eo esse servom in aedibus eri quí sit pluris quam illest.

410 imperiosus est ue hodie *Libano codd.*, *Leonidae Lomanus dedit* 411 obsecro te *Leonidae continuatur, corr. Angelius* 413 moratus est 416 hospes perii *Bothius* 419 *metro aptius* confodiam (*Men. 951*) occaluere *BD,* occulluere *E* 420 hac 422 ogganiam *B* 424 stertus B^1E^1 425 operas: telas *Nonius 192* araneorum *testatur Nonius:* aranearum, *cf. Stich. 348* 428 forum B^1 dedi, *corr. Bentleius* 430 *cf. ad 405* (*Trin. 1127 Vid. 58*) 431 clamidatus *praem. B* (*item 410 codd.*) hem 432 eo B^1 eho: *clamans Leonida non audire se videri vult; ad* ecquis *apte refertur alterum* solvit. *sed nominibus fictis consulto utitur* (*436. 441. 444*). *fortasse sic:* ⟨Simo⟩ ecquid 433 rem solvit? Lib. solvit *Turnebus:* resolvit. Lib. resolvit; *cf. 321* 434 *Stichus nusquam est, inventus a Libano. Leonida oppressus rei novitate non statim recte respondet, sed paullatim: blandiris (nam magnum hoc est, vicarium habere; hoc quasi Leonida), sed non mentiris (hoc verus Saurea non dixisset), deinde laudat vicarium quasi verus Saurea* 435 *fort.* neque esse seruom in aedibus, ero illest *Aldina:* ille sit

sed vina quaé heri vendidi vinario Exaerambo,
iam pró eis satis fecit Sticho? Lib. Fecisse satis opinor,
nam vidi huc ipsum adducere trapezitam Exaerambum.
Leon. Sic dedero. prius quae credidi vix anno post exegi;
nunc satagit: adducit domum etiam ultro et scribit nummos.
Dromo mercedem rettulit? Lib. Dimidio minus opinor.
Leon. Quid relicuom? Lib. Aibat reddere quom extemplo redditum esset;
nam retineri, ut quod sit sibi operis locatum efficeret.
Leon. Scyphos quos utendos dedi Philodamo, rettulitne?
Lib. Non etiam. Leon. Hem non? si velis da *, commoda homini amico.
Merc. Perii hercle, iam hic me abegerit suo odio. Lib. Heús iam satis tu.
audin quae loquitur? Leon. Audio et quiesco. Merc. Tandem, opinor,
conticuit. nunc adeam optimum est, prius quam incipit tinnire.
quam mox mi operam das? Leon. Ehem, óptume. quam dudum tu advenisti?
non hercle te provideram (quaeso, ne vitio vortas),
ita iracundia obstitit oculis. Merc. Non mirum factum est.
sed si domi est, Demaenetum volebam. Leon. Negat esse intus.
verum istuc argentum tamen mihi si vis denumerare,
repromittam istoc nomine solutam rem futuram.
Merc. Sic potius, ut Demaeneto tibi ero praesente reddam.
Lib. Erus istunc novit atque erum hic. Merc. Ero huic praesente reddam.
Lib. Da modo meo periculo, rem salvam ego exhibebo;
nam si sciat noster senex fidem non esse huic habitam,
suscenseat, quoi ómnium rerum ipsus semper credit.
Leon. Non magni pendo. ne duit, si non volt. sic sine astet.
Lib. Da, inquam. vah, formido miser, ne hic me tibi arbitretur
suasisse, sibi ne crederes. da, quaeso, ac ne formida:
salvom hercle erit. Merc. Credam fore, dum quidem ipse in mánu habebo.
peregrinus ego sum, Sauream non novi. Lib. At nosce sane.

---

436 eri DE^2, ego E^1 Sarambo (Serambo) *Casaubonus, cf. Ritschelius op. 3, 310, Dittenbergerus in praef. Loewii et Goetzii p. 27 sq.; cf. χηράμβη* (*Athen. 86*[a]), *Καλλιμέδων ὁ Κάραβος* 437 iis (his B^2) oppinor *DE* 438 et rapezitam B^1, et rapere itam *E*, et rape *cum 7 litt. spat. D* exerambum *BE* 439 quam, *corr. Pius* 441 retulit (*item 444*) 442 reliquum aiebat DB^2, alebat B^1E quam, *corr. Lambinus* 444 sciphos 445 hem non? *servandum* (*cf. Richterus in Studemundi stud. 1, 549*); *fort.* da⟨ri rem⟩. *ineptum est* da commoda 456 herus istuc *E* herum *BE* ero *ς:* ego praesentem E^1, praesente te B^2, praesente *cum 2—3 litt. spat. D* 457 periclo exibebo *B* 458 finem B^1 459 suis censeat B^1 qui, *cf. Amph. 520* ipsius E^1 credidit, *corr. Camerarius* 461 uahc 463 habeo B^1DE

Merc. Sit, non sit, non edepol scio. si is est, eum esse oportet.
ego certe me incerto scio hoc daturum nemini homini.
Leon. Hercle istum di omnes perduint. verbo cave supplicassis.
ferox est viginti minas meas tractare sese.
nemo accipit, aufer te domum, abscede hinc, molestus ne sis.
Merc. Nimis iracunde. non decet superbum esse hominem servom.
Leon. Malo hercle iam magno tuo, ni isti nec recte dicis.
Lib. Impure, nihili. non vides irasci? Leon. Perge porro.
Lib. Flagitium hominis. da, óbsecro, argentum huic, ne male loquatur.
Merc. Malum hercle vobis quaeritis. Leon. Crura hercle diffringentur,
ni istum impudicum percies. Lib. Perii hercle. age impudice,
sceleste, non audes mihi scelesto subvenire?
Leon. Pergin precari pessimo? Merc. Quae res? tun libero homini
male servos loquere? Leon. Vapula. Merc. Id quidém tibi hercle fiet,
ut vapules, Demaenetum simul ac conspexero hodie.
[in ius voco te. Leon. Non eo. Merc. Non is? memento. Leon. Memini.
Merc. Dabitur pol supplicium mihi de tergo vostro. Leon. Vae te.
tibi quidem supplicium, carnufex, de nobis detur? + Merc. Atque etiam
pro dictis vostris maledicis poenae pendentur mi hodie.]
Leon. Quid, verbero? ain tu, furcifer? erum nos fugitare censes?
ei nunciam ad erum, quo vocas, iam dudum quo volebas.
Merc. Nunc demum? tamen numquam hinc feres argenti nummum, nisi me
dare iusserit Demaenetus. Leon. Ita facito, age ambula ergo.
tu contumeliam alteri facias, tibi non dicatur?
tam ego homo sum quam tu. Me. Scilicet. ita res est. Le. Sequere hac ergo.
praefiscini hoc nunc dixerim: nemo etiam me accusavit
merito meo, neque me alter est Athenis hodie quisquam,
cui credi recte aeque putent. Merc. Fortassis. sed tamen me
numquam hodie induces, ut tibi credam hoc argentum ignoto.
lupus est homo homini, non homo, quom qualis sit non novit.

---

465 *de genere dicendi v. ad Aul. 207* 467 perdunt B^1, perdiunt *E* 469 accepit aufert te B^1DE, te aufer *Engerus* 471 Leon. *om.* B^1DE 472 nibili *E* 475 age in pudice *in fine versus antecedentis, corr. Gulielmius* 477 *cf. ad Amph. frg. 13* homine 478 malo flet BD^1E 480—483 *delevit Vssingius* 480 iis 481 ue 482 de nobis, carnufex, detur supplicium? *Bothius* 483 maledictis 484. 485 nos ς: nosmet *codd.*, me *Vssingius, cf. Ribbeckius mus. Rhen. 37, 63* 486 ii *DE*, i B^2 *fort.* uolebam 490 scilicet — ergo *mercatoris, corr.* ς 491 preficisci ni DEB^2, perficisci ni B^1, *corr. Curio* dixerimus *E* 492 me Athenis alter est, *corr. Bentleius* 493 qui D^1 fortassis *cf. Bacch. 671*

Leon. Iam nunc secunda mihi facis. scibam huic te capitulo hodie
facturum satis pro iniuria; quamquam ego sum sordidatus,
frugi tamen sum, nec potest peculium enumerari.
Merc. Fortasse. Leon. Etiam + nunc dico Periphanes Rhodo mercator dives
absente ero solus mihi talentum argenti soli
adnumeravit et mihi crédidit, nequest deceptus in eo.
Merc. Fortasse. Leon. Atque etiam tu quoque ipse, si esses percontatus
me ex aliis, scio pol crederes nunc quod fers. Merc. Haud negassim. —

CLEARETA III 1

Néqueon ego ted interdictis facere mansuetem meis?
an ita tu es animata, ut qui matris éxpers imperio sies?

PHILAENIVM

Vbi piem Pietatem, si istoc more moratam tibi
postulem placere, mater, mihi quo pacto praecipis?
[Clear. An decorum est adversari meis te praeceptis? Phil. Quid est?]
Clear. Hocine est pietatem colere, matris impérium minuere?
Phil. Neque quae recte faciunt culpo neque quae delinquont amo.
Clear. Satis dicacula es amatrix. Phil. Mater, is quaestus mihi est:
lingua poscit, corpus quaerit; animus orat, res monet.
Clear. Ego te volui castigare, tu mi accusatrix ades.
Phil. Neque edepol te accuso neque id me facere fas existimo.
verum ego meas queror fortunas, cum illo quém amo prohibeor.
Clear. Ecqua pars orationis de die dabitur mihi?
Phil. Et meam partem loquendi ét tuam trado tibi;

---

496 *excusationem quae videri possit arripit Leonida, ut ipse se purget et modestum faciat, multis verbis ad quae paucissima alter. sic exeunt* cibam $BD^{1}E$ huc *E* 497 sum ego *B* sorditatus *BD* 499 nunc dico: hodie *Lachmannus; fort.* etiamnunc: Periphanes 500 hero *B* 501 adnumeraut *cf. Lachmannus ad Lucr. 290, Spengelius T. Macc. Pl. 98, Ribbeckius ad Mil. 1033; Pers. 834* nequest *Reizius:* neque 503 quod: quo id BD^{2}, quid hi D^{1} 504 Clereta (cleereta D^{2}) lena. philenivm (phillenivm D^{2}) meretrix BED^{2} te *B* mansuetam, *corr. Fleckeisenus, cf. ad 145* 505 expers matris *Camerarius; cf. 509* imperii, *corr. Luchsius* 506 istoc *Nonius 151:* istuc *Nonius 375,* isto *codd.* moratam BD^{2}, *Nonius bis:* morata $D^{1}E$ 507 mater mihi *codd., Nonius 151:* martem tibi *Nonius 375* 508 *delevit Vssingius* 509 hoccine colore *BD* imperium matris *Pylades, cf. 505, ad 405* 511 questus est mihi *B* 515 ⟨ab⟩ illo *Abrahamus stud. Pl. 203* 516 ecqua *Brixius:* egoua 517 tum tardo *Nonius 151*

ad loquendum atque ad tacendum tute habeas portisculum.
quin pol si reposivi remum, sola ego in casteria
ubi quiesco, omnis familiae causa consistit tibi.
CLEAR. Quid ais tu, quam ego unam vidi mulierem audacissimam?
quotiens te votui Argyrippum filium Demaeneti
compellare aut contrectare, conloquive aut contui?
quid dedit? quid ad nos iussit deportari? an tu tibi
verba blanda esse aurum rere, dicta docta pro datis?
ultro amas, ultro expetessis, ultro ad te accersi iubes.
illos qui dant, eos derides; qui deludunt, deperis.
an te id exspectare oportet, si quis promittat tibi
te facturum divitem, si moriatur mater sua?
† ecastor nobis periclum magnum et familiae portenditur,
dum eius exspectamus mortem, ne nos moriamur fame.
nunc adeo nisi mi huc argenti ádfert viginti minas,
ne ille ecastor hinc trudetur largus lacrumarum foras.
hic dies summust * apud me inópiae excusatio.
PHIL. Patiar, si cibo carere me iubes, mater mea.
CLEAR. Non voto téd amare qui dant quoia amentur gratia.
PHIL. Quid si hic animus occupatust, mater, quid faciam? mone. C. Em,
meum caput contemples, si quidem ex re consultas tua.
PHIL. Etiam ópilio qui pascit, mater, alienas ovis,
aliquam habet peculiarem, qui spem soletur suam.
sine me amare unum Argyrippum ánimi causa, quem volo.
CLEAR. Intro abi, nam te quidem edepol nihil est impudentius.
PHIL. Audientem dicto, mater, produxisti filiam.

---

518 tu ut habes *Nonius,* tute habes *Isidorus 19, 2, 13* portisculum *nomen Aelius Stilo testatur (Festus 234),* porticulum *Isidorus, Paulus contra Festum, cf.* CGL. *5, 380, 40 et 2, 157, 7* *post* 518 *Clearetae responsum intercidisse videtur huius fere sententiae:* nil potest bonum celeuma, remex nisi bene audiat 519 reposui *DE, schol. Stat. Theb. 6, 800,* repulsaui *Nonius 85. uterque testantur* casteria; *cf. Lobeckius rhemat. 84 sq.* 522 te *om.* B^1 uetui B^2 agrippum *E (item 542)* 524 deportari iussit ad nos, *correxi* 525 rere: *lacuna 11 fere litt.* D^1, rerere *E* 527 dant *i. ras.* B^2 eos *om.* B^1 dederis, *corr. Camerarius* 529 moritur, *corr. Pylades* tua, *corr.* ς 530 magnum *del. Pylades non probabiliter (cf. Aul. 235 Mil. 1151); fort.* magnum ecastor, *cf. Herm. 18, 586* 533 largos *B* 534 haec dies summast (summe est *Londinensis) Fleckeisenus, cf. Pers. 34, Pseud. 374* *supplendum videtur* súmmust, ⟨iam nulla⟩ *vel* summúst ⟨quo est⟩ 536 ueto B^2 quoia *Bergkius:* qua (qui *B ante corr.*) 537 mater quod B^1E hem 538 e re *Gellius 18, 12, 5* *post hunc versum sententiam desidero qualis est Most. 200 sq.*

LIBANVS III 2

Perfidiae laudes grátiasque habémus merito mágnas,
quom nostris sycophantiis, dolis astutiisque,
[scapularum confidentia, virtute ulmorum freti]
qui advorsum stimulos, lamminas, crucesque compedesque,
nervos, catenas, carceres, numellas, pedicas, boias
+ indoctoresque acerrumos gnarosque nostri tergi,
[qui saepe ante in nostras scapulas cicatrices indiderunt]

* * *

eae núnc legiones, copiae exercitusque eorum
vi pugnando periuriis nostris fugae potiti.
id virtute huius + collegae meaque comitate
factumst. qui me vir fortior ad sufferundas plagas?
Leon. Edepol virtutes qui tuas non possis conlaudare
sic ut ego possim, quae domi duellique male fecisti.
ne illa edepol pro merito tuo memorari multa possunt:
ubi fidentem fraudaveris, ubi ero infidelis fueris,
ubi verbis conceptis sciens libenter periuraris,
ubi parietes perfoderis, in furto ubi sis prehensus,
ubi saepe causam dixeris pendens adversus octo
artutos, audacis viros, valentis virgatores.
Lib. Fateor profecto ut praedicas, Leonida, esse vera;
verum edepol ne etiam túa quoque malefacta iterari multa
et vero possunt: ubi sciens fideli infidus fueris,

---

545 Libanvs. leonida servi dvo. *B*, servi dvō *E* 546 quum *BD*, cum *E* sicophantiis *B*, sichophantus *E* astutusque B^1E, astatusque *D* 547 freti *E, Nonius 262:* freci *BD; spreta Vssingius, quo recepto si ad sequentia versum trahas, perspicuitas sententiae tollatur, si cum antecedentibus coniungas, verbum desit et hic et post v. 552 (quae fuit Fleckeiseni opinio); utroque modo* ulmi *ante v. 548—451 male antecipantur. versus aliunde ascriptus videtur (fuit fortasse* virtutem ulmorum fregi), *constructio qualis Cic. in Vatin. 29* nostra acta, quos tyrannos vocas *et similia* 549. 550 neruus *Nonius 144* carceris *codd.,* carcerem *Nonius* 551 uirgatoresque *non multum absit a traditis litteris, sed instrumenta enumerantur, quod de hoc versu confirmat versus interpolatus* 552 *delevit Bothius sententiae verbum deesse* (pugnavimus) *agnovit Fleckeisenus* 554 eorum *Camerarius:* forum 555 fugae *Buechelerus:* eugae *BD,* euge *E* 556 *fort.* virtute huius collegae ⟨mei⟩ collega *tantum hic et 576* 557 fortior *Merula:* fortior est sufferandas *B,* sufferendas *DE* 558 edepol qui *Loewius Goetzius* non *Gertzius:* nunc *cf. Seyffertus stud. Pl. 17* 559 possum ꞩ 560 tuo *Guietus:* nunc tuo 563 parietis 565 astutos, *corr. Fleckeisenus* (artitos *Turnebus*) 567 ni tuo *B* 568 vero *cf. ad Capt. 960 hic versus respondet ad v. 561 priorem partem, 571*

ubi prensus in furto sies manifesto et verberatus,
[ubi periuraris, ubi sacro manus sis admolitus,]
ubi eris damno, molestiae et dedecori saepe fueris,
ubi creditum quod sit tibi datum esse pernegaris,
[ubi amicae quám amico tuo fueris magis fidelis,]
ubi saepe ad languorem tua duritia dederis octo
validos lictores, ulmeis adfectos lentis virgis.
num male relata est gratia, ut collegam collaudavi?
LEON. Vt meque teque maxime atque ingenio nostro decuit.
LIB. Iam omitte ista atque hoc quod rogo responde. LEON. Rogita quod vis.
LIB. Argenti vinginti minas habesne? LEON. Hariolare.
edepol senem Demaenetum lepidum fuisse nobis:
ut adsimulabat Sauream med esse quam facete!
nimis aegre risum contini, ubi hospitem inclamavit,
quod se absente mihi fidem habere noluisset.
ut memoriter me Sauream vocabat atriensem!
LI. Mane dúm. LE. Quid est? LI. Philaenium estne haéc quae intus exit
atque Argyrippus una? LEON. Opprime os, is est. subauscultemus.
LIB. Lacrumantem lacinia tenet lacrumans. quidnam esse dicam?
taciti auscultemus. LEON. Attatae, modo hercle in mentem venit,
nimis véllem habere perticam. LIB. Quoi rei? LEON. Qui verberarem
asinos, si forte occeperint clamare hinc ex crumina.

ARGYRIPPVS III 3

Cur me retentas?

PHILAENIVM

Quia tui amans abeuntis egeo.
ARG. Vale. PHIL. Aliquanto ámplius valerem, si hic maneres.

---

ad posteriorem, v. 569 ad 563, v. 572 ad 562, v. 574 sq. ad 564 sq., omnia cum augmento. contra v. 570 ubi periuraris *debile est et versus ferri possit tantum si ante 569 ponatur, sed sic v. 572 deterior fiat; v. 573 in fine sententiam habet ceteris debiliorem et post 568 (570) 572 non ferendam* 569 m. et *Scaliger:* et manifesto (-os *D*) 571 damno ⟨et⟩ *Bothius* 575 lictoris *BD*², littoris *D*¹*E* 576 ut *om. E*², ut collegam *om. E*¹ 578 *cf. ad Capt. 964* quid *D* 579 *de hiatu cf. Herm. 18, 575* 581 me quem *cf. Brixius ad Mil. 401* 582 continui, *corr. Bothius; cf. ad Amph. 926* 583 sed *Ritschelius*, sese *Gruterus* 585 *possis* ⟨hinc⟩ intus 586 arrgirippus *B*, agirippus *E; cf. ad 405* subascultemus *BD* 588 tac. ausc. *Leonidae, deinde* LIB. LEON. — LIB., *corr. ς* tacite, *corr. Abrahamus stud. Pl. 182* 589 quoi: cui *D*, quo cui *B*, cui quoi *E* (*cf. 593*) 591 ADVLESCENS MERETRIX SERVI DVO (DVO *om. E*) *BE* 592 *item Nonius 349 cf. 593; nullum supplementum vidi quod non concinnitati sermonis officeret*

Arg. Salve. Phil. Salvere me iubes, quoi tu abiens offers morbum.
Arg. Mater supremam mihi tua dixit, domum ire iussit.
Phil. Acerbum funus filiae faciet, si te carendum est.
Lib. Homo hercle hinc exclusust foras. Leon. Ita res est. A. Mitte quaeso.
Phil. Quo nunc abis? quin tu hic manes? Arg. Nox, si voles, manebo.
Lib. Audin hunc opera ut largus est nocturna? nunc enim esse
negotiosum interdius videlicet Solonem,
leges ut conscribat, quibus se populus teneat. gerrae!
qui sese parere apparent huius légibus, profecto
numquam bonae frugi sient, dies noctesque potent.
Leon. Ne iste hercle ab ista non pedem discedat, si licessit,
qui nunc festinat atque ab hac minatur sese abire.
Lib. Sermoni iam finem face tuo, huius sermonem accipiam.
Arg. Vale. Phil. Quo properas? Arg. Bene vale, apud Orcum te videbo.
nam equidem me iam quantum potest a vita abiudicabo.
Phil. Cur tu, obsecro, immerito meo me morti dedere optas?
Arg. Ego te? quam si intellegam deficere vita, iam ipse
vitam meam tibi largiar et de mea ad tuam addam.
Phil. Cur ergo minitaris mihi, te vitam esse amissurum?
nam quid me facturam putas, si istuc quod dicis faxis?
mihi certum est facere in me omnia eadem quae tu in te faxis.
Arg. Oh melle dulci dulcior tu es. Phil. Certe enim tú vita es mi.
complectere. Arg. Facio lubens. Phil. Vtinam sic efferamur.
Leon. O Libane, uti miser est homo qui amat. Lib. Immo hercle vero,
qui pendet multo est miserior. Leon. Scio qui periclum feci.
circum sistamus, alter hinc, hinc alter appellemus.
ere, salve. sed num fumus est haec mulier quam amplexare?
Arg. Quidum? Leon. Quia oculi sunt tibi lacrumantes, eo rogavi.
Arg. Patronus qui vobis fuit futurus, perdidistis.
Leon. Equidem hercle nullum perdidi, ideo quia numquam ullum habui.
Lib. Philaenium, salve. Phil. Dabunt di quae velitis vobis.

---

593 quoi B^1: cui B^2D, quoi cui *E* affers ς 594 suppremum, *corr. Turnebus* tua mihi *Lomanus, cf. ad 112* 596 exclusus est 597 mox, *corr. Lipsius* 598 esse | negotiosum *Muellerus*: est | negotiosus interduis *B* 602 fruge *DE* 606 phil. *et* arg. *om.* orchum 609 egon *Lomanus* si ⟨ego⟩ *Fleckeisenus* 611 mihi *Lomanus:* tibi 613 efficere, *correxi* tandem *E* 614 dulce B^1DE tu es *L.:* mihi tu es *BD*, tu mihi tu es *E* *cf. Truc. 370 sq.; de exitu versus Most. 175. 871* 616 ut 619 here *inde a* sed num *Libanus loquitur, correxit Dziatzko in Fleckeiseni ann. 125, 287, idem v. 620. 622. 623* 620 Lib. lacrumantis ego B^1E 622 Lib. 623 Leon.

LIB. Noctem tuam et vini cadum velim, si optata fiant.
ARG. Verbum cave fáxis, verbero. LIB. Tibi equidem, non mihi opto.
ARG. Tum tu igitur loquere quod lubet. LIB. Hunc hercle verberare.
LEON. Quisnam istuc adcredat tibi, cinaede calamistrate?
tun verberes, qui pro cibo habeas te verberari?
ARG. Vt vostrae fortunae meis praecedunt, Libane, longe,
qui hódie numquam ad vesperum vivam. LIB. Quapropter, quaeso?
A. Quia ego hanc amó et haec me amat, huic quod dem nusquam quicquam est,
hinc med amantem ex aedibus eiecit huius mater.
argenti viginti minae me ad mórtem appulerunt,
quas hodie aduléscens Diabolus ipsi daturus dixit,
ut hanc ne quoquam mitteret nisi ad se hunc annum totum.
videtin viginti minae quid pollent quidve possunt?
ille qui íllas perdit salvos est, ego qui non perdo pereo.
LIB. Iam dedit argentum? ARG. Non dedit. LI. Bono animo es, ne formida.
LEON. Secede huc, Libane, te volo. LIB. Si quid vis. ARG. Obsecro vos,
eadem istac opera suaviust complexos fabulari.
LIB. Non omnia eadem aeque omnibus, ere, suavia esse scito:
vobis est suave amantibus complexos fabulari,
ego complexum huius nil moror, meum autem hic aspernatur.
proinde istud facias ipse quod faciamus nobis suades.
ARG. Ego vero, et quidem edepol lubens. interea, si videtur,
concedite istuc. LEON. Vin erum deludi? LIB. Dignust sane.
LEON. Vin faciam ut te Philaenium praesente hoc amplexetur?
LIB. Cupio hercle. LEON. Sequere hac. A. Ecquid est salutis? satis locuti.
LEON. Auscultate atque operam date et mea dicta devorate.
primum omnium servos tuos nos esse non negamus;
sed tibi si viginti minae argenti proferentur,
quo nos vocabis nomine? ARG. Libertos. LEON. Non patronos?
ARG. Id potius. LEON. Viginti minae hic insunt in crumina,
has ego, si vis, tibi dabo. ARG. Di te servassint semper,
custos erilis, decus popli, thensaurus copiarum,

---

626 quid *D var. l.* 631 atque haec med *Kaempfius de pron pers. 28* numquam 632 eiecit *Fleckeisenus* (deiecit *Camerarius*): delegit 633 uiginti *om.* B^1 *vel* med ad amortem *B* 634 *verborum constructio in Plauto singularis;* daturum *ς* 635 nequoiquam *B ex corr.* 637 *cf. 244* perdor *B ante corr.* 640 suauius est 641. 642 *om. E* 641 aeque *Angelius:* atque 643 ego — moror *adulescentis,* meum *sq. Leonidae, corr. ς, Merula* hic *Pylades:* haec 646 dignum est, *corr. Pius* 647 te *Lomanus:* me 651 si *om.* B^1DE 652 non patronos *Leonidae dedit* B^2 654 ergo *D* (*item 658, cf. 688*) ⟨nunc⟩ tibi *Fleckeisenus* 655 herilis thesaurus B^1

salus interioris + corporis amorisque imperator.
hic pone, hic istam colloca cruminam in collo plane.
Leon. Nolo ego te, quí erus sis, mihi onus istuc sustinere.
Arg. Quin tu labore liberas te atque istam imponis in me?
Leon. Ego baiulabo, tu, ut decet dominum, ante me ito inanis.
Arg. Quid nunc? Leon. Quid est? Arg. Quin tradis huc cruminam pressatum umerum?
Leon. Hanc, cui daturu's hanc, iube petere atque orare mecum.
nam istuc proclive est, quo iubes me plane collocare.
Phil. Da, meus ocellus, mea rosa, mi ánime, mea voluptas,
Leonida, argentum mihi, ne nos diiunge amantis.
Leon. Dic me igitur tuom passerculum, gallinam, coturnicem,
agnellum, haedillum me tuom dic esse vel vitellum,
prehende auriculis, compara labella cum labellis.
Arg. Ten osculetur, verbero? Leon. Quam vero indignum visum est?
at qui pol hodie non feres, ni genua confricantur.
Arg. Quidvis egestas imperat: fricentur. dan quod oro?
Phil. Age, mi Leonida, obsecro, fer amanti ero salutem,
redime istoc benefició te ab hoc, et tibi eme hunc isto argento.
Leon. Nimis bélla es atque amabilis, et si hoc meum esset, hodie
numquam me orares quin darem: illum te orare meliust,
illic hánc mihi servandam dedit. ei sane bella belle.
cape hoc sis, Libane. Arg. Furcifer, etiam me delusisti?
Leon. Numquam hercle facerem, genua ni tam nequiter fricares.
age sis tu in partem nunciam hunc delude atque amplexare hanc.
Lib. Taceas, me spectes. Arg. Quin ad hunc, Philaenium, adgredimur,
virum quidem pol optimum et non similem furis huius?
Lib. Inambulandum est: nunc mihi vicissim supplicabunt.
Arg. Quaeso hercle, Libane, sis erum tuis factis sospitari,
da mi istas viginti minas. vides me amantem egere.

---

656 corporis *DE:* hominis *B, quod originem christianam sapit, cf. Tertull. de an. 9 p. 312, 2, Apoll. Sid. 6, 1, 6 et saepius. conieci* salus maeroris, cornu opis. *cf. Pseud. 671. copia occupata priore versu* 658 herus *DE* 661 quid est *Argyrippo codd., Leonidae dedit Scaliger* umerum *Bentleius:* erum 662 Leon. *om.* BDE^1 663 quo *Vssingius:* quod 664 meus animus *Pylades* 665 deiunge 666 me igitur tuom *Bothius:* igitur me tuum 670 confringantur al confricantur *B*, confringantur al confringantur *E, item sed* Adol. *pro* al *D* 671 dant, *corr. Gruterus* 674 est B^1 esset meum *E* 675 me orarem *E* 676 et B^1DE, i B^2 679 tuam partem *Fleckeisenus, cf. 916* 680 adhuc *DE* 683 Leon. *praem.*

Lib. Videbitur. factum volo. redito huc conticinno.
nunc istanc tantisper iube petere atque orare mecum.
Phil. Amandone exorarier vis ted an osculando?
Lib. Enim véro utrumque. P. Ergo, obsecro, ét tu utrumque nostrum serva.
Arg. O Libane, mi patrone, mi trade istuc. magis decorumst
libertum potius quam patronum onus in via portare.
Phil. Mi Libane, ocellus aureus, donum decusque amoris,
amabo, faciam quod voles, da istuc argentum nobis.
Lib. Dic igitur med aniticulam, columbam vel catellum,
hirundinem, monerulam, passerculum putillum,
fac proserpentem bestiam me, duplicem ut habeam linguam,
circumda torquem brachiis, meum collum circumplecte.
Arg. Ten complectatur, carnufex? Lib. Quam vero indignus videor?
ne istuc nequiquam dixeris tam indignum dictum in me,
vehes pól hodie me, si quidem hoc argentum ferre speres.
Arg. Ten ego veham? Lib. Tun hoc feras argentum áliter a me?
Arg. Perii hercle. si verum quidem et decorum erum vehere servom,
inscende. Lib. Sic isti solent superbi subdomari.
asta igitur, ut consuetus es puer olim. scin ut dicam?
em sic. abi, laúdo, nec te equo magis est equos ullus sapiens.
Arg. Inscende actutum. Lib. Ego fecero. hem quid istúc est? ut tu incedis?
demam hercle iam de hórdeo, tolutim ni badizas.
Arg. Amabo, Libane, iam sat est. Lib. Numquam hercle hodie exorabis.

---

685 videbimus *Varro de l. l. 6, 7* redito huc: redito *Varro 6, 7,* ad reditum (*i. e.* at redito) *Varro 7, 79* conticinno: *item Varro 7, 79,* conticinio *6, 7 quae forma, ad analogiam gallicinii corrupta, apud grammaticos obtinet* (*cf. Loewius Goetzius praef. p. 25, cgl. 5, 58*); *M. Aur. ad Front. 2, 6* conticinum, *in mg.* conticinium *cf. Pers. 311 Most. 579* 686 istam nunc *E* iubes *B*¹*DE* 687 *fort.* orandone te 688 ergo *D:* ego *BC; cf. e. g. Bacch. 866 Curc. 120; ea lege utrumque faciam, ut tu quoque serves utrumque* et *DE:* te et *B* 689 mihi patrone mihi 693 me aneticulam *B*², anaticulam *ς* columbulam catellum *Bentleius, cf. 667* 694 monedulam *B et D var. l., cf. Capt. 1002* putillum passerculum, *corr. Scaliger; non divisa nomina, cf. Cas. 138, in testamento Dasumi 45* a]rculis pusillis 695 proserpente *BD* bestiam eduplicem 696 circumdatorque (-toque *B*²) me, *corr. Havetus rev. de philol. 6, 150* 698 in me tam indignum dictum *Bothius* 699 speres *non* speras, *incertum an sperare liceat de lusu cf. Petersenus röm. mitth. 6, 275* 700 ⟨hinc⟩ aliter *Camerarius* 701 peri *DE* et *L.:* est uerum *cf. schol. Verg. Aen. 12, 694* 702 si *E* istuc, *corr. Lambinus* 703. 704 *inverso ordine B* 703 stin *B*¹*DE* 704 *Philaenii B* hem 706 *item Nonius 4; de hiatu Klotzius grundz. altr. metr. 139*

nam iam calcari quadrupedo agitabo advorsum clivom,
postidea ad pistores dabo, ut ibí cruciere currens.
asta ut descendam nunciam in proclivi, quamquam nequam es.
Arg. Quid nunc, amabo? quoniam, ut est libitum, nos delusistis,
datisne argentum? Lib. Si quidem mihi statuam et aram statuis
atque ut deo mi hic immolas bovem: nam ego tibi Salus sum.
Leon. Etiam tu, ere, istunc amoves abs te atque + ipse me adgredere
atque illa, sibi quae hic iusserat, mihi statuis supplicasque?
Arg. Quem te autem divom nominem? Le. Fortunam, atque Obsequentem.
Arg. Iam istoc es melior. Lib. An quid est homini Salute melius?
Arg. Licet laúdem Fortunam, tamen ut ne Salutem culpem.
Phil. Ecastor ambae sunt bonae. Arg. Sciam ubi boni quid dederint.
Leon. Opta id quod ut cóntingat tibi vis. Arg. Quid si optaro? Le. Eveniet.
Arg. Opto annum hunc perpetuom mihi huius operas. Leon. Impetrasti.
Arg. Ain vero? Leon. Certe inquam. Li. Ad me adi vicissim atque experire.
exopta id quod vis maxime tibi evenire: fiet.
Arg. Quid ego aliud exoptem amplius nisi illud cuius inópiast,
viginti argenti commodas minas, huius quas dem matri.
Lib. Dabuntur, animo sis bono face, exoptata optingent.
Arg. Vt consuevere, homines Salus frustratur et Fortuna.
Leon. Ego caput huic argento fui hodie reperiundo.
Lib. Ego pes fui. Arg. Quin nec caput nec pes sermoni apparet.
nec quid dicatis scire nec me cur ludatis possum.
Lib. Satis iám delusum censeo. nunc rém ut est eloquamur.
animum, Argyrippe, advorte sis. pater nos ferre hoc iussit
argentum ad ted. Arg. Vt temperi opportuneque attulistis.
Lib. Hic inerunt viginti minae bonae, mala opera partae;

---

709 postea, *corr. Pareus* 711 *Philaenio codd., Argyrippo dedit Camerarius* amabo? quoniam *L.:* quoniam amabo; *cf. 707 et alias* qui, quid iam, quid id est amabo? (*Amph. 810 Truc. 132. 138. 684*). *nimis subtiliter distinguit Seyffertus stud Pl. 1 inter viros qui feminas quive viros adloquantur* 714 ipsum *Acidalius*, atque ad me adgredire *Langenus symb. 100* adgredire *D ante corr.* 716 deum (deorum *Bentleius*); *cf. Horat. c. 1, 2, 25* 717 homini *ς:* olim homini salutem DE^1 720 optaro *cf. Luebbertus stud. gr. 1, 78* 721 operas *cf. ad Bacch. 45* 722 adi B^2*:* ad B^1D, at *E* 725 commoda minas eius *Nonius 266* quidem matri *E* 726 fatie *E* 727 consuere hominis 728 e. c. huic fui argento inueniendo *schol. Verg. Aen. 11, 361* huc B^1 ⟨tibi⟩ hodie *Fleckeisenus* (hocedie *Ritschelius*) repperiundo 729 necaput *B* sermonis DEB^2, sermones B^1, *corr. Bentleius; cf. Capt. 614* 730 scire *ante* possum, *corr. Hermannus* 732 argirippe *DE* 733 te tempore, *corr. Ritschelius op. 3, 246* (*cf. Abrahamus stud. Pl. 202*), *cf. Epid. 406* oportuneque

has tibi nos pactis legibus dare iussit. Arg. Quid id est, quaeso?
Lib. Noctem huius et cénam sibi ut dares. Arg. Iube advenire quaeso:
meritissimo eius quae volet faciemus, qui hosce amores
nostros dispulsos compulit. Leon. ⟨Patierin, Argyrippe,⟩
patrem hanc amplexari tuom? Arg. Haec faciet facile ut patiar.
Leonida, curre obsecro, patrem huc orato ut veniat.
Leon. Iam dudum est intus. Arg. Hac quidem non venit. Le. Angiporto
illac per hortum circum iit clam, ne quis se videret
huc ire familiarium: ne uxor resciscat metuit.
de argento si mater tua sciát ut sit factum — Arg. Heia,
bene dicite. Lib. Ite intro cito. Arg. Valete. — Leon. Et vos amate. —

DIABOLVS IV 1

Agedum istum ostende quem conscripsti syngraphum
inter me et amicam et lenam. leges pellege.
nam tu poeta es prorsus ad eam rem unicus.

PARASITVS

Horrescet faxo lena, leges cum audiet.
Diab. Age quaeso mi hercle translege. Par. Audin? Diab. Audio.
Par. 'Diabolus Glauci filius Clearetae
lenae dedit dóno argenti viginti minas,
Philaenium ut secum esset noctes et dies
hunc annum totum.' Diab. Neque cum quiquam alio quidem.
Par. Addone? Diab. Ádde, et scribas víde plane et probe.
Par. 'Alienum hóminem intro mittat neminem.
quod illa aút amicum aút patronum nominet,
aut quód illa amicae * amatorem praedicet,
fores occlusae ómnibus sint nisi tibi.

---

738 dispulsos BE^2: discipulos *D*, et dispulsos E^1 *supplevit Angelius* 739 patrem — tuum *om. codd., sed versum totum exhibent post v. 760* facile faciet *B altero loco* 740 curre o. Leonida *Muellerus* hic B^1 741 *totus Leonidae, corr. Acidalius* 742 circum it *DE*, circumit *B, cf. Pseud. 899* uiderit 745 bene — ualete *Argyrippi, corr. Pareus* et uos *satis erat; subicit* amate *tamquam idem valeat quod valete* 746 Diabolvs adolescens. parasitvs *BE* conscripsisti, *item Nonius 225, Priscianus 1, 50* singraphum 747 pellege *testatur Priscianus:* perlege 751 clauci claearatae *B*, cleaeraetae D^1, cleaeratae D^2E 752 dedit dono *sub uno accentu est. cf. Abrahamus stud. Pl. 212.* dono *cf. 194 Poen. 467* *syngraphus multos hiatus habet in* m, *unum in diphthongo v. 759, cf. 778. 804. de quibus non amplius monebo nisi alia dubitatio sit* 757 nominet *Pylades:* neminem 758 amica ⟨suae⟩ *Gulielmius, fort.* ⟨uirum⟩

in foribus scribat occupatam ésse se.
aut quod illa dicat peregre allatam epistulam,
ne epistula quidem ulla sit in aedibus
nec cerata adeo tabula; et si qua inutilis
pictura sit, eam vendat: ni in quadriduo
abalienarit, quo abs te argentum acceperit,
tuos arbitratus sit, comburas, si velis,
ne illi sit cera, ubi facere possit litteras.
vocet convivam neminem illa, tu voces;
ad eorum ne quem óculos adiciat suos.
si quem alium aspexit, caeca continuo siet.
tecum una potet, aeque pocla potitet:
abs ted accipiat, tibi propinet, tu bibas,
ne illa minus aut plus quam tu sapiat.' DIAB. Satis placet.
PAR. 'Suspiciones omnes ab se segreget.
neque illaec ulli pede pedém homini premat,
cum surgat, neque ⟨cum⟩ in lectum inscendat proximum,
neque cum descendat inde, det cuiquam manum:
spectandum ne cui ánulum det neque roget.
talos ne cuiquam hómini admoveat nisi tibi.
cum iaciat, 'te' ne dicat: nomen nominet.
deam invocet sibi quam libebit propitiam,
deum nullum; si magis religiosa fuerit,
tibi dicat: tu pro illa ores ut sit propitius.
neque illa ulli homini nutet, nictet, annuat.
post, si lucerna exstincta sit, ne quid sui
membri commoveat quicquam in tenebris.' DIAB. Optumest.
ita scilicet facturam. verum in cubiculo —
deme istuc — equidem illam moveri gestio.
nolo illam habere caŭsam et votitam dicere.

762 ulla quidem *E; inter* quidem *et* ulla *hiatus* 764 ni *om. E* quadridua *E* 765 quo: *cf. Ter. And. 104, Cic. pro Rosc. Am. 20 al.,* quod *Nonius 190;* quom *Abrahamus, quo sententia fit quam expecto: nisi post quadriduum vendiderit, tuus arbitratus sit, ubi tu argentum dederis* abste *BD, Nonius:* exte *E* 766 tum is a. sit comburat si uelit *Nonius* 767 nulli sit *Nonius* 769 eorum *Camerarius:* forum quemquam *Bothius* 770 *iocus ab hoc syngrapho alienus* 771 potet *L.:* postea poda *B*[1]*DE* 772 abstet *DE* 776 ⟨cum⟩ *Muellerus* 778 cui *item Nonius 383 et 402;* cuiquam *Pylades* 780 iaceat 785 post *B:* post id *DE* sit *Merula:* est 786 optumst *B* 789 illam habere *Nonius 45:* habere illam uotitam *testatur Nonius 45*

PAR. Scio, cáptiones metuis. DIAB. Verum. PAR. Ergo ut iubes
tollam. DIAB. Quid ni? PAR. Audi relicua. DIAB. Loquere, audio.
PAR. 'Neque ullum verbum faciat perplexabile,
neque ulla lingua sciat loqui nisi Attica.
forte sí tussire occepsit, ne sic tussiat,
ut cuiquam linguam in tussiendo proserat.
quod illa aútem simulet, quasi gravedo profluat,
hoc ne sic faciat: tu labellum abstergeas
potius quam cuiquam saviium faciat palam.
nec mater lena ad vinum accedat interim,
nec ulli verbo male dicat. si dixerit,
haec multa ei esto, vino viginti dies
ut careat.' DIAB. Pulchre scripsti. scitum syngraphum.
PAR. 'Tum si coronas, serta, unguenta iusserit
ancillam ferre Veneri aút Cupidini,
tuos servos servet, Venerine eas det an viro.
si forte pure velle habere dixerit,
tot noctes reddat spurcas quot pure habuerit.'
haec sunt non nugae, non enim mortualia.
DIAB. Placent profecto leges. sequere intro. — PAR. Sequor. —

IV 2

DIAB. Sequere hac. egone haec patiar aut taceam? emori
me malim, quam haec non eius uxori indicem.
ain tu? ápud amicam munus adulescentuli
fungare, uxori excuses te et dicas senem?
praeripias scortum amanti atque argentum obicias
lenae? suppiles clam domi uxorem tuam?
suspendam potius me, quam tu haec tacita auferas.
iam quidem hercle ad illam hinc ibo, quam tu propediem,
nisi quídem illa ante occupassit te, effliges scio,
luxuriae sumptus suppeditare ut possies.

---

791 reliqua 792 nec *Nonius 151* perplexibile *DE*, perpexibile *B*, perpexabile *Nonius* 794 fors *Bothius; cf. Skutschius Plaut. u. Rom. 150* nec *E* 802 scriptis, *corr. Pius* singraphum *BE* 799—802 *alienos esse arbitror* 804 uel *Reizius* 807 puras *codd., Nonius 394, corr. Scaliger* 808 *cf. Cato ap. Gell. 18, 7, 3* (mortuaria) 810 ADOLESCENS ARGIRIPPVS (-IPVS *B*) & PARASITVS DVO *BE; cf. Aul. IV 4., ad 828. 829* ⟨ut⟩ patiar *Fleckeisenus* 815 suppelles (suppeiles *Pareus*) 816 suppendas, *corr. Bothius* tu haec tacita *Kaempfius de pron. pers. 25:* tacita tu haec 818 occupas site

PAR. Ego sic faciundum censeo: me honestiust,
quam te palam hanc rem facere, ne illa existimet
amoris causa percitum id fecisse te
magis quám sua caúsa. DIAB. At pol qui dixti rectius.
tu ergo fac ut illi turbas lites concias;
cum suo sibí gnato unam ad amicam de die
potare, illam expilare ⟨narra⟩. PAR. Ne mone,
ego istud curabo. — DIAB. At ego te opperiar domi. —

ARGYRIPPVS V 1

[Age decumbamus sis, pater.

DEMAENETVS

Vt iusseris,
mi gnate, ita fiet. ARG. Pueri, mensam adponite.]
DEM. Numquídnam tibi moléstumst, gnate mi, si haec nunc mecum áccubat?
ARG. Pietas, pater, oculis dolorem prohibet. quamquam ego istánc amo,
possum equidem inducere animum, ne aegre patiár quia tecum accubat.
DEM. Decet verecundum esse adulescentem, Argyrippe. ARG. Edepol, pater,
merito tuo facere possum. DEM. Age ergo, hoc agitemus convivium
vino ut sermone suavi. nolo ego metui, amari mavolo,
mi gnate, me abs te. ARG. Pol ego utrumque facio, ut aequom est filium.
DEM. Credam istuc, si esse te hilarum videro. A. An tu me tristem putas?
D. Putem ego, quem videam aeque esse maestum ut quasi dies si dicta sit?
ARG. Ne dixis istuc. DEM. Ne sic fueris: ilico ego non dixero.
ARG. Em aspecta: rideo. DEM. Vtinam male qui mihi volunt sic rideant.
ARG. Scio equidem quam ob rem me, pater, tu tristem credas nunc tibi:
quia istaéc est tecum. atque ego quidem hercle ut verum tibi dicam, pater,
ea res me male habet; at non eo, quia tibi non cupiam quae velis;
verum istam amo. aliam tecum esse equidem facile possum perpeti.
D. At ego hanc volo. A. Ergo sunt quae exoptas: mihi quae ego exoptem volo.

---

820 honestius est 823 dixisti 826 expilare iam emone, *correxi* (PAR. *Camerarius*) 827 PAR. *praemissum* istuc *D* operiar (-as *E*) *DE* 828 ADOLESCENS. SENEX *BE; deest titulo Philaenium* 828. 829 *alteri recensioni tribuit Weisius; ad deperditae inter IV 1 et 2 scaenae reliquias refert Ribbeckius mus. Rhen. 37, 57* agedum cumbamus E^1 *uel* uti, *cf. ad Amph. 719, Epid. 485, Curc. 41, Poen. 191; s. ad v. 250* 830 molestus est 831 pletas B^1D, pleta *E* 833 agyrippe *E* 835 ut: et *Pius* 837 me *Bothius:* esse me 838 ut *del. Lambinus* sid acta sit *D* (dicta: dic *in ras. B*) 841 hem 844 ac quia *Acidalius:* quin 846 *i. e. mihi liceat exoptare eadem quae tibi contigerunt, sermo assimilatus verbis Demaeneti; potius* quae ego mihi. *cf. Pers. 696, ad Merc. 505*

Dem. Vnum hunc diem perpetere, quoniam tibi potestatem dedi,
cum hac annum ut esses, atque amanti argenti feci copiam.
A. Em istoc me facto tibi devinxti. D. Quin te ergo hilarum das mihi?

ARTEMONA V 2

Áin tu meum virum híc potare, óbsecro, cum filio
et ad amicam detulisse argenti viginti minas
meoque filio sciente id facere flagitium patrem?

PARASITVS

Neque divini neque mi humani posthac quicquam accreduas,
Artemona, si huius rei mé mendacem inveneris.
Art. At scelesta ego praeter alios meum virum + frugi rata,
siccum, frugi, continentem, amantem uxoris maxume.
Par. At nunc dehinc scito illum ante omnes minimi mortalem preti,
madidum, nihili, incontinentem atque osorem uxoris suae.
Art. Pol ni istaec vera essent, numquam faceret ea quae nunc facit.
Par. Ego quoque hercle illum antehac hominem semper sum frugi ratus,
verum hoc facto sese ostendit, qui quidem cum filio
potet una atque una amicam ductet, decrepitus senex.
Art. Hoc ecastor est quod ille it ad cenam cottidie.
ait sese ire ad Archidemum, Chaeream, Chaerestratum,
Cliniam, Chremem, Cratinum, Diniam, Demosthenem:
is apud scortum corruptelae est liberis, lustris studet.
Par. Quin tu illum iubes ancillas rapere sublimen domum?
Art. Tace modo. ne ⟨ego⟩ illum ecastor miserum habebo. P. Ego istúc scio,
ita fore illi dum quidem cum íllo nupta eris. Art. Ego censeo.
+ eum etiam hominem in senatu dare operam aut clientibus,
ibi labore delassatum noctem totam stertere:
ille operé foris faciendo lassus noctu ⟨ad me⟩ advenit;
fundum alienum arat, incultum familiarem deserit.

---

849. 850 hem deuinxisti (deuiinxisti *B*) 851 Mvlier. parasitvs. senex. adolescens. meretrix *BE* mecum *B*¹*E* 855 me *L.*: me esse 856 fui *Pylades, potius* fueram. *cf. 861* 857 *item Nonius 394 cf. Ribbeckius l. s. 66* 859 *item Priscianus 1, 560* (nihil) 860 ista uera *B*, uera ista *DE, corr. F. Schmidtius* 863 unam atque unam *Nonius 13,* unam atque una *D,* una atque unam *E* 864 *parasito continuatur* 866 chremen *E* dinian *BD,* cliniam *E* demostenen 867 est *Scaliger*: et *codd., Nonius 333* 868 sublimem 869 ⟨ego⟩ *Fleckeisenus* 871 *conieci* sum etiam ⟨rata⟩ hominem 873 ⟨ad me⟩ *Fleckeisenus*

is etiam corruptus porro suom corrumpit filium.
Par. Sequere hac me modó, iam faxo ipsum hominem manifesto opprimas.
Art. Nihil ecastor est quod facere mavelim. P. Mane dum. A. Quid est?
Par. Possis, si forte accubantem tuom virum conspexeris
cum corona amplexum amicam, si videas, cognoscere?
A. Possum ecastor. P. Em tibi hominem. A. Perii. P. Paulisper mane.
aucupemus ex insidiis clanculum quam rem gerant.
Arg. Quid modi, pater, amplexando facies? Dem. Fateor, gnate mi —
Arg. Quid fatere? Dem. Me ex amore húius corruptum oppido.
Par. Audin quid ait? Art. Audio. Dem. Egon ut non domo uxori meae
subripiam in deliciis pallam quam hábet, atque ad te deferam,
non edepol conduci possum vita uxoris annua.
Par. Censen tu illum hodié primum ire ádsuetum esse in ganeum?
Art. Ille ecastor suppilabat me, quod ancillas meas
suspicabar atque insontis miseras cruciabam. Arg. Pater,
iube dari vinum; iam dudum factum est cum primum bibi.
Dem. Da, puere, ab summo. áge tu interibi ab infimo da savium.
Art. Perii misera, ut osculatur carnufex, capuli decus.
Dem. Edepol animam suaviorem aliquanto quam uxoris meae.
Phil. Dic amabo, an fetet anima úxoris tuae? Dem. Nauteam
bibere malim, si necessum sit, quam illam oscularier.
Art. Ain tandem? edepol ne tu istuc cum malo magno tuo
Dixisti in me. sine, revenias modo domum, faxo ut scias
quid pericli sit dotatae uxori vitium dicere.
Phil. Miser ecastor es. Art. Ecastor dignus est. Arg. Quid ais, pater?
ecquid matrem amas? Dem. Egone illam? nunc amo, quia non adest.
Arg. Quid cum adest? D. Periisse cupio. P. Amat homo hic te, ut praedicat.
Art. Ne illa ecastor faenerato funditat: nam si domum

---

875 corrupit *B*   876 me *om.* B^1 880 hem   882 amplexandi, *corr. Acidalius*   883 huius ⟨esse⟩ *Fleckeisenus*   884 *sq. cf. M. Warren ephem. philol. Americ. 2, 4*   888 et castor *DE*   889 cruciebam *B*   890 dare, *corr. Acidalius*   892 peri *Nonius 4*   894 *inter 898 et 900 legitur, corr. ς;* 899 *inter 895 et 896, corr. Acidalius;* 895. 899 *post 906 in marg. repetunt BD, inter versuum contextum E; v. ad v. 908*   894 tuae uxori *Nonius 233, cf. Amph. 1106*   895 necesse sit *Nonius 8,* necessum est *codd.*   896—898 *cum 902. 903 locum mutare iubet Fleckeisenus; Plauto abiudicat Langenus symb. 120 versibus 902. 903 huc revocatis*   896 tamdem *B,* tantum *D*   tu ⟨hodie⟩ *Muellerus* magno malo *E*   897 uenias, *corr. Loewius Goetzius*   ut *del. Fleckeisenus*   899 Phil. *Acidalius:* Art.   Art. *Acidalius:* Par.   901 perisse *cf. Luchs. comm. pros. 1, 7*   902 illa ecastor *Bothius:* ille castor *Nonius 312,* ille ecastor *codd.*   fundit *Nonius s. v.*

redierit hodie, osculando ego ulciscar potissimum.
Arg. Iace, pater, talos, ut porro nos iaciamus. Dem. Maxime.
te, Philaenium, mihi atque uxoris mortem. hoc Venerium est.
pueri, plaudite et mi ob iactum cantharo mulsum date.
Art. Non queo durare. Par. Si non didicisti fulloniam,
non mirandum est. * in oculos invadi optumum est.
Art. Ego pol vivam et tu istaec hodie cum tuo magno malo
invocavisti. Par. Ecquis currit pollictorem accersere?
Arg. Mater, salve. Art. Sat salutis. Par. Mortuost Demaenetus.
tempus est subducere hinc me; pulchre hoc gliscit proelium.
ibo ad Diabolum, mandata dicam facta ut voluerit,
atque interea ut decumbamus suadebo, hi dum litigant.
poste demum huc cras adducam ad lenam, ut viginti minas
ei det, in partem hac amanti ut liceat ei potirier.
Argyrippus exorari spero poterit, ut sinat
sese alternas cum illo noctes hac frui. nam ni impetro,
regem perdidi: ex amore tantum est homini incendium. —
Art. Quid tibi hunc receptio ad te est meum virum? Phil. Pol me quidem
miseram odio énicavit. Art. Surge, amator, i domum.
Dem. Nullus sum. Art. Immo es, ne nega, omnium ⟨unus⟩ pol nequissimus.
at etiam cubat cuculus. surge, amator, i domum.
Dem. Vae mihi. Art. Vera hariolare. surge, amator, i domum.
Dem. Abscede ergo paululum istuc. Art. Surge, amator, i domum.
Dem. Iam obsecro, uxor. Art. Nunc uxorem me esse meministi tuam?
modo, cum dicta in me ingerebas, odium, non uxor eram.
Dem. Totus perii. Art. Quid tandem? anima fetetne uxoris tuae?
Dem. Murram olet. Art. Iam subrupuisti pallam, quam scorto dares?
Phil. Ecastor qui subrupturum pallam promisit tibi.
Dem. Non taces? Arg. Ego dissuadebam, mater. Art. Bellum filium.

---

904 iaceamus 907 nomqueo *D*, nam queo *E* fullonicam, *corr. Dousa, cf. Amph. 90. 152, Pseud. 782 fullones intellegit amylo durantes* 908 *suppleas velut* ⟨igitur homini⟩ non mirandumst, ⟨Artemona. Art.⟩ in oculos *e. q. s. Havetus rev. de phil. 6, 153 qui versus 893—909 Fleckeiseni et Vssingii inventis usus probabiliter sic ordinavit ut se excipiant vv. 893. 896—898. 894. 895. 902. 903. 899—901. 907. 908. 904—906. 909* 909 tu istaec *Camerarius:* tuis haec 910 inuocasti et quis currit pollictorem (-re *E*) accersere, *item Nonius 157; cf. Poen. 63* 911 sit *E* mortuus est 912 est *Nonius 22: om.* 916 parte, *corr. Lambinus* potierier 917 argiripus *D* 920 huc *E* 921 enicabit enecauit odio miseram *Guietus* 922 omium *B* ⟨unus⟩ *L.*, ⟨hominum⟩ *Fleckeisenus; illud ad* nullus sum *aptius respondere videtur* 924 ue 925 paulum *BD* 930 *Argyrippo codd., Philaenio dedit Pareus*

istoscine patrem aequom est mores liberis largirier?
nilne te pudet? Dem. Pol, si aliud nil sit, tui me, uxor, pudet.
Art. Cano capite te cuculum uxor ex lustris rapit.
Dem. Non licet manere (cena coquitur) dum cenem modo?
Art. Ecastor cenabis hodie, ut dignus es, magnum malum.
Dem. Male cubandum est: iudicatum me uxor abducit domum.
Arg. Dicebam, pater, tibi, ne matri consuleres male.
Phil. De palla memento, amabo. Dem. Iuben hanc hinc abscedere?
Art. I domum. Phil. Da savium etiam prius quam abis. Dem. I in crucem.
Phil. Immo intro potius. sequere hac me, mi anime. Arg. Ego vero sequor.

GREX

Hic senex si quid clam uxorem suo animo fecit volup,
neque novom neque mirum fecit nec secus quam alii solent;
nec quisquam est tam ingenio duro nec tam firmo pectore,
quin ubi quicque occasionis sit sibi faciat bene.
nunc si voltis deprecari huic seni ne vapulet,
remur impetrari posse, plausum si clarum datis.

---

932 mores est, *corr. Pylades* 936 dignum est, *corr. Gruterus* 935. 936 *boni versus male inserti ab interpolatore* 937 adducit *codd.,* ducit *Nonius 128, corr. Dousa* 940. 941 *inverso ordine, corr. Fleckeisenus* 940 i domum *om.* B^1 abiis *BD,* abitis *Bothius* 941 intus, *corr. Fleckeisenus* (potius intro) Arg. *Bothius:* Dem. 942 uxore B^2 (*recte Nonius 187)* suam E^1, *Nonius* uolup *Nonius testatur:* uoluptatis 945 quaque *B* 947 plausum si *Bentleius:* si plausum sic (si B^2) Plavti asinaria explicit *BE*

AVLVLARIA

ARGVMENTVM I

Senex avarus vix sibi credens Euclio
domí suae defóssam multis cúm opibus
aulam invenit, rursumque penitus conditam
exanguis amens servat. eius filiam
Lyconides vitiarat. interea senex
Megadorus a sorore suasus ducere
uxorem avari gnatam deposcit sibi.
durús senex víx promittit, atque aulae timens
domo sublatam variis abstrudit locis.
insidias servos facit huius Lyconidis
qui virginem vitiarat; atque ipse obsecrat
avonculum Megadorum sibimet cedere
uxorem amanti. per dolum mox Euclio
cum perdidisset aulam, insperato invenit
laetusque natam conlocat Lyconidi.

ARGVMENTVM II

Aulam repertam auri plenam Euclio
Vi summa servat, miseris adfectus modis.
Lyconides istius vitiat filiam.
Volt hanc Megadorus indotatam ducere,
Lubensque ut faciat dat coquos cum obsonio.
Auro formidat Euclio, abstrudit foris.
Re ómni inspecta compressoris servolus
Id surpit. illic Euclioni rem refert.
Ab eo donatur auro, uxore et filio.

Incipit (*om. E*) prologvs. in. avlvlaria plavti *BE, om D* 5 licon., *item 10. 15; 2, 3* 11 ipse *om. E*

Plavti avlvlaria incipit. argvmentvm *BE, om. D* 6 abstridit fores

PERSONAE

LAR FAMILIARIS prologus
EVCLIO senex
STAPHYLA anus
EVNOMIA matrona
MEGADORVS senex
PYTHODICVS servus
CONGRIO } coci
ANTHRAX } coci
STROBILVS servus
LYCONIDES adulescens
PHAEDRIA puella
TIBICINAE

SCAENA ATHENIS

---

de Pythodico cocis tibicinis Strobilo v. ad. v. 280, de puellae nomine ad v. 682

LAR FAMILIARIS

prologus

Ne quis miretur qui sim, paucis eloquar.
ego Lar sum familiaris ex hac familia
unde exeuntem me aspexistis. hanc domum
iam multos annos est cum possideo et colo
patri avoque iam huius qui nunc hic habet.
sed mí avos huius obsecrans concredidit
thensaurum aúri clam omnis: in medio foco
defodit, venerans mé ut id servarem sibi.
is quoniam moritur (ita avido ingenio fuit),
numquam indicare id filio voluit suo,
inopemque optavit potius eum relinquere,
quam eum thensaurum commonstraret filio;
agri reliquit ei non magnum modum,
quo cum labore magno et misere viveret.
ubi is óbiit mortem qui mihi id aurum credidit,
coepi observare, ecqui maiorem filius
mihi honorem haberet quam eius habuisset pater.
atque ille vero minus minusque impendio

Lar familiaris *BE, om. D ut solet* 2 sum lar *Priscianus 1, 223, Probus cathol. 15* 3 eteuntem me aspexisti *E* 4 cum: ut *Nonius 250* possideo et colo *ut colonus agrum occupatorium; cui oppositam fuisse heredii vel proprietatis notionem expectes. post h. v. nonnulla intercidisse probabiliter statuit Langenus* (*sed Euclionis nomen non desideratur*) 5 patri auoque: patriabo *Nonius 318,* patrique auoque *Aldus, cf. Trin. 645,* patre uiuo auoque *Palmerus Hermath. 5, 308* 7 thesaurum, *item 12. 26* auri th. *Camerarius* 9 quoniam is *Donatus ad Ter. Ad. prol. 1* 15 obit *Nonius 275. 360* qui mihi id *item Nonius 360:* quid mihi in *Nonius 275* 16 et qui *codd.*, et quidem *Nonius 320* (*idem* filium *et* 17 habere), ecquid *Caesar diss. Argent. 11, 270;* ecqui *priorem corripit*

curare mínusque me impertire honoribus.
item a me contra factum est, nam item obiit diem.
is ex se húnc reliquit qui hic nunc habitat filium
pariter moratum ut pater avosque huius fuit.
huic filia una est. ea mihi cottidie
aut ture aut vino aut aliqui semper supplicat,
dat mihi coronas. eius honoris gratia
feci, thensaurum ut hic reperiret Euclio,
quo illam facilius nuptum, si vellet, daret.
nam eam compressit de summo adulescens loco.
is scit adulescens quae sit quam compresserit,
illa illum nescit, neque compressam autem pater.
eam ego hódie faciam ut hic senex de proxumo
sibi uxórem poscat. id ea faciam gratia,
quo ille eam facilius ducat qui compresserat.
et hic qui poscet eam sibi uxorem senex,
is adulescentis illius est avonculus,
qui illam stupravit noctu, Cereris vigiliis.
sed hic senex iam clamat intus ut solet.
anum foras extrudit, ne sit conscia.
credo aurum inspicere volt, ne subreptum siet.

EVCLIO I 1

Exi, ínquam. age exi. exeúndum herclé tibi hinc est foras,
circumspectatrix cum oculis emissiciis.

STAPHYLA

Nam cur me miseram verberas? Evcl. Vt misera sis
atque ut te dignam mala malam aetatem exigas.
Staph. Nam qua me nunc causa extrusisti ex aedibus?
Evcl. Tibi egó rationem reddam, stimulorum seges?
illuc regredere ab ostio. illuc sis vide,
ut incédit. at scin quo modo tibi res se habet?

---

20 die *expectamus* nam aurum ei non dedi 21 his *Nonius 375* nunc *om. Nonius* 22 auusque eius *schol. Verg. georg. 1, 189*, atque auus eius *Nonius* 24 aliquid *E* 26 repperiret *DE* 28 compressit eam, *corr. Bothius* 35 auonculus *nomen ceterum trisyllabum, possis* est illius 36 *cf. 795. Truc. 821* 37 hec *B*[1] Evclio senex. staphila anvs *B, inverso ordine E* 44 qua me nunc: me qua *B* ex *B:* his ex *E. om. D* 45 *cf. Trin. 515* 46 regrede

si hercle hodie fustem cepero aut stimulum in manum,
testudineum istum tibi ego grandibo gradum.
STAPH. Vtinam me divi adaxint ad suspendium
potius quidem quam hoc pacto apud te serviam.
EVCL. At ut scelesta sola secum murmurat.
oculos hercle égo istos, improba, ecfodiam tibi,
ne me observare possis quid rerum geram.
abscede etiam nunc — etiam nunc — etiam — ohe,
istic astato. si hercle tu ex istoc loco
digitum transvorsum aut unguem latum excesseris
aut si respexis, donicum ego te iussero,
continuo hercle ego te dedam discipulam cruci.
scelestiorem me hac anu certo scio
vidisse numquam, nimisque ego hanc metuo male,
ne mi ex insidiis verba imprudenti duit
neu persentiscat aurum ubi est absconditum,
quae in occipitio quoque habet oculos pessima.
nunc ibo ut visam sitne ita aurum ut condidi,
quod me sollicitat plurimis miserum modis. —
STAPH. Noenum mecastor quid ego ero dicam meo
malae rei evenisse quamve insaniam,
queo comminisci; íta me miseram ad hunc modum
decies die uno saepe extrudit aedibus.
nescio pol quae illunc hominem intemperiae tenent:
pervigilat noctes totas, tum autem interdius
quasi claudus sutor domi sedet totos dies.
neque iam quo pacto celem erilis filiae
probrum, propinqua partitudo cui appetit,
queo comminisci; neque quicquam meliust mihi,
ut opinor, quam ex me ut unam faciam litteram
longam, ⟨meum⟩ laqueo collum quando obstrinxero.

---

48 hercle hodie *Kampmannus:* hodie hercle DEB^2, hodie B^1 49 testitudinem *ut vid.* B^1, testudinem *E* gradibo (grandiuo *Nonius 115*); *cf. Warrenus Am. journ. 4, 71 sq.* 53 oculos ego tibi istos improbe ecfodiam tibi *Nonius 360* effodiam 55 *fort.* abscedito etiam nunc *alterum om. B* 56 atasto, *corr. Scioppius* 58 respexeris D^1E 60 certe, *corr. Franckenus* 65 sitne *Pylades:* estne 67 ero ego *E* 74 herilis 69 *et* 76 queo comminisci *sic sine sermonis augmento utrubique positum vix a poeta; illic hiatus accedit, hic spondei durities* melius est 78 longum, *corr. Scutarius* ⟨meum⟩ *Camerarius* obstrixero B^1E

Evcl. Nunc defaecato demum animo egredior domo, I 2
postquam perspexi salva esse intus omnia.
redi núnciam intro atque intus serva. Staph. Quippini?
ego intus servem? an ne quis aedes auferat?
nam hic apud nos nihil est aliud quaesti furibus,
ita inaniis sunt oppletae atque araneis.
Evcl. Mirum quin tua me causa faciat Iuppiter
Philippum regem aut Dareum, trivenefica.
araneas mihi ego illas servari volo.
pauper sum; fateor, patior; quod di dant fero.
abi intro, occlude ianuam. iam ego hic ero.
cave quémquam alienum in aedis intro miseris.
quod quispiam ignem quaerat, extingui volo,
ne causae quid sit quod te quisquam quaeritet.
nam si ignis vivet, tu extinguere extempulo.
tum aquam aufugisse dicito, si quis petet.
cultrum, securim, pistillum, mortarium,
quae utenda vasa semper vicini rogant,
fures venisse atque abstulisse dicito.
profecto in aedis meas me absente neminem
volo intro mitti. atque etiam hoc praedico tibi,
si Bona Fortuna veniat, ne intro miseris.
Staph. Pol ea ipsa credo ne intro mittatur cavet,
nam ad aedis nostras numquam adit, quamquam prope est.
Evcl. Tace atque abi intro. Staph. Taceo atque abeo. — Evcl. Occlude sis
fores ambobus pessulis. iam ego hic ero.
discrucior animi, quia ab domo abeundum est mihi.
nimis hercle invitus abeo. sed quid agam scio.
nam noster nostrae qui est magister curiae
dividere argenti dixit nummos in viros;
id si relinquo ac non peto, omnes ilico
me suspicentur, credo, habere aurum domi.

---

79 Evclio senex. staphila anvs *BE* 83 aliud *om. Nonius 483* 84 inanis, *item Nonius 123* arantes *Nonius* 85 me *Camerarius:* nunc me 86 darium *B,* darieum *DE* 89 hoc B^1 92 ne: he B^1E^1 93 extemplo 95 pistellum *B* 98 edibus *E* 101 eapse *Bothius* 102 nusquam *BE* adiit est *om. DE* *etiamsi hac platea praetereat, numquam accedit (cf. Dio C. 64, 1, 2, Suet. Galb. 4, Sen. de const. sap. 15, 5)* 105 ab *del. Guietus, cf. Epid. 681, Abrahamus stud. Pl. 198* 106 sed ς: si 108 *item Nonius 43;* nummos dicit *Asconius personatus ad Verr. p. 136*

nam non est veri simile, hominem pauperem
pauxillum parvi facere quin nummum petat.
nam nunc cum celo sedulo omnis, ne sciant,
omnes videntur scire et me benignius
omnes salutant quam salutabant prius;
adeunt, consistunt, copulantur dexteras,
rogitant me ut valeam, quid agam, quid rerum geram.
nunc quo profectus sum ibo; postidea domum
me rursum quantum potero tantum recipiam.

EVNOMIA II 1

Velím te arbitrári med haéc verba, fráter,
meai fidei tuaique rei
causa facere, ut aequom est germanam sororem.
quamquam haud falsa sum nos odiosas haberi;
nam multum loquaces merito omnes habemur,
nec mutam profecto repertam ullam esse
⟨aut⟩ hodie dicunt mulierem ⟨aut⟩ ullo in saeclo.
verum hoc, frater, unum tamen cogitato,
tibi proximam me mihique esse item te;
ita aequom est quod in rem esse utrique arbitremur
et mihi te et tibi ⟨me⟩ consulere et monere;
neque óccultum id habéri   neque pér metúm mussári,
quin participem pariter   ego te et tu me ut facias.
eo núnc ego secreto   ted huc foras seduxi,
ut tuam rém ego tecum   hic loquerer familiarem.

MEGADORVS

Da mi, optuma femina, manum.
EVN. Vbi ea est? quis ea est nam optuma?
MEG. Tu. EVN. Túne ais? MEG. Si négas, nego.

---

112 qui *cf. Brixius ad Capt. 137* 113 cum *om.* B^1 118 postidea *Camerarius:* post idem 120 EVNOMIA MVLIER. MEGADORVS SENEX *BE* me 120. 121 *coniuncti* 121 meae fidei tu(a)eque rei *ς:* rei haec *addita var. l.* uel hoc *BDE* 125 *fort.* nec ullam p. r. e. mutam 126 *supplevi* 128 item esse, *corr. Bentleius* 129 ita *Lambinus:* ut *cf. ad Capt. 398* 130 ⟨me⟩ *ς* 131—134 *bacchei dimetri cum iambicis catalecticis* 132 *vel* ted *vel* med ut *del. Lambinus, iniuria ut puto* 133 te 135 *sq. cf. mus. Rhen. 40, 174, dimetros iambicos discripsit Muellerus pros. 618* 135 *fort.* manum femina optuma, *cf. Muellerus* 136 ⟨aut⟩ quis *Goetzius* 136. 137 *et* 138. 139 *coniuncti*

Evn. Decet te équidem vera prólòqui;
nam optúma nullá potest eligi:
alia ália peior, fráter, est. Meg. Idem ego árbitror,
néc tibi advorsari certum est de istac ré umquam, soror.

Evn. Dá mihí óperam amabó. Meg. Tuast, útere atque ímpera, si quíd vis.
Evn. Íd quod in rém tuam óptumum esse árbitror,
téd id monitum advénto.
Meg. Soror, móre tuo facis. Evn. Fáctum volo.
Meg. Quid ést id, sorór? Evn. Quod tibí sempitérnum
salútare sit: liberís procreándis
(ita dí faxint) volo te úxorem
domum dúcere. Meg. Ei occidí. Evn. Quid ita?
Meg. Quia míhi misero cerebrum éxcutiunt
tua dícta, soror: lapidés loqueris.
Evn. Heia, hoc face quod te iubet soror. Meg. Si lubeat, faciam.
Evn. In rem hoc tuam est. Meg. Vt quidem emoriar prius quam ducam.
sed hís legibús si quam dáre vis dúcam:
quae crás veniat, peréndie forás feratur;
his legibús dare vís? cedo: nuptiás adorna.
Evn. Cum máxima possúm tibi, fratér, dare dote;
sed ést grandiór natu: média est múlieris aetas.
eam sí iubes, fratér, tibi me póscere, poscam.

Meg. Núm non vis me intérrogare te? Evn. Ímmo, si quid vís, roga.
Meg. Post mediam aetatem qui media ducit uxorem domum,

139 nam nulla potis est eligi *Hermannus* 140 *sq. disp.:* alia — tibi | advorsari — soror 141 istacc B^1 soror quiduis E^1 142 *sq. disp.:* da — uis | id — aduento 142 *fort.* operam ⟨iam⟩ 145 te 146 facta *DE* (*aliter v. 686. Most. 735*), facto *B, i. e.* factum (*Camerarius*), *et sic pronuntiandum cf. Vssingius ad Pers. 310* 147 sempiterno *Muellerus* 148 *sq. disp.:* salutare — faxint | uolo — ita | quia — loqueris 149 ita di f. *Megadori codd.;* ita d. f. inquito *Eunomiae Heraldus dedit. cum frater nihil dicat, ipsa, ne sermo omine careat, dicit quae natura sunt comprobantis verba aliena* 150 occidis *Weisius* 153 *sq. cf. mus. Rhen. 40, 173* 153. 154 *fort. anapaesti; septenarios iambicos* (heiá *et* ⟨inquam⟩ est) *facit Seyffertus Berl. phil. wochenschr. 1890, 309* 155 *om. DE* 156 feratur *Reizius:* feratur soror 157 dare *L.*: quam dare; *correxi non propter metrum, sed quod opus fuerit dici* si quam 158 cum *Gruterus:* quam dare frater D^1E 159 *metrum mutatur sermonis indoli convenienter et hic et v. 149* 161 *cf. Most. 336, Poen. 1079, alia Ritschelius op. 2, 248 sq.*

si eam senex anum praegnatem fortuito fecerit,
quid dubitas, quin sit paratum nomen puero Postumus?
nunc ego istúm, soror, laborem demam et deminuam tibi.
ego virtute deum et maiorum nostrum dives sum satis.
istas magnas factiones, animos, dotes dapsiles,
clámores, impéria, eburata véhicla, pallas, púrpuram,
nil moror quae in servitutem sumptibus redigunt viros.
E. Dic mihi, quaeso, quis ea est, quam vis ducere uxorem? M. Eloquar.
nostin hunc senem Euclionem ex proximo pauperculum?
EVN. Novi, hominem haud malum mecastor. MEG. Eius cupio filiam
virginem mihi desponderi. verba ne facias, soror.
scio quid dictura es: hanc esse pauperem. haec pauper placet.
E. Di bene vortant. M. Idem ego spero. E. Quid me? num quid vis? M. Vale.
EVN. Et tu, frater. — MEG. Ego conveniam Eúclionem, si domi est.
sed eccum ⟨video⟩. nescio unde sese homo recipit domum.

EVCLIO II 2

Praesagibat mi animus frustra me ire, quom exibam domo;
itaque abibam invītus; nam neque quisquam curialium
venit neque magister quem dividere argentum oportuit.
nunc domum properare propero, nam egomet sum hic, animus domi est.
MEG. Salvos atque fortunatus, Euclio, semper sies.
EVCL. Di te ament, Megadore. M. Quid tu? recten atque ut vis vales?
EVCL. Non temerarium est, ubi dives blande appellat pauperem.
iam illic homo aurum scit me habere, eo me salutat blandius.
MEG. Ain tu te valere? EVCL. Pol ego haud perbene a pecunia.

---

163 praegnatem *Festus 238:* pregnantem fortuitu *B* (-o *etiam Festus*) 164 quid sit *B*[1] paratum his nomen pueris postume *Festus* Postumo *Beckerus in Studemundi stud. 1, 170* 161—164 *in suspicionem vocat Wilamowitzius, qui certe inepti sunt in ore senis adulescentem ducturi* 165 degam *testatur Nonius 278, cf. Epid. 65* 166 *repetitus legitur Capt. 324* nostrum *Capt. 324:* nostrorum 167 a. d. d.: dotes dapsilas *Nonius 304* 168 uehicula *proceleumaticus eodem septenarii loco Mil. 1351 Pseud. 314 Stich. 517 Trin. 724, alia incerta* 169 quae *generis femin.* seruitutum rediguntur *post hunc v. nonnulla intercidisse iure statuit Langenus, cf. Ritschelius op. 2, 283* 170 dic — uxorem *Megadoro continuata,* eloquar *sq. Eunomiae, corr. Pius* quaeso: si audes *Priscianus 2, 9 et id ipsum testatus Persi schol. 3, 89* quis *codd., testatur Priscianus:* quae *Persi schol.* (quae est ea quam ducere vis uxorem?) 171 nouistin 172 *Megadori, corr. Pius; ante* eius *personae spatium* ecastor *B*[2] 175 quod *E* nunc quid 177 ⟨uideo⟩ *Klettius, pro quo* eumpse *Bachius in Studemundi stud. 2, 409* 178 EVCLIO. MEGADORVS SENES DVO (II. *E*) *BE* mihi *om. Cicero de divin. 1, 65* exirem *Cicero,* exigebam *B*[1] *ut vid.* 185 me scit, *corr. Bothius* 186 a pecunia perbene, *corr. Guietus*

MEG. Pol si est animus aequos tibi, sat hábes qui bene vitam colas.
EVCL. Anus hercle huic indicium fecit de auro, perspicue palam est,
cui ego iam linguam praecidam atque oculos effodiam domi.
MEG. Quid tu solus tecum loquere? EVCL. Meam pauperiem conqueror.
virginem habeo grandem, dote cassam atque inlocabilem,
neque eam queo locare cuiquam. MEG. Tace, bonum habe animum, Euclio.
dabitur, adiuvabere a me. dic, si quid opust, impera.
EVCL. Nunc petit, cum pollicetur; inhiat aurum ut devoret.
altera manu fert lapidem, panem ostentat altera.
nemini credo qui large blandust dives pauperi:
ubi manum inicit benigne, ibi onerat aliqua zamia.
ego istos novi polypos, qui ubi quidquid tetigerunt tenent.
MEG. Da mi operam parumper. paucis, Euclio, est quod te volo
de communi re appellare mea et tua. EVCL. Ei misero mihi,
aurum mi intus harpagatum est. nunc hic eam rem volt, scio,
mecum adire ad pactionem. verum intervisam domum.
MEG. Quo abis? EVCL. Iam ad te revortar: nunc est quod visam domum. —
MEG. Credo edepol, ubi mentionem ego fecero de filia,
mi ut despondeat, sese a me derideri rebitur;
neque illo quisquam est alter hodie ex paupertate parcior.
EVCL. Di me servant, salva res est. salvom est si quid non perit.
nimis malé timui. prius quam íntro redii, exanimatus fui.
redeo ad te, Megadore, si quid me vis. MEG. Habeo gratiam.
quaeso, quod te percontabor, ne id te pigeat proloqui.
EVCL. Dum quidem né quid perconteris quod non lubeat proloqui.
MEG. Dic mihi, quali me arbitrare genere prognatum? EVCL. Bono.
M. Quid fide? E. Bona. M. Quid factis? E. Neque malis neque improbis.
MEG. Aetatem meam scís? EVCL. Scio esse grandem, item ut pecuniam.

---

187 satis 191 *item Nonius 45. 340* filiam habeo grandem, cassa dote atque inlocabili *Varro de l. l. 5, 14* *hinc usque ad v. 605 deficit E; in cuius vicem succedit V a v. 190 incipiens* 193 adiubabere DB^2, adiubare B^1 opus est 197 aliquam zamiam, *corr. Guietus* 198 qui uibi *BD*, qui nibi *V*, *corr. Hermolaus* tetigerint *B* 199 da mihi operam parumper, si operaest, Euclio, id quod te uolo *Nonius 529* (*s.* opera) 203 *possis* abitis nunc *L.:* nam *post hunc v. quod aliquid intercidisse Wagnerus coniecit, res sumptuosa est filiam despondere; neque ubi 'mentionem fecerit', iam dixerit se indotatam poscere* (*v. 238*). neque *autem v. 206 sententias non arte cohaerentes copulat item v. 408 Mil. 652 Pseud. 937 Rud. 359. 406 all.* 207 saluare est *ioci genus Plauto usitatum, quod quale sit docebunt Asin. 465 Capt. 2 Curc. 557 Epid. 526 Men. 649 Truc. 812; cf. Epid. 425 Most. 614 Poen. 1213, ad Poen. 874* 208 redi 211 non *Guietus:* mihi non

MEG. Certe edepol equidem te civem sine mala omni malitia
semper sum arbitratus et nunc arbitror. EVCL. Aurum huic olet.
quid nunc me vis? MEG. Quoniam tu me et ego te qualis sis scio,
quae res recte vortat mihique tibique tuaeque filiae,
filiam tuám mi uxorem posco. promitte hoc fore.
EVCL. Heia, Megadore, haud decorum facinus tuis factis facis,
ut inopem atque innoxium abs te atque abs tuis me inrideas.
nam de te neque re neque verbis merui ut faceres quod facis.
MEG. Neque edepol ego te derisum venio neque derideo,
neque dignum arbitror. EVCL. Cur igitur poscis meam gnatam tibi?
MEG. Vt propter me tibi sit melius mihique propter te et tuos.
EVCL. Venit hoc mihi, Megadóre, in mentem, ted esse hominem divitem,
factiosum, me autem esse hominem pauperum pauperrimum;
nunc si filiam locassim meam tibi, in mentem venit
te bovem esse et me esse asellum: ubi tecum coniunctus siem,
ubi onus nequeam ferre pariter, iaceam ego asinus in luto,
tu me bos magis haud respicias, gnatus quasi numquam siem.
et te utar iniquiore ét meus me ordo inrideat,
neutrubi habeam stabile stabulum, si quid divorti fuat:
asini me mordicibus scindant, boves incursent cornibus.
hoc magnum est periclum, ab asinis ad boves transcendere.
MEG. Quam ad probos propinquitate proxime te adiunxeris,
tam optumum est. tu condicionem hanc accipe, ausculta mihi,
atque eam desponde mi. EVCL. At nihil est dotis quod dem. M. Ne duas.
dum modó morata recte veniat, dotata est satis.
EVCL. Eo dico, ne me thensauros repperisse censeas.
MEG. Novi, ne doceas. desponde. EVCL. Fiat. sed pro Iuppiter,
num égo disperii? M. Quíd tibi est? E. Quid crepuit quasi ferrum modo? —
MEG. Hic apud me hortúm confodere iussi. sed ubi hic est homo?
abiit neque me certiorem fecit. fastidit mei,
quia videt me suam amicitiam velle: more hominum facit;
nam si opulentus it petitum pauperioris gratiam,
pauper metuit congrediri, per metum male rem gerit.

---

215 (a)certo *Nonius 454* 221 abstutis B^1 222 uti *DV* 226 te 227 autem *Brixius:* item 230 honus 232 te: *fort.* tuo *versus Plautinis non apte adiectus* 233 deuorti 234 mordicibus *testatur Nonius 139:* mordicus; *cf. Buechelerus in Woelfflini arch. 1, 105* 235 ab *Camerarius:* me ab 237 optimum est: optumus *Nonius 240* 238 duas *cf. Merc. 401* (*Men. 267*) 240 eo** *B* thesauros *B*, *item 266* 242 quod crepuit B^1 *post* 242 *Ritschelius posuit v. 393 nec Plautinum* (*cf. Langenus symb. 135 sq.*) *nec ferendum inter quaestionem et responsum* 243 hinc est 248 congredi

idem, quando occasio illaec periit, post sero cupit.
Evcl. Si hercle ego te non elinguandam dedero usque ab radicibus,
impero auctorque ⟨ego⟩ sum, ut tu me cuivis castrandum loces.
Meg. Video hercle ego te me arbitrari, Eúclio, hominem idoneum,
quem senecta aetate ludos facias, haud merito meo.
Evcl. Neque edepol, Megadore, facio, neque, si cupiam, copia est.
Meg. Quid nunc? etiam mihi despondes filiam? Evcl. Illis legibus,
cum illa dote quam tibi dixi. Meg. Sponden ergo? Evcl. Spondeo.
Meg. Di bene vertant. Evcl. Ita di faxint. illud facito ut memineris,
convenisse ut ne quid dotis mea ad te afferret filia.
Meg. Memini. Evcl. At scio quo vos soleatis pacto perplexarier:
pactum non pactum est, non pactum pactum est, quod vobis lubet.
Meg. Nulla controversia mihi tecum erit. sed nuptias
num quae causa est quin faciamus hodie? Evcl. Immo edepol optuma.
Meg. Ibo igitur, parabo. numquid me vis? Evcl. Istuc. ei et vale.
Meg. Heus, Pythodice, sequere propere me ad macellum strenue. —
Evcl. Illic hinc abiit. di immortales, obsecro, aurum quid valet.
[credo ego illúm iam inaudivisse mi esse thensaurum domi.]
id inhiat, ea affinitatem hanc obstinavit gratia.
ubi tu es, quae deblateravisti iam vicinis omnibus, II 3
meae me filiae daturum dotem? heus, Staphyla, te voco.
ecquid audis? vascula intus pure propera atque elue:
filiam despondi ego: hodie huic nuptum Megadoro dabo.

STAPHYLA

Di bene vortant. verum ecastor non potest, subitum est nimis.
Evcl. Tace atque abi. curata fac sint cum a foro redeam domum;
atque aedis occlude; iám ego hic adero. — Staph. Quid ego nunc agam?
nunc nobis prope adest exitium, mi atque erili filiae,

---

249 occasio illaec *Harius:* illaec (illex *D*) occasio (occansio DV^1) perit 251 ⟨ego⟩ *Guietus* tu *om.* B^1DV cuiuis: cui B^1 252 te me *V:* te ** *D,* me *B* 257 Evcl. — Meg., *corr. Angelius* di bene *Pylades:* istuc di bene illud *Angelius:* Euclio. illud. scito B^1 259 perpexarier B^1, *cf. Asin. 792* 262 hodie quin f. numquae causa est, *corr. Brixius in Fleckeiseni ann. 131, 207* 263 uis me B^2 i et *Muellerus*: fiet 264 Pythodice: Strobile, *v. i. ad 280* strennue *B* 266 inaudiuisse *Nonius 500:* inaudisse; *debuit* indaud. (*Langenus*) *versus ineptus et post 188 sq. et post 265.* id *v. 267 ad* aurum *pertinet, cf. 194* 268 Evclio senex. staphila anvs ·c· (c *om. B*) *BV* deblattauisti, *corr.* ϛ, deblaterasti *Nonius 44* 269 saphyla *B ante corr.*, staphila *D* 271 ego hodie *Merula:* hodie ego 274 aedis occlude *Guietus:* occlude aedis

nunc probrum atque partitudo prope adest ut fiat palam;
quod celatum atque occultatum est usque adhuc, nunc non potest.
ibo intro, ut erus quae imperavit facta, cum veniat, sient.
nam ecastor malum maerore metuo ne mixtum bibam. —

PYTHODICVS — II 4

Postquam óbsonavit erus et conduxit coquos
tibicinasque hasce apud forum, edixit mihi
ut dispertirem obsonium hic bifariam.

ANTHRAX

Me quidem hercle, dicam ⟨tibi⟩ palam, non divides;
si quo tu totum me ire vis, operam dabo.

CONGRIO

Bellum et pudicum vero prostibulum popli.
post si quis vellet, te haud non velles dividi.
PYTH. Atque ego istuc, Anthrax, alio vorsum dixeram,
non istuc quo tu insimulas. sed erus nuptias
meus hodie faciet. ANTHR. Cuius ducit filiam?
PYTH. Vicini huius Euclionis ⟨senis⟩ e proximo.
ei adeo obsoni hinc iussit dimidium dari,
cocum alterum itidemque alteram tibicinam.
ANTHR. Nempe huc dimidium dicis, dimidium domum?
PYTH. Nempe sicut dicis. ANTHR. Quid? hic non poterat de suo

---

276 nunc: nam *Londin.; versus fort. additicius, cf.* 75 279 merorem, *corr. Gronovius* mixtum *V²:* minixtum *BDV¹*, inmixtum *Gruterus* (-im *Pareus*) *cf. Most. 352; Staphyla ad maerorem, quem habet, metuit ne malum accedat, cf. Cas. 441. de verbo cf. Pseud. 63 Trin. 122, Acc. tr. 83 Pacuv. 414* 280 STROBILVS (STRIBOLVS, *sed* O *sup.* I *B*) SERVVS · ARETHAX · CONGRIO (GONGRIO *B*) · COCI · PHRVSIVM · EXELEVSIVM (EXFLESIVM *B*) · TIBICINĘ · II · SENEX *BV* *tibicinarum nomina vide v. 333; a 'coquo', quem sine nomine sermonibus praefigunt, Congrionem (quem Gongrionem magis graece appellat qui scaenis titulos praefixit) distinguunt codd.; priorem Anthracem esse intellexit Goetzius (v. 283 Acidalius, 293 Pylades); item fere Merula. Strobilo v. 264. 334. 351. 354 substituendum videri Pythodicum (cf. 363) exposuit Dziatzko mus. Rhen. 37, 268* 280 posquam *B* 281 tibicenasque 282 *nisi scribatur* ut dispertirem haec atque hosce hic, *cum v. 283 acumine careat, tum 287 sensu* 283 ⟨tibi⟩ *Vssingius* 285 *sq. Strobili, corr. Bothius* 286 post: pol *Brixius* neuelles *Goellerus* 287 *coci,* 288 *Strobili nomine, corr. Camerarius* 287 antrax 288 quod, *corr. Bothius* 290 ⟨senis⟩ *Camerarius, cf. Bachius in Studemundi stud. 2, 196* 291 hic *Gellius 3, 14, 15* iussit dimidium *Gellius:* dimidium iussit 293 huic, *corr. Guietus* ducis *V* domi, *corr. Acidalius*

senex óbsonari filiai nuptiis?
PYTH. Vah. ANTHR. Quid negotist? PYTH. Quid negoti sit rogas?
pumex non aeque est aridus atque hic est senex.
ANTHR. Ain tandem? PYTH. Ita esse ut dixi. tute existuma:

* *

suam rem periisse seque eradicarier.
quin divom atque hominum clamat continuo fidem,
de suo tigillo fumus si qua exit foras.
quin cum it dormitum, follem obstringit ob gulam.
ANTHR. Cur? PYTH. Ne quid animae forte amittat dormiens.
ANTHR. Etiamne obturat inferiorem gutturem,
ne quid animai forte amittat dormiens?
PYTH. Haec mihi te ut tibi med aequom est, credo, credere.
ANTHR. Immo equidem credo. PYTH. At scin etiam quo modo?
aquam hercle plorat, cum lavat, profundere.
ANTHR. Censen talentum magnum exorari pote
ab istóc sene ut det, qui fiamus liberi?
PYTH. Famem hercle utendam si roges, numquam dabit.
quin ipsi pridem tonsor unguis dempserat:
collegit, omnia abstulit praesegmina.
ANTHR. Edepol mortalem parce parcum praedicas.
PYTH. Censen vero esse parcum et misere vivere?
pulmentum pridem éi eripuit miluos:

---

295 filiae in nuptiis, *corr. Scaliger* 297 *fort. pronuntiandum* ardus (*Seyffertus*) 298 dixi *Wagnerus:* dicis *BV*, dicas *D* ita esse ut dicis *coquo continuat* V^2 tute ex. *coqui* 299. 300 *ordine inverso Gulielmius; lacunam signavit Havetus* 299 perisse 301 *Nonius 134* ligellum: tuguriolum, domicilium breue (*explicationem veram esse, non lemma, docuit Buechelerus mus. Rhen. 39, 423*); *cf. Choricius Caroli Graux καὶ τῶν Μενάνδρῳ πεποιημένων προσώπων — Σμικρίνης (ἡμᾶς ἐποίησεν εἶναι) φιλαργύρους ὁ δεδιὼς μή τι τῶν ἔνδον ὁ καπνὸς οἴχοιτο φέρων* (*rev. de phil. 1, 228*) tuo ligello fuisti qua exis foras *Nonius* 303 forte *om. ς, Nonius 234* emittat *Nonius* (*v. 305 Priscianus* amittat) 305 animae *codd.*, anima *Priscianus 1, 155; qui consensus facit ne cum Ritschelio scribamus* ⟨ibi⟩ ne quid animae, *atque illud ridiculum magis* 306 nęc *B* *iam dubitavit cocus v. 298;* haec *ad omnia ista pertinere etiam quae secuntur docent. cf. Poen. 490* me credere credo, *corr. Pylades* 307 ⟨tibi⟩ credo *Muellerus* 308 plorat hercle *B* 309 potest, *corr. Kampmannus* 312 ipse *Nonius 152. 273* quidem *Nonius 152* 315 *cf. Merc. 461* uero *L.:* uero adeo miserere B^1, misere** *D; cf. Seyffertus stud. Pl. 9 et v. 14* 316 cocus *praem. BV* ei: *fort.* edenti; *cf. Sueton. Aug. 94 p. 80, 15 R.* ripuit B^1, eripui *V*

homo ad praetorem plorabundus devenit;
infit ibi postulare plorans, eiulans,
ut sibi liceret miluom vadarier.
sescenta sunt quae memorem, si sit otium.
sed uter vestrorum est celerior? memora mihi.
ANTHR. Ego, et multo melior. PYTH. Cocum ego, non furem rogo.
ANTHR. Cocum ergo dico. PYTH. Quid tu ais? CONG. Sic sum ut vides.
ANTHR. Cocus ille nundinalest, in nonum diem
solet ire coctum. CONG. Tun, trium litterarum homo,
me vituperas? fur. ANTHR. Etiam fur, trifurcifer.
PYTH. Tace nunciam tu, atque agnum hinc uter est pinguior II 5
⟨cape atque abi intro ad nos.⟩ ANTHR. Licet. — PYTH. Tu, Congrio,
⟨quem illic reliquit agnum,⟩ eum sume atque abi
* intro illuc, et vos illum sequimini.
vos ceteri ite huc ad nos. CONG. Hercle iniuria
dispertivisti: pinguiorem agnum isti habent.
PYTH. At nunc tibi dabitur pinguior tibicina.
i sane cum illo, Phrugia. tu autem, Eleusium,
huc intro abi ad nos. CONG. O Pythodice subdole,
hucine detrusti me ad senem parcissimum?
ubi si quid poscam, usque ad ravim poscam prius

---

317 plorandus deuenit *B*, uenit deplorabundus *Nonius 509, qui testatur* depl. 321 memorari V^1, memori V^2, mei mora *D* 322 *Congrionem praefigit B, corr. Pylades* et *Muellerus:* ut 323 ergo *Acidalius:* ego 324 *Anthracem Strobilo codicum substituit Angelius* nun]dinale est *Festus 173,* nundinalis est *codd.; cf.* nondin(um) *legis Bantinae, ut lusum sentias* 325 tum B^1DV *Servius Verg. ecl. 3, 16* 'homo es trium litterarum' i. e. fur 326 fur. ANTHR. *Angelius:* fur. Strobilus *cf. 633. nec Congrio* fur *addere potest nec alter insequi* fur, etiam fur. *gravius haec corrupta sunt et fortasse mutila ut sequentia. expecto talia:* me uituperas?** | A. Tun etiam furem me uocas, trifurcifer? *cf. Curc. 191 novae scaenae inscribunt* STROBILVS SERVVS. CONGRIO (GONGRIO *B*) COCVS *BV, spatium relinquit D. ceterum multa hic de obsonio diviso intercidisse videntur. cf. Dziatzko mus. Rhen. 37, 269 sq.* 328—329 (*praemisso* Cocus *BV*) *uno versu V, sic disp. B:* licet — sume | atque — sequimini, *sic D:* licet — Congrio | eum — sequimini. *trium versuum reliquias esse indicavit Seyffertus Berl. phil. wochenschr. 1890, 309. supplevi; v. 329 possis* ⟨etiam tu⟩ 330 ite huc *Kochius:* illuc '*cocus*' *loquitur BV* (*om. D*), *Congrioni dedit Merula* hercle iniuria *ante personae nomen* B^1 331 pingulorem 332 dabitur tibi *B* pingulor 333 frugia D^1 eleusum *B* 334 Pythodice: Strobile, *v. s.* 335 huccine detrusisti 336 poscamusque *Festus 282* (*s.* raua uox, *cf. p. 274*), poscamus quae *codd., Nonius 164,* poscas usque *Nonius 374* at rauim *Nonius 164* (ad rabim *Nonius 374*): adarauin poscam *Nonius utrubique:* poscamus

quam quicquam detur. Pyth. Stultus et sine gratia es.
+ tibi recte facere, quando quod facias perit.
Cong. Qui vero? Pyth. Rogitas? iam principio in aedibus
turba istic nulla tibi erit: siquid uti voles,
domo abs te adferto, ne operam perdas poscere.
hic autem apud nos magna turba ac familia est,
supellex, aurum, vestis, vasa argentea:
ibi si perierit quippiam (quod te scio
facile abstinere posse, si nihil obviam est),
dicant: coqui abstulerunt, comprehendite,
vincite, verberate, in puteum condite.
horum tibi istic nihil eveniet: quippe qui
ubi quid subripias nihil est. sequere hac me. Cong. Sequor.
Pyth. Heus, Staphyla, prodi atque ostium aperi. II 6

STAPHYLA

Qui vocat?
Pyth. Pythodicus. Staph. Quid vis? Pyth. Hos ut accipias coquos
tibicinamque obsoniumque in nuptias.
Megadorus iussit Euclioni haec mittere.
Staph. Cererin, Pythodice, has sunt facturi nuptias?
Pyth. Qui? Staph. Quia temeti nihil allatum intellego.
Pyth. At iam afferetur, si a foro ipsus redierit.
Staph. Ligna hic apud nos nulla sunt. Cong. Sunt asseres?
Staph. Sunt pol. Cong. Sunt igitur ligna, ne quaeras foris.
Staph. Quid, impurate? quamquam Volcano studes,
cenaene causa aut tuae mercedis gratia
nos nostras aedis postulas comburere?
Cong. Haud postulo. Pyth. Duc istos intro. Staph. Sequimini. —

338 *del. Weisius, cf. Langenus symb. 132 sq.; graviter corruptum arbitror, expecto velut* miserumst bene facere, *cf. Poen. 633 sq.* 339 inprincipio in *B* 340 istuc, *corr. Taubmannus* si qui *Camerarius; cf. Epid. 729 Men. 556 Merc. 1023 Stich. 182 Vid. 19, Skutschius Plaut. u. Rom. 9.* quid *cf. Merc. 145* 342 autem *om. B* 343 suppelex B^2, suppellex *V*, supplex B^1 344 periuerit 346 quoqui 349 ibi quod *Dziatzko mus. Rhen. 37, 272* subripiat, *corr. Lambinus* 350 Strobilvs servvs. staphila anvs. cocvs. hyl (*correctura ad* staphila *ascripta, ut vidit Goetzius*) *BV* heu *B*, eu *DV* 351 Pyth.: Strobilus, *v. s.* ut: ait B^1 354 Pyth.: Strobile has sunt *Festus 364:* has *codd.*, hi sunt *Macrobius sat. 3, 11, 2; cf. Servius ad georg. 1, 344* 355 intellego *codd., Nonius 5:* uideo *Festus, Macrobius* 356 adiam B^1DV 357. 358 *cocum et Strobilum colloquentes faciunt BV* (*nom. om. D*), *corr. Acidalius* 360 caenae ue, *corr. Pius* 362 C.: Strob. P.: *spatium*

Pyth. Curate. ego intervisam quid faciant coqui; II 7
quos pol ut ego hodie servem, cura maxuma est.
nisi unum hoc faciam, ut in puteo cenam coquant:
inde cóctam sursum subducemus corbulis.
si aútem deorsum comedent, si quid coxerint,
superi incenati sunt et cenati inferi.
sed verba hic facio, quasi negoti nil siet,
rapācidarum ubi tantum sit in aedibus.

EVCLIO II 8

Volui animum tandem confirmare hodie meum,
ut bene me haberem filiai nuptiis.
venio ad macellum, rogito pisces: indicant
caros; agninam caram, caram bubulam,
vitulinam, cetum, porcinam: cara omnia.
atque eo fuerunt cariora, aes non erat.
abeo íratus illinc, quoniam nihil est qui emam.
ita illís impuris omnibus adii manum.
deinde egomet mecum cogitare intervias
occepi: festo die si quid prodegeris,
profesto egere liceat, nisi peperceris.
postquam hanc rationem ventri cordique edidi,
accessit animus ad meam sententiam,
quam minimo sumptu filiam ut nuptum darem.
nunc tusculum emi hoc et coronas floreas:
haec imponentur in foco nostro Lari,
ut fortunatas faciat gnatae nuptias.
sed quid ego apertas aedis nostras conspicor?
et strepitust intus. numnam ego compilor miser?

---

363 *novae scaenae inscribunt* FITO DICVS (*i. e.* Pythodicus *ut restituit Merula*) SERVVS *BV, cf. ad 280. conieci* intus uisam, *cf. Rud. 592, quod satis est ad domum erilem significandam. cf. Dziatzko l. s. 267* 365 coquam *Nonius 400* 367 si ⟨ipsi⟩ *Goetzius* 368 erunt *Wagnerus; vix locum habet constructio qualis Amph. 320* cenati inferi *cf. Aesch. Choeph. 470 sq. K.* 369 sed *Gruterus*: si 370 siet EVCLIO SENEX *BV* 372 me haberem *Scaliger:* haberem me B^2, haberem B^1DV filiae (filiam V^1 *ut vid.*) 375 uitilinam B^1DV *de ceto post pisces nominato cf. Capt. 848 sq.* 377 *cf. Poen. 455* illim iratus *Bothius* ⟨mihi⟩ nil *Wagnerus; de synaloepha cf. Pers. 626. 834* 379 interuias: interdum *Nonius 496* (*'genetivus pro accusativo'*) 381 nisi si parseris *Abrahamus stud. Pl. 214; cf. Truc. 375* 385 hunc *V* hoc et *Priscianus 1, 104:* et hasce 386 imponeuntur 389 strepitus est

CONGRIO

Aulam maiorem, si pote, ex vicinia
pete: haec est parva, capere non quit. EVCL. Ei mihi,
perii hercle. aúrum rapitur, aula quaeritur.
[nímirum occidor, nisi ego intro huc propere propero currere.]
Apollo, quaeso, subveni mi atque adiuva,
confige ságittis fures thensaurarios,
⟨si⟩ cui in re tali iam subvenisti antidhac.
sed cesso prius quam prorsus perii currere?

ANTHRAX II 9

Dromo, desquama piscis. tu, Machaerio,
congrum, murenam exdorsua quantum potest.
ego hinc artoptam ex proximo utendam peto
a Congrione. tu istum gallum, si sapis,
glabriorem reddes mihi quam volsus ludiust.
sed quid hoc clamoris oritur hinc ex proximo?
coqui hercle, credo, faciunt officium suom.
fugiam intro, ne quid turbae hic itidem fuat.

CONGRIO III 1

+ Óptati vires populares, íncolae, accolae, ádvenae omnes,
date viam qua fugere liceat, facite totae plateae pateant.
neque ego umquam nisi hodie ad Bacchas veni in Bacchanal coquinatum,
ita me miserum et meos discipulos fustibus male contuderunt.
totús doleo atque oppidó perii, ita me íste habuit senex gýmnasium;

---

390 pote ex *Lambinus:* potes 391 parua est, *corr. Pylades* 392 hercle ⟨ego⟩ *Seyffertus* 393 *cf. ad 242* 395 sagitas *D et V ante corr.* thesaurarios 396 ⟨si⟩ *Vssingius* tali iam *Camerarius:* talia subuenit *cf. Hueffnerus de Plauti com. exemplis atticis 61 sq.* 398 Cocvs *BV* drome *Nonius 95* desquam aspicis macherio 399 gongrum *Nonius 95* exdorsua quantum potest (potes *95*) *Nonius 17 et 95, altero loco verbum testatus:* exossata fac sient 400 artoptam *Plautum in Aul. scripsisse 'magna ob id concertatione eruditorum an is versus poetae sit illius' Plinius tradit N. H. 18, 11, 107* 401 satis *Nonius 530* 402 glabriorem *Nonius:* clabrionem *BV²*, glabrionem *DV¹* reddis *Nonius* lydyus (lidyus *D*, lidius *V*) est *codd.*, lydius (-ust) *Nonius* 405 redeo intro ne quid hic turbae fiat *Nonius 525* (*qui turbam pro turbis testatur*), *ubi* hic ⟨itidem⟩ *Caesar* fiat 406 Gongrio cocvs *B*, Congrio coqvvs *V* uires *B*, uiues *DV¹*, ciues *V²* pro Attici ciues *Bentleius*, *qui* ciues, populares *praeter rationem coniunxit. sufficiat* pro fidem, Attici populares, *cf. Amph. 376 Rud. 615* 408 neque *cf. ad 205 sq.* baccanal *Nonius 85*, bachanal *B²*, bachinal *B¹DV* coquinatum *Nonius testatur, coquitandi verbum Paulus 61; cf. Pseud. 853* 410 *anapaesti*

áttat, perii hercle ego miser,
áperit bacchanal, adest, 411a
séquitur. scio quam rem geram: hoc
ipsús magistér me dócuit. 412a
neque lígna ego usquam gentium praebéri vidi púlchrius,
itaque ómnis exegit foras, me atque hos, onustos fustibus.

EVCLIO III 2

Redi. quó fugis nunc? téne, tene. Cong. Quid, stólide, clamas?
Evcl. Quia ad trís viros iam ego déferam nomén tuom. C. Quam ob rem?
Evcl. Quia cultrum habes. Cong. Cocum decet. Evcl. Quid comminatu's
mihi? Cong. Istud male factum arbitror, quia nón latus fódi.
Evcl. Homo nullust te scelestior qui vivat hodie,
neque quoi égo de industria ámplius male plús libens fáxim.
Cong. Pol etsí taceas, palam id quidem est: res ipsa testist;
ita fustibus sum mollior magis quam úllus cinaédus.
sed quid tibi nos tactiost, mendice homo? Evcl. Quae res?
etiam rogitas? an quia minus quam aéquom erat feci?
Cong. Sine, at hércle cum magnó malo tuo, si hóc caput séntit.
Evcl. Pol ego haud scio quid post fuat: tuom núnc caput séntit.
sed in aedibus quid tibi meis nam erat negoti
me absente, nisi ego iusseram? volo scíre. Cong. Tace érgo.
quia venimus coctum ad nuptias. Evcl. Quid tu, malum, cúras,
utrum crudum an coctum ego edim, nisi tu mi es tutor?
Cong. Volo scire, sínas an non sinas nos coquere hic cenam?
Evcl. Volo scire ego item, meae domi mean sálva futura?
Cong. Vtinam mea mihi modo auferam, quae ádtuli, salva:
me haud paenitet, tua ne expetam. Evcl. Scio, né doce, novi.

---

411. 411a *uno versu, item 412. 412a* aperit *cf. Pers. 300* bachanal 412a *clausula anapaestica* 413 ego usquam: eo **quam *B*[1] 413. 414 *hic locum non habent, post v. 410 posuit Acidalius* 415 Evclio senex congrio (gongrio *B*) cocvs *BV* 417 cominatus *B;* quia comm. *Bothius* 418 mihi es *Seyffertus in Bursiani actis 31, 63, qui ab anapaesto aut spondeo hos versus incipere observat praeter hunc et fort. 430 (446)* istuc *D* 419 nullus est 420 quo *B*[1]*DV*[1], cui *V*[2] 421 testis est, *de contracta scriptura dubito* 422 submollior *Nonius 5* magis *Nonius:* miser magis 423 nos tactiost m. h. *Hermannus:* nos m. h. tactio est (est *om. D*) quae res *Euclioni dedit Seyffertus* 424 aequo mereat *B*[1]*DV*, erat aequom *Reizius* 425 magno malo tuo *Harius:* malo tuo magno sentię *V*[1], sentiȩt *V*[2] 426 *om. V* fiat 429 ueni huc *Fleckeisenus; fort.* uenimus coctum tibi 430 ego coctum *Pylades* 432 itidem *Goetzius* mea, *corr. Camerarius; cf. Brixius ap. Niemeyerum stud. Pl. 13* 433 ad⟨te⟩tuli *Studemundus,* attulimus *Brixius* 434 exspectam *B*[1]*D,* expectam *V*

Cong. Quid est quá prohibes nunc gratia nos coquere hic cenam?
quid fecimus, quid diximus tibi secus quam velles?
Evcl. Etiam rogitas, sceleste homo, qui angulós in omnis
mearum aedium et conclavium mihi pervium facitis?
ibi ubi tibi erat negotium, ad focum si adesses,
non fissile auferres caput: merito id tibi factum est.
adeo ut tu meam sententiam iam noscere possis:
si ad ianuam huc accesseris, nisi iussero, propius,
ego te faciam miserrimus mortalis uti sis.
scis iam meam sententiam. — Cong. Quo abis? redi rursum.
ita me bene amet Laverna, ⟨uti⟩ te iam, nisi reddi
mihi vasá iubes, pípulo hic differam ante aédis.

quíd ego nunc agám? ne ego edepol véni huc auspició malo.
nummo sum conductus: plus iam medico mercedest opus.

EVCLIO III 3

Hoc quidem hercle, quoquo íbo, mecum erit, mecum feram,
neque isti id in tantis periclis umquam committam ut siet.
ite sane nunciam omnes, et coqui et tibicinae,
etiam íntro duce, si vis, vel gregem venalium,
coquite, facite, festinate nunciam quantum libet.
Cong. Temperi, postquam implevisti fusti fissorum caput.
Evcl. Intro abite, opera huc conducta est vostra, non oratio.
Cong. Heus, senex, pro vapulando hercle égo abs te mercedem petam.

---

435 qua: quia B^1DV^1 prohibeas; *cf. 421. 424. 437. 443* 436 sequius BDV^1 437 angulosus*omnis (*eras.* d) *B*, angulos omnis *DV*, *correxi. de collocatione praepositionis cf. Studemundus act. conv. phil. 1882, 50* 438 peruiam *V. cf. Festus 371* -ut in eo aedificio peruium sit, quo itinere habitatores ad suam quisque habitationem habent accessum, *cf. Blasius in Woelfflini arch. 4, 322* 439 ibi *Guietus:* id 440 auferres *Goetzius:* haberes 441 nunc adeo ut meam *Langenus symb. 146; cf. Stich. 697* 442 iusso *Guietus* 444 quo *sq. Congrioni dedit Bothius* 445 uti *Vssingius, Goetzius: om., item Nonius 152* reddi B^2, *Nonius 152:* redde *Nonius 284*, redi B^1DV 446 *fort.* ⟨mea⟩ mihi pipulo *testantur Varro de l. l. 7, 103* (pipulo te differam ante aedis), *Nonius:* populo (-os D^1) hic: te hic *Nonius 152*, te *Varro, Nonius 284* mihi uasa iubes, hic pipulo *Reizius* 448 mercedist opus *Bothius:* mercede opus est 449 Evclio senex. congrio (gongrio *B*) cocvs *BV* quoquo ⟨ego⟩ *Wagnerus* 450 isti id *Seyffertus:* istud 451 ite ς: ita nunciam *L.:* nunc iam intro 452 *desidero* ⟨ite,⟩ etiam. *errant qui v. 451—453 distinctionibus secernunt* 454 *om.* B^1DV, *cf. 455* 455 intro abite *Goellerus:* intro abi B^2, temperi abi *DV et ut vid.* B^1 456 heus *Bentleius:* heu V^2, eu BDV^1

coctum ego, non vapulatum, dudum conductus fui.
EVCL. Lege agito mecum. molestus ne sis. i et cenam coque,
aut abi in malum cruciatum ab aedibus. CONG. Abi tu modo. —

III 4

EVCL. Illic hinc abiit. di immortales, facinus audax incipit
qui cum opulento pauper homine coepit rem habere aut negotium. +
veluti Megadorus temptat me ómnibus miserum modis,
qui simulavit mei honoris mittere huc causa coquos:
is ea causa misit, hoc qui surriperent misero mihi.
condigne etiam meus med intus gallus gallinacius,
qui érat anu peculiaris, perdidit paenissume.
ubi erat haec defossa, occepit ibi scalpurrire ungulis
cirum circa. quid opust verbis? ita mihi pectus peracuit:
capio fustem, obtrunco gallum, furem manufestarium.
credo edepol ego illi mercedem gallo pollicitos coquos,
si id palam fecisset. exemi ex manu + manubrium.
[quid opust verbis? facta est pugna in gallo gallinacio.]
sed Megadorus meus affinis eccum incedit a foro.
iam hunc non ausim praeterire, quin consistam et conloquar.

MEGADORVS III 5

Narravi amicis multis consilium meum
de condicione hac. Euclionis filiam
laudant. sapienter factum et consilio bono.
nam meo quidem animo sí idem faciant ceteri
opulentiores, pauperiorum filias
ut indotatas ducant uxores domum,
et multo fiat civitas concordior,
et invídia nos minore utamur quam utimur,

---

457 ego ⟨huc⟩ *Muellerus* 458 i et *B:* et *DV,* ei *Brixius; Donati ad Phorm. 5, 8, 91 Oxoniensis tantum* lege agito 459 C. *ς: om.* 460 *novae scaenae inscriptum* SENEX EVCLIO *BV* immortes *BDV*¹ 461 homine *del. Aldina,* coepit *del. Goetzius praeterea corrigens* habet; *sed fort.* incipit *subaudiendum. si deleas* habere, *constructio evadat qualis Merc. 533 (Brixius ap. Niemeyerum st. Pl. 13)* 462 uelut me inomnibus *V* 463 simul aut mei *B*¹ mei ⟨se⟩ *Reizius, cf. Seyffertus Berl. phil. wochenschr. 1890, 309* 465 me 466 anui pecullaris penussime *B* 467 ungulas *B*¹ 470 cocos 471 *fort.* manupretium 472 *del Guietus; parallelus est v. 468* opus est gallinaceo 473 magodorus *D* 475 MEGADORVS. EVCLIO SENES DVO *BV* 477 *imperfecta sententia talis olim fuerit:* laudant, ⟨mirantur quod sine dote duxerim. | sed hoc⟩ sapienter 482 nos minore *Pylades:* minore nos

et illaé malam rem metuant quam metuont magis,
et nos minore sumptu simus quam sumus.
in maximam illuc populi partem est optimum;
in pauciores avidos altercatio est,
quorum animis avidis atque insatietatibus
neque lex neque sutor capere est qui possit modum.
namque hoc qui dicat 'quo illae nubent divites
dotatae, si istud ius pauperibus ponitur?'
quo lubeant, nubant, dum dos ne fiat comes.
hoc sí ita fiat, mores meliores sibi
parent, pro dote quos ferant, quam nunc ferunt,
ego faxim muli, pretio qui superant equos,
sint viliores Gallicis cantheriis.
EVCL. Ita me di amabunt ut ego hunc ausculto lubens.
nimis lépide fecit verba ad parsimoniam.
MEG. Nulla igitur dicat 'equidem dotem ad te adtuli
maiorem multo quam tibi erat pecunia;
enim míhi quidem aequomst purpuram atque aurum dari,
ancillas, mulos, muliones, pedisequos,
salutigerulos pueros, vehicla qui vehar.'
EVCL. Vt matronarum hic facta pernovit probe.
moribus praefectum mulierum hunc factum velim.
MEG. Nunc quoquo venias plus plaustrorum in aedibus
videas quam ruri, quando ad villam veneris.
sed hoc étiam pulchrum est praequam ubi sumptus petunt.
stat fullo, phyrgio, aurifex, lanarius;
caupones patagiarii, indusiarii,
flammarii, violarii, carinarii;
stant manulearii, stant + murobatharii,

---

485 illec *DV* optimam, *corr. Camerarius* 486 paucioris *BD*, pauciori *V* 488 *lex animis moderatur, sutor pedibus (quod hinc discimus etiam Latinis hominibus eum fecisse, cf. Curc. 300 Aul. 798 Pseud. 960 Ter. And. 95) modum capit: sutor praeter expectationem inlatus verbum secum ducit, utrumque dictionem facetam efficit* 490 dotata es istud uis, *corr. Camerarius* (iūs V^2) 491 iubeant DVB^2, lubeat *Camerarius, cf. Trin. 211* 494 ego faxim *apodosin esse docent Trin. 220 sq. Truc. 60 sq. Pers. 73* 495 sient 501 pedissequos 502 saluti gerrulos *BV* uehicula 504 *cf. Hueffnerus de Plauti com. exemplis atticis 65* 505 quoque B^1DV 507 *in* sumptus *nomen latet 'nugivendos' significans, puta* sumptifices 508 phrygio ς linarius B^1, *cf. Men. 121* 510 cariarii (-ri) *Nonius 541. 549; cf. Epid. 233* 511 stant. m. stant *L*✱ aut m. aut *fort.* myrobaptarii *vel* malobathrarii

propolae linteones, calceolarii;
sedentárii sutores diabathrarii,
solearii astant, astant molocinarii;
[petunt fullones, sarcinatores petunt;]
strophiarii astant, astant semul sonarii.
iam hosce absolutos censeas: cedunt, petunt
treceni, cum stant thylacistae in atriis
textores limbularii, arcularii.
ducuntur, datur aes. iam absolutos censeas,
cum incedunt infectores corcotarii,
aut aliqua mala crux semper est, quae aliquid petat.
Evcl. Compellarem ego illum, ni metuam ne desinat
memorare mores mulierum: nunc sic sinam.
Meg. Vbi nugivendis res soluta est omnibus,
ibi ad postremum cedit miles, aes petit.
itur, putatur ratio cum argentario;
miles inpransus astat, aes censet dari.
ubi disputata est ratio cum argentario,
etiam ipsus ultro debet argentario:
spes prorogatur militi in alium diem.
haec sunt atque aliae multae in magnis dotibus
incommoditates sumptusque intolerabiles.
nam quae indotata est, ea in potestate est viri;
dotatae mactant et malo et damno viros.
sed eccum adfinem ante aedes. quid agis, Euclio?
Evcl. Nimium lubenter edi sermonem tuom. III 6
Meg. An audivisti? Evcl. Vsque a principio omnia.

513 *ne interpunxeris post* sutores, *sedentarios astare ridiculum* (*cf. 73, Herond. 7, 40*) sutares B^1D, sutates *V* diobatharii, *corr. Turnebus* 514 soliarii 515 *cf. 508; cum 514 del. Franckenus* 516 strophyarii *B* semisonarii, *correxi* 518 trecenti *Pylades* phylaciste *B*, philacistae *DV*, *corr. Wilamowitzius: Hesychius θυλακίζειν· τὸ ἀπαιτεῖν τι ἑπόμενον μετὰ θυλάκου. Ταραντῖνοι* 519 limbolarii (-ri) *Nonius 541:* limbuarii *V*, linbuarii *BD* alcularii *Nonius* 520 iam *Bothius:* iam hosce 521 incendunt *Nonius 549* crocotarii *BD Nonius*, crocatarum *V*, *corr. Wagnerus* 522 *fort. delendum* est 525 nugiuendis *testatur Nonius 144:* nugigerulis VB^2D^2, nugigerulus B^1D^1, *cf. Sidon. ep. 7, 7, 1* nugigerulus noster; *sed illi non res adferunt sed argentum petunt* 528 impransus miles *Camerarius;* miles *alteram producere parum probabile* astant *B* 530 ipsus *Lambinus:* plus ipsus 537 *novae scaenae inscriptum* Evclio megadorvs. senes (-x *V*) dvo *BV* edi *Nonius 454:* di *D*, edi id audiui B^2, di audiui B^1V^1, audiui V^2 538 a*n *B*

MEG. Tamen meó quidem animo aliquánto facias rectius,
si nitidior sis filiai nuptiis.
EVCL. Pro re nitorem et gloriam pro copia
qui habent, meminerunt sese unde oriundi sient.
neque pol, Megadore, mihi neque quoiquam pauperi
opinione melius res structa est domi.
MEG. Immo est ⟨quod satis est⟩, et di faciant ut siet
plus plusque ⟨et⟩ istuc sospitent quod nunc habes.
EVCL. Illud mihi verbum non placet 'quod nunc habes.'
tam hoc scit me habere quam egomet. anus fecit palam.
MEG. Quid tu te solus e senatu sevocas?
EVCL. Pol ego ut te accusem merito meditabar. MEG. Quid est?
EVCL. Quid sit me rogitas? qui mihi omnis angulos
furum implevisti in aedibus misero mihi,
qui mi intro misti in aedis quingentos coquos,
cum senis manibus, genere Geryonaceo;
quos si Argus servet, qui oculeus totus fuit,
quem quondam Ioni Iuno custodem addidit,
is numquam servet. praeterea tibicinam,
quae mi interbibere sola, si vino scatat,
Corinthiensem fontem Pirenam potest.
tum obsonium autem — MEG. Pol vel legioni sat est.
etiam agnum misi. EVCL. Quo quidem agno sat scio
magis curionem nusquam esse ullam beluam.
MEG. Volo ego ex te scire qui sit agnus curio.

---

539 meo *Gulielmius:* e meo *proceleumaticus eodem senarii loco Trin. 806.* tamen, *quamvis de luxu consentias* 540 filiae 542 meminerint *B; dicendi genus affine est ei de quo dixi ad v. 207* 543 cuiquam V^2, quicquam BDV^1 544 opione B^1 tructa 545 *supplevit Vssingius* 546 pusque *BV* ⟨et⟩ *L.* 548 hic ς, *sed manibus habet* palam fecit *B* 550 ut te *Acidalius:* te ut accussem *B* 553 intromisisti aedibus, *corr. Pylades* cocos 554 gerinacco *D,* gerronaceo VB^2 555 oculeus (*V*) *Paulus 28, Priscianus 1, 210:* occuleus *B,* occulleus *D;* oculatum Ar — *Festus 178 ex Plauto adfert* 556 *item Priscianus,* Iuno *om. Nonius 487;* additus Ioni Argus *Plauto tribuit Servius Aen. 6, 90* 557 praerea BV^1 558 scatet *BDV,* scateat ς, *corr. Gulielmius; Donatus ad Andr. 3 2, 16 tantum:* in Aularia: interbibere sola sibi 559 pirenam *Valla:* et pirineum *BV,* et perintum *D* 560—568 *versus non apte adiecti* 560 obs**nium B^1, obsequium *DV* MEG. *om. BD* uelleoni sata (sat* B^1) est B^1DV; *cf. Vssingius* (uel *i. e. si legionem pascere placet*) 561 agnoscat B^1 (*ut vid.*), *Nonius 455* 562 curionem *Gulielmius:* curiosam *codd., Nonius* numquam *Nonius* 563 uolo scire ego ex te *Nonius 86, cf. Kaempfius de pron. pers. 46* curiosus B^2

EVCL. Quia ossa ac pellis totust, ita cura macet.
quin exta inspicere in sole ei vivo licet:
ita is pellucet quasi lanterna Punica.
MEG. Caedundum conduxi égo illum. EVCL. Tum tu idem optumumst
loces éfferendum; nam iam, credo, mortuost.
MEG. Potare ego hodie, Euclio, tecum volo.
EVCL. Non potem égo quidem hercle. MEG. At ego iussero
cadum unum vini veteris a me adferrier.
EVCL. Nolo hercle, nam mihi bibere decretum est aquam.
MEG. Ego te hodie reddam madidum, si vivo, probe,
tibi cui decretum est bibere aquam. EVCL. Scio quam rem agat:
ut me deponat vino, eam adfectat viam,
post hoc quod habeo ut commutet coloniam.
ego id cavebo, nam alicubi abstrudam foris.
ego faxo et operam et vinum perdiderit simul.
MEG. Ego, nisi quid me vis, eo lavatum, ut sacruficem. —
EVCL. Edepol, ne tu, aula, multos inimicos habes
atque istuc aurum quod tibi concreditum est.
nunc hoc mihi factu est optumum, ut ted auferam,
aula, in Fidei fanum: ibi abstrudam probe.
Fides, novisti me et ego te: cave sis tibi,
ne in me mutassis nomen, si hoc concreduo.
ibo ad te fretus tua, Fides, fiducia. —

STROBILVS IV 1

Hóc est servi facinus frugi, facere quod ego persequor,
ne morae molestiaeque imperium erile habeat sibi.
nam qui ero ex sententia servire servos postulat,

---

564 qui o. a. p. tenos ita macet *Nonius 509* totus est cura magei *V*, curam aegei *B*, curāmagei *D* 565 sole ei *Gruterus:* solee 566 is *om. Priscianus 1, 50* pellucet *testatur Priscianus:* perlucet 567 M. *Merula: om.* caedendum conduxi ego illum *Nonius 272. 274:* caedundum ego illum conduxi; *cf. Kaempfius 24* E. *Merula:* M. *B, om. DV* optumus est, *corr. Saracenus* 568 mortuus est 569 M. *Merula*: E. *eras. B, om. DV* 570 non quod potem ego quidem hercle habeo *Seyffertus* 573 uiuo *om.* B^1 575 deponas — affectas *Philargyrius Verg. georg. 4, 562* adfectatiuam *V*, adfectiuam *D* 579 labatum B^1DV^1 581 congreditum 582 factum, *corr. Aldina; cf. Pseud. 185* te 583 aulam, *corr. Scutarius* 585 ne *Weisius:* ne tu *oc B^1 *et* (h *ex* ll?) V^1 587 *inscr.* Strobilus (Strobilius *D*) lyconidis seruus *BD, deinde* SERVVS C. (C. *om. B*) *BV* 589 eri *Nonius 375*

in erum matura, in se sera condecet capessere.
sin dormitet, ita dormitet, servom sese ut cogitet.
[nám qui amanti ero sérvitutem servit, quasi ego servio.
si érum videt superare amorem, hoc servi esse officium reor,
retinere ad salutem, non enim quo incumbat eo impellere.
quasi pueri qui nare discunt scirpea induitur ratis,
qui laborent minus, facilius ut nent et moveant manus.
eodem modo servom ratem esse amanti ero aequom censeo,
ut ⟨eum⟩ toleret, ne pessum abeat tamquam * *]
+ erile imperium ediscat, ut quod frons velit oculi sciant;
quod iubeat citis quadrigis citius properet persequi.
qui éa curabit, abstinebit censione bubula,
nec sua opera rediget umquam in splendorem compedes.
nunc erus meus amat filiam huius Euclionis pauperis;
eam ero nunc renuntiatum est nuptum huic Megadoro dari.
is speculatum huc misit me, ut quae fierent fieret particeps.
nunc sine omní suspicione in ara hic adsidam sacra;
hinc ego et huc et illuc potero quid agant arbitrarier.

EVCLIO IV 2

Tu modo cave quoiquam indicassis aurum meum esse istic, Fides:
non metuo ne quisquam inveniat, ita probe in latebris situmst.
edepol ne illic pulchram praedam agát, si quis illam invenerit
aulam onustam auri; verum id te quaeso ut prohibessis, Fides.
nunc lavabo, ut rem divinam faciam, ne affinem morer
quin ubi accersát meam extemplo filiam ducat domum.
vide, Fides, etiam atque etiam nunc, salvam ut aulam abs te auferam:
tuae fide concredidi aurum, in tuo luco et fano est situm. —

591 ita dormitat B^1 se esse *Muellerus* ut: iet $B^1D^1V^1$ 592—598 *seclusit Brixius; ex alia fabula assumpti videntur* 593 super aream (-a V) morem B^1DV^1 594 at B^1D eni D 595 pueri *item Festus 166. 330, non recte Bachius de attr. inv. 22* scirpea induitur *Festus 166:* sirpea inductur *codd.*, scirpo induetur *Festus 330*, scirpo induitur (inducitur *Oxon.*) *Donatus ad And. 5, 4, 38* 598 ⟨eum⟩ *Harius* tolleret habeat *suppleas velut* reticulum in mari (*cf. Truc. 36*) *cum Langeno* 599 eri ille *Wagnerus, potius* is fronos B^1DV 601 censeone (uel carne B^2) 602 rediet B^1DV 603 *proceleumaticus secundo septenarii loco Capt. 493 Epid. 668 et saepius, sed dubitandum de prosodia* 605 fieret: furet B^1D 606 *iterum incipit E* Hunc VE 608 Evclio senex strobilvs servvs BVE quiquam B^2, quicquam B^1DE, quidquam V indicasses B (D^1) EV^1 609 probet $B^1DV^1E^1$ 610 agant VE 613 meam *Harius:* me meam 614 auliam V^1E 615 fidei fano *Pylades:* fano modo (fac modo V^1)

STROB. Di immortales, quod ego hunc hominem facinus audivi loqui:
se aulam onustam auri abstrusisse hic intus in fano Fide.
cave tu illi fidelis, quaeso, potius fueris, quam mihi.
atque hic pater est, ut ego opinor, huius, erus quám amat, ⟨virginis⟩.
ibo hinc intro, perscrutabor fanum, si inveniam uspiam
aurum, dúm hic est occupatus. sed si repperero, o Fides,
mulsi congialem plenam faciam tibi fideliam.
id adeo tibi faciam; verum ego mihi bibam, ubi id fecero. —

EVCLIO IV 3

Non temere est quod corvos cantat mihi nunc ab laeva manu;
semul radebat pedibus terram et voce croccibat sua:
continuo meum cor coepit artem facere ludicram
atque in pectus emicare. sed ego cesso currere?

⟨I⟩ foras, lumbrice, qui sub terra erepsisti modo, IV 4
qui modo nusquam comparebas, nunc, cum compares, peris.
ego pol te, praestrigiator, miseris iam accipiam modis.

STROBILVS

Quae te mala crux agitat? quid tibi mecum est commerci, senex?
quid me adflictas? quid me raptas? qua me causa verberas?
EVCL. Verberabilissime, etiam rogitas, non fur, sed trifur?
STROB. Quid tibi súrrupui? EVCL. Redde huc sis. STROB. Quid tibi
 vis reddam? EVCL. Rogas?
STROB. Nil equidem tibi abstuli. EVCL. At illud quod tibi abstuleras cedo.
ecquid agis? STROB. Quid agám? E. Auferre non potes. ST. Quid vis tibi?
EVCL. Pone. STROB. Id quidem pol te datare credo consuetum, senex.
EVCL. Pone hoc sis, aufer cavillam, non ego nunc nugas ago.
STROB. Quid ego ponam? quin tu eloquere quidquid est suo nomine.

---

616 audio, *corr. Bothius* 617 fidei *codd.*, Fides *Pylades, fort. v. 618* caue tu illi, Fides, fidelis potius 619 ⟨uirginis⟩ *Muellerus* 621 reperero 623 id ubi *Reizius* *novae scaenae inscriptum* EVCLIO *BE* 625 simul *Nonius 45:* semel (semul *ς*) grocchibat *codd.*, groccibat (croccibat) *Nonius 45* (grocire *p. 455*), *cf. Loewius gl. nom. 250* 626 mecum *B*¹ ludictam *B*¹ 628 EVCLIO STROBILVS *BVE* ⟨i⟩ *Lambinus* 629 comparabas 630 pol *ς:* edepol prestigiator *VE* 634 rogitas (*om. B*¹), *corr. Camerarius* 635 abstoli illum *B*¹ abstoleras 636 haec quid ⟨hinc⟩ auferre *Reizius* *inter personas distribuit Acidalius* (ecq. a. *Strobili,* quid — potes *Euclionis in codd.*) 637 id quidem *Pareus:* di quidem pone *nomen est Buechelero mus. Rhen. 35, 398* 639 ergo *Euclioni* quidquid *sq. adsignantur*

non hercle equidem quicquam sumpsi nec tetigi. Evcl. Ostende huc manus.
Strob. Em tibi, ostendi, eccas. Evcl. Video. age ostende etiam tertiam.
Strob. Laruae hunc atque intemperiae insaniaeque agitant senem.
facisne iniuriam mihi? Evcl. Fateor, quia non pendes, maximam.
atque id quoque iam fiet, nisi fatere. Strob. Quid fatear tibi?
Evcl. Quid abstulisti hinc? S. Di me perdant, si ego tui quicquam abstuli
nive adeo abstulisse vellem. Evcl. Agedum, excutedum pallium.
Strob. Tuo arbitratu. E. Ne inter tunicas habeas. S. Tempta qua lubet.
Evcl. Vah, scelestus quam benigne: ut ne abstulisse intellegam.
novi sycophantias. age rusum óstende huc manum
dexteram. S. Em. E. Nunc laevam ostende. S. Quin equidem ambas profero.
E. Iam scrutari mitto. redde huc. S. Quid reddam? E. A, nugas agis,
certe habes. S. Habeo ego? quid habeo? E. Non dico, audire expetis.
id meum, quidquid habes, redde. Strob. Insanis: perscrutatus es
tuo arbitratu, neque tui me quicquam invenisti penes.
Evcl. Máne, mane. quís illic est? quis hic íntus alter érat tecum simul?
perii hercle: ille nunc íntus turbat, hunc si amitto hic abierit.
postremo hunc iam perscrutavi, hic nihil habet. abi quo lubet.
Strob. Iuppiter te dique perdant. Evcl. Haud male egit gratias.
ibo intro atque illi socienno tuo iam interstringam gulam.
fugin hinc ab oculis? abin an non? S. Abeo. E. Cave sis + te videam. —

IV 5

Strob. Emortuom ego me mavelim leto malo
quam non ego illi dém hodie insidias seni.
nam híc iam non audebit aurum abstrudere:
credo ecferet iam secum et mutabit locum.

---

640 non equidem ego qua uoluptate (*i. e.* quicquam a te) sumsi neque tetigi *Nonius 396* ercle *BD* 641 ostende B^1, ostendo *Bothius* 642 huc V^1E 643 mihi *Langenus*: mihi annon (fateor *induxerat Pylades*) pendens D^1, perdes *VE* 646 *Euclionis BDV* 647 iubet V^1E 649 nouisi conpantyas (h *sup.* p *B*, noui sic o. *VE*, opantyras *E*) rursum (rursum *in ras. B*) BV^2; *vel* rusus 650 dextram 651 a: *a *B* 652 certo *Langenus symb. 28* **petis B^1, et petis *DE* 655 *versus ad animi motum formatus* 657 hunc iam *Nonius 317. 469:* iam hunc hic *om. Nonius 317* (*469 in* perscr. *desinit*) nihili (nihil *Nonius*) abet B^1DE 658 agit, *corr. Muellerus* 659 intro *Nonius 172:* hinc intro socienno *B, testatur Nonius:* sotienno *EV*, socien *D* 660 fungi *VE* an non *Pylades:* hinc annon reuenias *Brixius; fort.* abin? Str. abeo. Ev. caue sis te uideam ⟨uspiam⟩ *novae scaenae inscriptum* Strobilvs *BVE* 663 illic *Bachius in Studemundi stud. 2, 339* 664 hec feretiam *B*, hęc seretiam *VE*, hec secretiam *D* iocum *DVE*

attat, foris crépuit. senex eccum aurum ecfert foras.
tantisper huc ego ad iánuam concessero.

EVCLIO IV 6

Fide censebam maxumam multo fidem
esse, ea sublevit os mihi paenissume:
ni subvenisset corvos, periissem miser.
nimis hercle ego illum corvom ad me veniat velim,
qui indicium fecit, ut ego ílli aliquid boni
dicam; nam quod edit tam duim quam perduim.
nunc hoc ubi abstrúdam cogito solum locum.
Silvani lucus extra murum est avius,
crebro salicto oppletus. ibi sumam locum.
certumst, Silvano potius credam quam Fide. —
Strob. Euge, euge, di me salvom et servatum volunt.
iam ego illúc praecurram atque inscendam aliquam in arborem
indeque óbservabo, aúrum ubi abstrudat senex.
quamquam hic manere mé erus sese iusserat;
certum est, malam rem potius quaeram cum lucro. —

LYCONIDES IV 7

Dixi tibi, mater, iuxta rem mecum tenes,
super Euclionis filia. nunc te obsecro
resecroque, mater, quod dudum obsecraveram:
fac mentionem cum avonculo, mater mea.

EVNOMIA

Scis tute facta velle me quae tu velis,
et istúc confido ⟨a⟩ fratre me impetrassere;
et causa iusta est, siquidem ita est ut praedicas,

---

665 ec feri *D*, et fert *VE* 666 huc *Lambinus:* hic *novae scaenae inscriptum* eidem B^2, Senex. servvs *BEV* 667 fidei *codd., Nonius 45, cf. Charisius 70. 55* 668 subleuit os *Charisius 189, Nonius:* subluit os (subluito* *s B^1) plenissime *Charisi cod.* 669 perissem 671 *vel* illic, *v. ad Amph. 263* aquid *VE* 672 tam dium (diu *VE*) quam perdium, *corr. Camerarius* 674 lucus V^2, *Nonius 396*: lacus auius *Nonius:* aulus 675 crebo s. B^1, creber salictu *Nonius* ubi B^1 summam *VE* 676 fidei 677 *Euclioni continuatur* fuge fuge, *corr. Camerarius* 678 percurram 679 atque inde *Pareus; cf. v. 707* senet *DVE* 682 Liconides adolescens. evnomia mvlier. fedria (phedria *VE*) virgo *BVE;* Phaedram *substituit Brunckius; fort.* Phaedrium, *cf. Diog. L. 10, 21* mecum rem *Nonius 322, cf. Caesar diss. Arg. 11, 313* 684. 685 *inverso ordine, corr. Pareus* 684 resetroque *B* obsetraueram *B* 685 *fort.* meo 687 ⟨a⟩ *Pylades*

te eam cómpressisse vinulentum virginem.
Lyc. Egone ut te advorsum mentiar, mater mea?

PHAEDRIVM

Perii, mea nutrix. obsecro te, uterum dolet.
Iuno Lucina, tuam fidem! Lyc. Em, mater mea,
tibi rem potiorem verbo: clamat, parturit.
Evn. Ei hac intro mecum, gnate mi, ad fratrem meum,
ut istúc quod me oras impetratum ab eo auferam. —
Lyc. I, iam sequor te, mater. sed servom meum
Strobilum miror ubi sit, quem ego me iusseram
hic opperiri. nunc ego mecum cogito:
si mihi dat operam, me illi irasci iniurium est.
ibo intro, ubí de capite meo sunt comitia. —

STROBILVS

Picis divitiis, qui aureos montes colunt,
ego solus supero. nam istos reges ceteros
memorare nōlo, hominum mendicabula:
ego sum ille rex Philippus. o lepidum diem.
nam ut dudum hinc abii, multo illo adveni prior
multoque prius me conlocavi in arborem
indéque spectabam aúrum ubi abstrúdebat senex.
ubi ille ábiit, ego me deorsum duco de arbore,
exfodio aulam auri plenam. inde ex eo loco
video recipere se senem; ille me non videt,
nam ego declinavi paululum me extra viam.
attat, eccum ipsum. íbo ut hoc condam domum. —

---

689 compresisse *B* uinolentum *BD* 690 te: ea *Nonius 232* 691 te *om. Nonius 229* *var. l.* uterus B^2 692 *post* fidem *ras. 15—16 litt. B;* Liconid. Em mater mea *scripsit* B^2 693 uerbo *L.:* uideo *cf. Matius ad Cic. fam. 11, 28, 5* te rogo ut rem potiorem oratione ducas; *Cic. Phil. 8, 4 pro Mil. 53, Sallust. hist. p. 118, 30 J.* 694 i B^2V^2 695 imp. ab eo auf. *Gruterus:* effitiam tibi impetratum habeo auferam 696 i B^2*: om.* 697 strolidum *E* tibi B^1D 698 operiri nunc: quom *Seyffertus* 699 si: sed *VE* 701 Strobilvs servvs *BVE* pici* *E,* pici (*et sq. v.* eos) *Nonius 152; cf. Festus 206* picati, *Fleckeisenus ann. 1891, 657 sq., Bachius de attr. inv. 31* *de positione enuntiati relativi cf. Vahlenus Herm. 17, 614* montis *DVE* 703 *item Nonius 138* 705 abi, *corr.* B^2V^2 illic *B,* illuc *DVE* 707 exspectabam (exp. *DVE*), *corr. Lambinus* ubi aurum *Pylades, cf. 679* 708 abit *Nonius 284* deorsum: serium *Nonius* 709 *cf. mus. Rhen. 38, 17;* exeo ilico *Brixius* 711 ego *Pylades:* ego non paulum, *corr. ς; cf. Asin. 925* 712 ⟨ego⟩ ibo *Goetzius*

EVCLIO IV 9

Perii ínterii occidi. quó curram? quo nón curram? tene, téne. quem? quis?
nesció, nil video, caécus eo atque equidém quo eam aut ubi sim aút qui sim
nequeó cum animo certum ínvestigare. óbsecro vos ego, mi aúxilio,
oro óbtestor, sitís et hominem demónstretis, quis eam ábstulerit.
quid est? quíd ridetis? nóvi omnes, scio fúres esse hic cómplures,
qui véstitu et creta óccultant sese átque sedent quasi sínt frugi.
quid aís tu? tibi credére certum est. nam essé bonum ex voltu cógnosco.
hem, némo habet horum? occídisti. dic ígitur, quis habet? néscis?
heu mé miserum, miseré perii,
male pérditus, pessime ornatus eo: 721
tantúm gemiti et mali maéstitiaeque
hic diés mi optulít, famem et paúperiem. 722
perditíssimus ego sum omnium ín terra;
nam quid mi ópust vita, qui tántum auri 723
perdidí, quod concustódivi
sedúlo? egomet me défraudavi 724
animúmque meum geniúmque meum;
nunc eó alii laetíficantur 725
meo málo et damno. pati néqueo. 726

LYCONIDES

Quínam homo hic ante aédis nostras éiulans conquéritur maerens?
átque hic quidem Euclio ést, ut opinor. óppido ego interií: palamst res,

---

Evclio senex. Liconides adolescens *BVE* *disp.:* perii — curram | tene — atque | equidem — qui sim 714 q* eam B^1, queam DV^1, queam *E* 716 qui ς; *cf. ad Rud. 920* 717 *post v. 719, corr. Acidalius* quid est quod *B* 719 quis ex (e) *Camerarius:* et 720 em, *corr.* V^2 721—726 *systema versibus longis discriptum in codd., nisi quod 723 bipartitus* (perditissimus — omnium | in — auri *BD*, perd. — terra | nam — auri *E*) *legitur et 726 suum locum tenet* 721 misere B^2*:* miserum; *cf. 731 Truc. 565* ornatus *primam corripit Trin. 841 (Pers. arg. 1, 4), cf. Men. 804 Trin. 852, J. Schmidt. indog. voc. 2, 349.* ornatus *scil. malo et pauperie* 722 gemiti et *Nonius 487 Priscianus 1, 258:* gemit te et B^1DV, gemit te *E*, gemiti ę et B^2 mali *codd., Nonius:* malae *Priscianus* mestitiae (magestitiae *D*, misticiae *V*), *corr.* B^2 mihi hic dies *Priscianus*, *Nonius; cf. Kaempfius de pron. pers. 28* 723 nam *del. Muellerus, cf. Stich. 21* opus est 724 concustidiui *D*, custodiui *VE* egomet *producta* o fraudaui *VE* 725 eo *auro* 726 meo malo *cf. Men. 133 Poen. 1367* (*aliter Stich. 394*) 727—730 *systema trochaicum XVI metrorum* 728 ego *del. Spengelius reformv. 189* interi, *corr.* B^2V^2

scit peperisse iam, ut ego opinor, filiam suam. nunc mi incertumst
abeam an maneam, an adeam an fugiam. quid agam édepol nescio.

EVCL. Quís homo hic loquitur? LYC. Égo sum miser. EVCL. Immo
égo sum, et misere pérditus, IV 10
cui tanta mala maestitudoque optigit. LYC. Animo bono es.
EVCL. Quo, obsecro, pacto esse possum? L. Quia istuc facinus, quod tuom
sollicitat animum, id ego feci et fateor. EVCL. Quid ego ex te audio?
LYC. Id quod verumst. E. Quid ego ⟨de te⟩ commerui, adulescens, mali,
quam ob rem ita faceres meque meosque perditum ires liberos?
LYC. Deus impulsor mihi fuit, is me ád illam inlexit. EVCL. Quo modo?
LYC. Fateor peccavisse ét me culpam commeritum scio;
id adeo te oratum advenio ut animo aequo ignoscas mihi.
EVCL. Cur id ausu's facere, ut id quod non tuom esset tangeres?
LYC. Quid vis fieri? factum est illud: fieri infectum non potest.
deos credo voluisse; nam ni vellent, non fieret, scio.
EVCL. At ego deos credo voluisse ut ápud me te in nervo enicem.
LYC. Ne ístuc dixis. EVCL. Quid tibi ergo meam me invito tactiost?
LYC. Quia vini vitio atque amoris feci. EVCL. Homo audacissime,
cum istacin te oratione huc ad me adire ausum, impudens!
nam si istuc ius est ut tu istuc excusare possies,
luci claro deripiamus aurum matronis palam,
post id si prehensi simus, excusemus ebrios
nos fecisse amoris causa. nimis vilest vinum atque amor,
si ebrio atque amanti impune facere quod lubeat licet.
LYC. Quin tibi ultro supplicatum venio ob stultitiam meam.
EVCL. Non mi homines placent qui quando male fecerunt purigant.
tu illam scibas non tuam esse: non attactam oportuit.
LYC. Ergo quia sum tangere ausus, haud causificor quin eam
ego habeam potissimum. EVCL. Tun habeas me invito meam?

---

730 abeam *Harius:* quid agam abeam (habeam *praeter* B^2); *cf. Curc. 589* anima meam B^1 non edepol scio *Spengelius l. s. 342, cf. Abrahamus stud. Pl. 215* 731 EVCLIO LICONIDES *B*, EVCLIO *VE* ego sum. EVCL. immo ego sum miser et misere perditus, *corr. Acidalius* (et miser et perditus *Seyffertus*) 732 qui *Nonius 136* 735 uersumst *D*, uersum est *BE* ⟨de te⟩ *Camerarius, cf. 221 al.* emerui, *corr. Brixius* 736 iri B^2 737 *cf. 745 sq., Diltheius progr. Gott. 1878/79 p. 18* mihi impulsor *DVE* at illam B^1, atilla *D* 738 fateor ⟨me⟩ *ς* cum meritum *VE* 740 esses, *corr.* B^2V^2 743 me te *Pistoris:* te me 744 inuitat actiost *VE* 748 luci claro *testatur Nonius 210:* luce clara diripiamus *D*, disripiamus *Nonius* 749 prensi etcusemus DE^1 751 iubeat V^1E lict B^1E 753 purgitant, *corr. Ritschelius*

LYC. Haud te invito postulo; sed meam esse oportere arbitror.
quin tu iam invenies, inquam, meam illam esse oportere, Euclio.
EVCL. Iam quidem hercle te ad praetorem rapiam et tibi scribam dicam,
nisi refers. LYC. Quid tibi ego referam? EVCL. Quod surripuisti meum.
LYC. Surripui ego tuom? unde? aut quid id est? E. Ita te amabit Iuppiter.
ut tu nescis. LYC. Nisi quidem tu mihi quid quaeras dixeris.
EVCL. Aulam auri, inquam, te reposco, quam tu confessu's mihi
te abstulisse. LYC. Neque edepol ego dixi neque feci. EVCL. Negas?
LYC. Pernego immo. nam neque ego aurum neque istaec aula quae siet
scio nec novi. EVCL. Illam, ex Silvani luco quam abstuleras, cedo.
i, refer. dimidiam tecum potius partem dividam.
tam etsi fur mihi es, molestus non ero. i vero, refer.
LYC. Sanus tu non es qui furem me voces. ego te, Euclio,
dé alia re rescivisse censui, quod ad me attinet;
÷ magna est res quam ego tecum otiose, si otium est, cupio loqui.
EVCL. Dic bona fide: tu id aurum non surripuisti? LYC. Bona.
E. Neque ⟨eum⟩ scis qui abstulerit? L. Istuc quoque bona. E. Atque id si scies
qui abstulerit, mihi indicabis? LYC. Faciam. EVCL. Neque partem tibi
ab eo qui habet indipisces neque furem excipies? LYC. Ita.
EVCL. Quid ⟨si⟩ fallis? LYC. Tum me faciat quod volt magnus Iuppiter.
EVCL. Sat habeo. age nunc loquere quid vis. LYC. Si me novisti minus,
génere quo sim gnátus: hic mihi ést Megadorus avonculus,
meus pater fuit Antímachus, ego vocor Lyconides,
mater est Eunomia. EVCL. Novi genus. nunc quid vis? id volo
noscere. LYC. Filiam ex te tú habes. EVCL. Immo éccillam domi.

---

757 *ante* sed *pers. spat. in D, item erasis aliquot litt.* B^1 758 EVCL. *in ras. praem. B* eam, *corr. Brixius* li (*i. e.* LYC.) *ante* inquam *B s. v.* oportet *VE* 759. 760 *inverso ordine, corr. Acidalius* 761 surripio, *corr.* V^2 ambit 765 nam neque: namque *VE* 766 ex *in ras.* B^2, et DV^1 768 i uero B^2: fuero B^1D, furo *VE* 770 res cuiusse *VE* quod: quae *ς*; *cf. Amph. 966, Keilius comm. in Varron. de r. r. 1, 1, 11* 771 res est *ς*, *quo recepto* otiose *delevit Bentleius* 773 neque scis qui abstulerit *verba delata in v. 774 inter* abstulerit *et* mihi, *correxit Camerarius* ⟨eum⟩ *Langenus* id: ut B^1 774 quia *ut vid.* B^1, quam V^1, quod EV^2 nec *Nonius 129. 293* 775 habeo *VE*, adeo *Nonius utrubique, cf. Langenus symb. 143* qui habet *L.*: cuiquam est *codd.*, cui sit *Nonius 129*, cuiuis (cuius) *Nonius 293* indipisces *Nonius 129 verbum testatus*, indipiscis *293*: inde posces; *cf. Caesar diss. Arg. 11, 255. 298* excipies *testatur Nonius 293* (-as *codd. sed 129 recte*): expies 776 quid si *Camerarius*: it B^1D, id VEB^2; *cf. Amph. 392* (*aliter 933*) tu me, *corr.* B^2V^2 778 medagorus *D* 779 fuit pater *correxi* uoco, *corr.* B^2V^2 780 id *Camerarius*: LYC. id 781 *fort.* ex te filiam ecillam

Lyc. Eam tu despondisti, opinor, meo avonculo. Evcl. Omnem rem tenes.
Lyc. Is me nunc renuntiare repudium iussit tibi.
Evcl. Repudium rebus paratis, exornatis nuptiis?
ut illum di immortales omnes deaeque quantum est perduint,
quem propter hodie auri tantum perdidi infelix, miser.
Lyc. Bono animo es, bene dice. nunc quae res tibi et gnatae tuae
bene feliciterque vortat — ita di faxint, inquito.
Evcl. Ita di faciant. Lyc. Et mihi ita di faciant. audi nunciam.
qui homo culpam admisit in se, nullust tam parvi preti,
quom pudeat, quin purget sese. nunc te obtestor, Euclio,
ut si quid ego erga te imprudens peccavi aut gnatam tuam,
ut mi ignoscas eamque uxorem mihi des, ut leges iubent.
ego me iniuriam fecisse filiae fateor tuae,
Cereris vigiliis, per vinum atque impulsu adulescentiae.
Evcl. Ei mihi, quód ego facinus ex te aúdio? Lyc. Cur eiulas,
quém ego avom feci iam ut esses filiai nuptiis?
nam tua gnata peperit, decumo mense post: numerum cape;
ea re repudium remisit avonculus causa mea.
i intro, exquaere, sitne ita ut ego praedico. Evcl. Perii oppido,
ita mihi ad malum malae res plurimae se adglutinant.
ibo intro, ut quid huius verum sit sciam. — Lyc. Iam te sequor.

haec própemodum iam esse ín vado salútis res vidétur.
nunc servom esse ubi dicam meum Strobilum non reperio;
nisi etiam hic opperiar tamen paulisper; postea intro
hunc subsequar. nunc interim spatium ei dabo exquirendi
meum factum ex gnatae pedisequa nutrice anu: ea rem novit.

STROBILVS V 1

Di ímmortales, quíbus et quantis mé donatis gaúdiis.
quadrilibrem aulam aúro onustam hábeo. quis me est ditior?

782 iam *VE* 783 rennunciare *BD* 784 exornatis *Nonius 105:* atque exornatis 787 benedice *Pylades:* et benedice 790 nullus est 791 quom *Bothius:* quin puriget se *Ritschelius* 792 ego *om.* *B*[1] 793 iubeant 794 filiae fecisse, *corr. Camerarius* 796 quod facinus ex te ego, *corr. Guietus, cf. Seyffertus stud. Pl. 9* eiuias, *corr.* *B*[2] 797 filiae 800 i *B*[2]*V*[2], *Priscianus 1, 38: om.* exquaere *testatur Priscianus:* exquire 802 uerum *Bothius:* ueri *BD,* uesi *VE* L. *B*[2]*: om.* 803 probe modum *VE* uidet *B*[1] 804 strobolum *B*[2], strolum *B*[1]*EV*[1] repperio 805 operiar 807 pedi si qua anu ea rem *Camerarius:* an ueram 808 Strobilvs servvs liconides adolescens evclio senex *BVE* 809 aulam quadrilibrem *Osbernus* diuitior

quis me Athenis nunc magis quisquam est homo cui di sint propitii?
L. Certo enim ego vocem hic loquentis modo mi audire visus sum. S. Hem,
érumne ego aspició meum? L. Videón ego hunc servóm meum?
S. Ipsus est. L. Haud alius est. S. Congrediar. L. Contollam gradum.
credo ego illum, út iussi, eámpse anum adiisse, huius nutrícem virginis.
Strob. Quin ego illi me invenisse dico hanc praedam [atque eloquar,]
igitur orabo ut manu me emittat. ibo atque eloquar.
repperi — Lyc. Quid repperisti? Strob. Non quod pueri clamitant
in faba se repperisse. Lyc. Iamne autem, ut soles? deludis.
S. Ere, mane, eloquar iam, ausculta. L. Age ergo loquere. S. Repperi hodie,
ere, divitias nimias. L. Vbinam? S. Quadrilibrem, inquam, aulam auri plenam.
Lyc. Quod ego facinus audio ex te? Euclioni hic seni subripuit.
ubi id est aurum? Strob. In arca apud me. nunc volo me emitti manu.
Lyc. Égone te emittám manu,
scélerum cumulatissume?
Strob. Abi, ere, scio quam rem geras.
lépide hercle animum tuom temptavi. iám ut eriperes apparabas:
quid faceres, si repperissem? Lyc. Non potes probasse nugas.
i, redde aurum. Strob. Reddam ego aurum? Lyc. Redde, inquam,
út huic reddatur. Strob. Vnde?
Lyc. Quod modo fassu's esse in arca. S. Soleo hercle ego garrire nugas.
Lyc. * * Strob. Itá loquor. Lyc. At scin quo modo?
* * Strob. Vel hercle énica,
numquam hinc feres a me * *
* * *

---

811 certe *Langenus symb. 26* me, *corr. Wagnerus* 812 uideo hunc *Brixius:* hunc strobilum *BD*, nunc strobilum *VE* 813 aliud, *corr. Pylades* 814. 815 eampse *ς:* eam apse (eam *pse *B*) adisse *versum delet Dziatzko mus. Rhen. 37, 265* 816 illi me *Pylades:* illum *repetita ex sequente versu clausula, ut intellexit Vssingius* 817 *om. E* iboque atque 818 quod B^1 reperisti (*item 819. 820*) *B* 819 solis, *corr.* B^2 delusis *VE* *vulgo* ut soles deludis? *cf. Bacch. 203 Truc. 695* (*Poen. 1410*). *fort.* ut soles? ⟨intro abeo⟩. *cf. Pseud. 1310* (derides). *inepte contulerunt Ter. Ad. 79* 822 quo, *corr.* B^2 te Strob. Heuclioni huic seni subripui, *correxi. servus nequaquam fatetur furtum* 824. 825 *coniungunt codd., dimetros agnovit Seyffertus* manu* *B*, manus DV^1E, manum V^1 *ante correcturam* 825 cumulatus sume *B* 827 *sq. videntur item ut 819–823 in catalexin desiisse* 828 L. *ς: om.* 829 *sq. disp.:* i — inquam | ut — unde 829 Str. unde (tr *in ras.*) *B:* aundo *DVE* (*spat. ante* a *et ante* de *V*); a *personae nota ut vid., cf. Poen. 474. 1016* 830 fassus es esse 831. 832 *coniuncti sine lacunae indicio. senarium esse non probabiliter statuit Seyffertus Burs. act. 47, 78* 831 *Lyconidis responsum intercidisse vidit*

pro illis corcotis, strópliiis, sumptu uxório frg. I

ut admemordit hominem II

(Evcl.) ego ecfodiebam in die denos scrobes. III

(Evcl.) nec noctu nec diu IV
quietus umquam ⟨servabam⟩ eam: nunc dormiam.

qui mi holera cruda ponunt, hallec adduint. V

Vssingius, vel hercle enica *versum finire* (*cf. Rud. 1401*) *Seyffertus l. s.* *talia fere desiderantur supplementa:*

⟨L. Non te habere dicis aurum? S.⟩ Ita loquor. L. At scin quomodo?
⟨Verberibus caedere donec reddideris.⟩ S. Vel hercle enica

sine subscriptione codd. *De partis deperditae fragmentis egit Wagnerus de Plauti Aul. 6 sq.* — *Euclionem altercantibus ero servoque supervenisse scaenae inscriptio docet, quod restat argumenta* I *Nonius 538* (strophium) *cf. III 5* strofis II *Gellius 6, 9, 6* (memordi) *quo pertineat obscurum* III *Nonius p. 225* (scrobes feminino genere) *fort.* ⟨ei⟩ in IV *Nonius 98* (diu pro die). *supplevi; vulgo* eram (*Harl.*[1]), *ut septenarius evadat, sed probabile est senarios esse* (nec noctu nec diu quietus umquam eram *versus non est*). *cf. 65 sq.* V *Nonius 120* (hallec genere neutro) adduint *Quicheratus:* duint *Strobilum loqui praeter libertatem donum poscentem intellexit Goetzius* *Nonius p. 332* (legere surripere significat) Plautus Aulularia:

sed leno egreditur foras,
hinc ex occulto sermonem eius sublegam.

sermone (es) eius: atus *codd.* *nec ad Aululariam nec ad Vidulariam pertinere videtur*

BACCHIDES

PERSONAE

PISTOCLERVS adulescens
BACCHIS } sorores meretrices
BACCHIS }
LYDVS paedagogus
CHRYSALVS servus
NICOBVLVS senex
MNESILOCHVS adulescens
PHILOXENVS senex
PARASITVS
PVER
ARTAMO lorarius
CLEOMACHVS miles

SCAENA ATHENIS

quíbus ingenium in animo utibilest, modicum et sine vernilitate frg. I (IV G)

víncla, virgaé, molae: | saévitudo mala fit peior II (V)

convérrite * scópis, agite strénue III (VI)

ecquis évocat IV (VII)

cum nassiterna et cum aqua istum impurissimum?

sícut lacte lactis similest V (VIII)

(Bacchis) ílla mi cognominis | fuit VI (III)

De deperdito cum Aululariae fine fabulae initio dixerunt praeter alios Ritschelius op. 2, 292 sq., Vssingius, Ribbeckius mus. Rhen. 42, 111 sq.; nihil profecit Josephus Baar de Bacch. Plaut. 1891. Mnesilochus Ephesi Bacchidem cum Cleomacho viderat (miles et erum et Chrysalum novit, v. 842. 872); miles Athenas proficiscitur cum concubina, Mnesilochus Pistoclero epistulam mittit. concubina cum milite paciscitur ut eum relinquat, ad sororem devertatur, ducentos nummos, quoniam annum non explevit, ei resolvat (v. 590. 1096 sq.).

initium fabulae tale fuisse videtur. Bacchidis servus a portu advenit, ubi sororem eius cum milite vidit et ex similitudine agnovit, ornari aedes iubet, erae rem narrat (frg. 1—9). soror cum militis puero (v. 577) venit, puellae se salutant (frg. 10—14). Pistoclerus sodalis amicam quaerit, sorores canticum eius audiunt, argentum quo opus est primum eius opera parare constituunt atque accedunt (frg. 15 sq.)

I *Nonius 342 s.* modicum ingenium: ignes *Non.* *Charisius 206* (modice) ingenium in animo utibile et modicum est II *Nonius 172 s.* saeuitudo *metro et sententiae sic fere subvenias:* uíncla uirgaé molae; saéuitudó mala | fáciet peióra III *Charisius 219* (strenue) ⟨aedis⟩ *Ritschelius, fort.* ⟨istuc⟩, *cf. Stich. 351 sq.* IV *Festus 169 s.* nassiterna *cum III coniunxit Ritschelius; antecessit nomen servi quem evocat* haec quis *cf. Fulgentius 563* effer mnasiternam cum aqua foras V *Probus 7 Pompeius 199* sicut lacte lactis simile est (est *om. Pomp.*), *Marius Plotius 472 Cledonius 48* sicut lacte lactis (*omnes* lacte *testantes*) *ista similitudo fecit ut in portu soror agnosceretur, in servata fabula momentum habet v. 835 sq., ubi Nicobulus Bacchidem sibi notam videre se putat sororem videns* VI *Servius ad Aen. 6, 383* (cognominis) nam in Plauto lectum est, cum una de Bacchidibus diceret: illa *e. q. s.* mei (*i. e.* mi) *Cassellanus, Floriacensis:* mea *rell.* *verborum in Servio incerta fides*

(latro) suam qui auro vitam venditat VII (I

sció spiritum éius maiórem esse multo VIII (X
quam folles taurini habéut, cum liquescunt
petraé, ferrum ubí fit. ⟨Cuiatis tibi visust?⟩
Praenéstinum opino esse, ita erat gloriosus.

néque ⟨id⟩ haud subditiva glória oppidum arbitror. IX (XI)

(Pver) ne a quóquam acciperes alio mercedem annuam, X (XVI
nisi ab sése, nec cum quiquam limares caput.

limaces viri XI (XV

cór meum, spés mea, XII (X
mél meum, suávitudó, cibus, gaúdium.

síne te amem XIII (X

Cupidon tecum saevust anne Amor? XIV (X

Vlixem audivi fuisse aerumnosissimum, XV (I)
qui annis viginti errans a patria afuit;
verum hic adulescens multo Vlixem anteit *
qui ílico errat intra muros civicos.

quidquid est nomen sibi XVI (I

VII *schol. Aen. 12, 7* idem in Bacch. — militem latronem dicens, suam qui auro uitam uenditat latronem *vulgo, cf. Spengelius reformv. 250* VIII *servavit totum omissis* cum (*v. 10*) — fit (*v. 11*) *Prisciani additamentum 1, 575* ('Pl. hic cuias huius cuiatis declinauit' *cuius formae exemplum lacuna hausit*), *v. 10. 11* quam — fit *schol. Verg. georg. 4, 171* (*Philargyrius item*), *v. 12 Nonius 474 s.* opino 10 habent *schol. Verg.:* habeant *Priscianus,* halitant *Hermannus* 11 *supplevit Ritschelius* 12 opino *testatur Nonius:* opinor *Priscianus* errat *Nonius* IX *Donatus ad And. 1, 2, 34* (neque tu haud dicas) ⟨id⟩ *Ritschelius fragmentum ad prioris sententiam recte adsumi non puto* X *Nonius 334 s.* limare necum quoquam acceperis alio (salio), *corr. Mercerus;* quiquam *Lucianus Muellerus, cf. Pers. 477* (cum quiquam *saepius*) *puer cum Bacchide sororis aedes quaerens impudenter in memoriam illi revocat condiciones cum milite pactas* XI *Nonius 333 s.* limare (limaces uiri, quod atterant et consumant) *quo pertineat incertum* XII *Nonius 173 s.* suauitudo XIII *Donatus ad Eun. 4, 2, 13* (amare i. q. frui amore) XIV *Nonius 421 et schol. Aen. 4, 194 inter cupidinem et amorem distinguentes* (cupido inconsideratae necessitatis, amor iudicii *Nonius*, intellegitur uehementer illam amare uel impatienter *scholiasta*) saeuis *Nonius,* sicut *schol., correxi* XV *Charisius 201* (ilico pro in loco) 22 uiginti annis *Bothius* 23 *nomen desideratur velut* fide 24 ⟨hic⟩ ilico *Ritschelius* XVI *schol. Aen. 10, 493* ('quidquid pro quodcumque')

(PISTOCLERVS) quaé sodalem átque me exércitos habet XVII (XII)

nam crédo cuivis excantare cor potes. XVIII (XX)

sin lénocinium forte collibitum est tibi, XIX (XVI)
videas mercedis quid tibi est aecum dari,
ne istac aetate me sectere gratiis.

Arabus XX (XV)

I 1

BACCHIS. Quíd si hoc potis est út tu taceas, égo loquar? SOROR. Lepidé, licet.
BACCH. Vbi me fugiet memoria, ibi tu facito ut subvenias, soror.
SOR. Pol magis metuo, ne defuerit mi in monendo oratio.
BACCH. Pol ego metuo, lusciniolae ne defuerit cantio.
sequere hac. PISTOCLERVS. Quid agunt duae germanae meretrices cognomines?
quid in consilio consuluistis? BACCH. Bene. PIST. Pol haud meretricium est.
BACCH. Miserius nihil est quam mulier. PIST. Quid esse dices dignius?
BACCH. Haec ita me orat, sibi qui caveat aliquem ut hominem reperiam,
ut istunc militem — ut, ubi emeritum sibi sit, se revehat domum.
id, amabo te, huic caveas. PIST. Quid isti caveam? B. Vt revehatur domum,

---

XVII *Charisius 229* (atque), *Nonius 6 s.* exercitus exercitis *Charisius* XVIII *Nonius 102 s.* excantare *ut supra, sed* potest; *schol. Verg. buc. 8, 71,* nam tu quidem cuiuis excantare cor facile potes (tu quidem *non deterius*) XIX *Charisius 200* (gratiis) *ad nullam fabulae personam aut condicionem satis quadrat. fortasse servi iocantur vel prologus* XX *Charisius 123* ut Pl. in Bacch. et in Poenulo 'Arabus murrinus odor'. *intercidit locus. non fuit adiectivum, cf. ad Poen. 1179* *huc rettulit Ritschelius locos a Donato sine nomine fabulae adlatos: ad Hec. 3, 1, 33*

fortasse ted amare suspicarier

(te *Donatus;* suspicabere, *corr. Bentleius*), *ad Phorm. 4, 3, 30*

argentum hinc facite.

praeterea noenum (*cf. ad 736*) *in gloss. Plaut. memoratum. alia apud Charisium neglegenter excerpta ex servata fabulae parte, cf. ad 667*

35 *incipiunt codd.;* bachides *CD, om. B* *per hanc scaenam personas mutari spatiis relictis indicant CD, litteris utitur B* (*pro Bacchide* A, *pro sorore* E, *pro Pistoclero* G, *cf. ad. v. 44*), *cuius errores correxit Ritschelius op. 2, 295 sq.* BACCH.: E *B* tu *Charisius 204: om.* ego l.: eloquar *B*[1] SOR.: A *B* 36 E *B* effugiet *CD* 37 A *B* mihi in monendo ne defuerit oratio, *correxi* 38 E *B* ego *Reizius:* ego quoque *CD,* quoque *B; fortasse praestat* Ego quoque metuo 39 *spat. praem. B, item v. 40* 40 concilio, *corr. Ritschelius, cf. 1154* pol *cum* h. m. *Acidalius coniunxit, cum* bene *codd.* 41 *usque ad v. 54 recte* A *B* dicis, *correxi; cf. Epid. 26, ad Mil. 664* 43 istoch ab istoc milite *ς; haesitans loquitur, cf. vind. Plaut. 10. item* istunc *moraliter, quasi 'scis quem dicam'* se *Pylades:* seu (se ut *ς, cf. ad Amph. 495*) 44 A ut *BD:* aut *C* reueatur *B*[1]*D*

ubi ei dediderit operas, ne hanc ille habeat pro ancilla sibi;
nam si haec habeat aurum quod illi renumeret, faciat lubens.
P. Vbi nunc is homost? B. Iam hic credo aderit. sed hoc idem apud nos rectius
poteris agere; atque is dum veniat, sedens ibi opperibere.
eadem biberis, eadem dedero tibi, ubi biberis, savium.
P. Viscus merus vostrast blanditia. B. Quid iam? P. Quia enim intellego,
duae unum éxpetitis palumbem, + perii harundo alas verberat.
non ego istúc facinus mihi, mulier, conducibile esse arbitror.
Bacch. Quí, amabo? Pist. Quia, Bacchis, bacchas metuo et bacchanal tuom.
Bacch. Quid est? quid metuis? ne tibi lectus malitiam apud me suadeat?
Pist. Magis illectum tuom quam lectum metuo. mala tu es bestia.
nam huic aetati non conducit, mulier, latebrosus locus.
Bacch. Egomet, apud me ⟨si⟩ quid stulte facere cupias, prohibeam.
sed ego apud me te esse ob eam rem, miles cum veniat, volo,
quia, cum tu aderis, huic mihique haud faciet quisquam iniuriam:
tu prohibebis, et eadem opera tuo sodali operam dabis;
et ille adveniens tuam med esse amicam suspicabitur.
quid, amabo, opticuisti? Pist. Quia istaec lepida sunt memoratui:
eadem in usu atque ubi periclum facias, aculeata sunt,
animum fodicant, bona distimulant, facta et famam sauciant.
Sor. Quid ab hac metuis? Pist. Quid ego metuam rogitas? adulescens homo
penetrem me huius modi in palaestram, ubi damnis desudascitur?
[ubi pro disco damnum capiam, pro cursura dedecus?]
Bacch. Lepide memoras. Pist. Vbi ego capiam pro machaera turturem,
[ubique imponat in manum alius mihi pro cestu cantharum]
pro galea scaphium, pro insigni sit corolla plectilis,

---

45 dediderit *cf. 93;* dederit ς, *quod rem non satis significat; fort.* reddiderit operas *cf. Asin. 721, Cic. ad Att. 6, 2, 6 ad fam. 16, 10, 2* (tu Musis nostris para ut operas reddas) 46 haec si *B* 47 credo aderit hic *B* 49 eadem bibes eadem tibi dedero savium *Charisius 209* 51 duae — palumbem *item Nonius 219* *tantum* perii *corruptum videtur.* prope *Ritschelius probabiliter, ut Pers. 810; v. i. ad 1160* 53 qui: quid *B* bachis bachas, *ut solent* bachanal *CD* 54 quid est quod *vulgo, cf. Seyffertus in Burs. act. 1890, 54* 55 tu es: es tu es B^1, *ac similiter multa, cf. 80. 160. 198, Goetzius praef. p. 7 adn.* 57 *Pistocleri, corr. Saracenus* ⟨si⟩ *Camerarius* 58 sed *C:* A sed *BD* (A *s. v. D*) 59 adderis B^1 60 eandem B^1 61 me *B* 64 destimulant B^1 *post* 64 *legitur v. 73, iterum suo loco. hic ascriptum esse ab eo qui v. 65—72 omitti vellet coniecit Goetzius* 65 E et quid *B* homo adulescens, *corr. Bothius* 66 penetrem me *Bothius:* penetrare *Donatus Phorm. 3, 1, 20* Plautus ad sine a palestra ubi demens desudascitur (*Oxon.*) 67 *delevit Ribbeckius praef. Stichi R. p. 18* 69 *delevit Buechelerus in Woelfflini arch. 2, 117* 70 pectilis *B*

pro hasta talos, pro lorica malacum capiam pallium,
ubi mihi pró equo lectus detur, scortum pro scuto accubet?
apage a me, apage. B. Ah, nimium ferus es. P. Mihi sum. B. Malacissandus es.
equidem tibi do hanc operam. Pist. Ah, nimium pretiosa es operaria.
Bacch. Simulato me amare. Pist. Vtrum égo istuc iócon adsimulem an serio?
Bacch. Heia, hoc agere meliust. miles quom huc adveniat, te volo
me amplexari. Pist. Quid eo mi opus est? Bacch. Vt ille te videat volo.
scio quid ago. Pist. Et pol égo scio quid metuo. sed quid ais? B. Quid est?
Pist. Quid si apud te eveniát desubito prandium aut potatio
forte aut cena, ut solet in istis fieri conciliabulis,
ubi ego tum accumbam? Bacch. Ápud me, mi anime, ut lepidus cum lepida accubet.
locus hic apud nos, quamvis subito venias, semper liber est.
ubi tu lepide vóles esse tibi, méa rosa, mihi dicito
'dato qui bene sit': ego ubi bene sit tibi locum lepidum dabo.
Pist. Rapidus fluvius est hic, non hac temere transiri potest.
Bacch. Atque ecastor apud hunc fluvium áliquid perdundumst tibi.
manum da et sequere. P. Aha, minime. B. Quid ita? P. Quia istoc inlecebrosius
fieri nil potest: nox mulier vinum homini adulescentulo.
Bacch. Age igitur, equidem pol nihili facio nisi causa tua.
ille quidem hanc abducet; tú nullus ádfueris, si non lubet.
Pist. Sumne autem nihili, qui nequeam ingenio moderari meo?
B. Quid est quod metuas? P. Nihil est, nugae. mulier, tibi me emancupo:
tuos sum, tibi dedo operam. B. Lepidu's. nunc ego te facere hoc volo.
ego sorori meae cenam hodie dare volo viaticam:
eo tibi argentum iubebo iam intus ecferri foras;
tu facito opsonatum nobis sit opulentum opsonium.
Pist. Ego opsonabo, nam id flagitium meum sit, mea te gratia

---

71 talus, *corr. Buechelerus* 72 pro equo *Merula:* pr(a)eco accumbet (-bent *C*) 73 *etiam post v. 64* a me *priore loco:* mea malacisandus *hic* 74 ah *B:* at *CD; imitatur Bacchidis verba v. 73* 75 similato B^1 istunc B^1 76 melius CD^1 quam 79 ueniat, *corr. Camerarius* desubito *om.* B^1 *fort.* quid si apud te, si veniam subito, p. a. potatiost, *cf. 82* 80 fieri inistis fieri *B* 81 accumbam B^1*:* accubam CB^2, accubiam *D, cf. Stich. 752* aput B^1C (*82. 86* B^1) accumbet 85 *item Charisius 221* (*om.* non hac), *schol. Aen. 9, 373:* magnus est hic fluuius, non *e. q. s. schol. Aen. 9, 327* transire B^1D^1 90 *cf. vind. Plaut. 7; Asin. 408 Rud. 143. 323 Trin. 606 et Cas. 795 Rud. 1135* 92 E *B* Pist. (G *B*) *post* nihil est, *corr. Merula* 94 dari *CD* 95 eo *Hermannus:* ego *codd., Charisius 201* iubebo *Charisius:* iubeo 96 facito nobis obsonatum (obsen. *C*) sit CD^1 97 meum sit *CD:* sit meum, *deinde eras.* sit *B* (*cf. ad 55*)

et operam dare mi ét ad eam operam facere sumptum de tuo.
Bacch. At ego nolo dare te quicquam. P. Sine. B. Sino equidem, si lubet.
propera, amabo. Pist. Prius hic adero quam te amare desinam. —
Sor. Bene me accipies advenientem, mea soror. Bacch. Quid ita, obsecro?
Sor. Quia piscatus meo quidem animo hic tibi hodie evenit bonus.
Bacch. Meus ille quidemst. tibi nunc operam dabo de Mnesilocho, soror,
ut hic accipias potius aurum, quam hinc eas cum milite.
Sor. Cupio. Bacch. Dabitur opera. aqua calet: eamus hinc intro. ut laves.
nám uti navi vecta es, credo timida es. Sor. Aliquantum, soror.
[simul huic nescio cui, turbare qui huc it, decedamus *]
Bacch. Sequere hac igitur me intro in lectum, ut sedes lassitudinem.

LYDVS I 2

Iam dudum, Pistoclere, tacitus te sequor,
expectans quas tu res hoc ornatu geras.
namque ita me di ament, ut Lycurgus mihi quidem
videtur posse hic ad nequitiam adducier.
quo nunc capessis ted hinc adversa via
cum tanta pompa?

PISTOCLERVS

Húc. Lyd. Quid huc? quis istíc habet?
Pist. Amor, Voluptas, Venus, Venustas, Gaudium,
Iocus, Lúdus, Sermo, Suavisaviatio.
Lyd. Quid tibi commercist cum dis damnosissimis?
Pist. Mali sunt homines, qui bonis dicunt male;
tu dis nec recte dicis: non aequom facis.
Lyd. An deus est ullus Suavisaviatio?
Pist. An non putasti esse umquam? o Lyde, es barbarus;
quem ego sapere nimio censui plus quam Thalem,

---

99 dare nolo dare B^1 101 accipis, *corr. Bentleius; cf. Lambinus* 105 hinc: hinc kinc B^1 (*saepe* k *in hac fabula*) 106 *post v. 107 iterant BC* (*bc*) ut in naui (nau *b*) *BbcD*^{2}, ut naui *CD*^{1}, *correxi; cf. Amph. 850 Men. 1085* uecta es *Bb:* uectes *CcD* 107 cui *Vahlenus Herm. 15, 260:* qui it: te *D* ⟨hinc⟩ *Ritschelius versus inventus ad coniungendas scaenas non coniunctas, cf. Ritschelius op. 2, 356 sq.* 108 in lectu *Vahlenus*, lotum *Beckerus; etiam de hoc versu dubito, cum nec lectus apte memoretur et post v. 105 sq. moleste iterum lavatio* 109 Lidvs (*ut solent*) servvs. et pistoclervs adolescens (et *om. B*) 110 spectans, *corr. Weisius* 111 ligurgus 113 te 114 habetur *B* 116 suauis sauiatio *hic et 120* (*sed* suauiacio *hic*, suauiatio *120 B*^{1}, sauitio *120 C*), *corr. Hermannus; cf. Pseud. 65* 119 nec: non B^1 121 lide, *ut solent* (lyde *A 499, P 408, B 437. 467*)

is stultior es barbaro poticio,
qui tantus natu deorum nescis nomina.
Lyd. Non hic placet mi ornatus. Pist. Nemo ergo tibi
haec apparavit: mihi paratum est quoi placet.
Lyd. Etiam me advorsus exordire argutias?
qui si decem habeas linguas, mutum esse addecet.
Pist. Non omnis aetas, Lyde, ludo convenit.
magis unum in mentemst mihi nunc, satis ut commode
pro dignitate opsoni haec concuret cocus.
Lyd. Iam perdidisti te atque me atque operam meam,
qui tibi nequiquam saepe monstravi bene.
Pist. Ibidem égo meam operam perdidi, ubi tu tuam:
tua disciplina nec mihi prodest nec tibi.
Lyd. O praeligatum pectus. Pist. Odiosus mihi es.
tace atque sequere, Lyde, me. Lyd. Illuc sis vide,
non paedagogum iam me, sed Lydum vocat.
Pist. Non par videtur neque sit consentaneum,
cum haec ⟨qui emit⟩ intus sit et cúm amica accubet
cumque osculetur et convivae alii accubent,
praesentibus illis paedagogus una ut siet.
Lyd. An hoc ad eas res opsonatumst, obsecro?
Pist. Sperat quidem animus: quo evenat dis in manust.
Lyd. Tu amicam habebis? Pist. Cum videbis, tum scies.
Lyd. Immo neque habebis neque sinam. i prorsum domum.
Pist. Omitte, Lyde, ac cave malo. Lyd. Quid? cave malo?
Pist. Iam excessit mi aetas ex magisterio tuo.
Lyd. O barathrum, ubi nunc es? ut ego te usurpem lubens.
[video nimio iam multo plus quam volueram.]
vixisse nimio satiust iam quam vivere.
magistron quemquam discipulum minitarier?

---

123 is: i *i. ras. B* est *Festus 217* (-tior est barbaro-) potio D^1, putiti(o) *Paulus; cf. Buechelerus mus. Rhen. 37, 530* 126 hoc *Merula; cf. Curc. 353, ad Poen. 542* 130 mentest *B*, mente est (est *om.* D^1) *CD*, *corr. Ritschelius, cf. Amph. 710* 134 *item Charisius 201* ego *om. CD* 135 neque tibi *CD* 136 perreligatum B^1CD 140 *supplevi* intus *bis CD* accumbet *B* 142 *cf. ad v. 90* (*conieceram* praesto ibus illic paedagogus ut siet) 144 eveniat, *cf. 348 Most. 395 Pers. 629* 145 tunc *B* 146 i prorsum *L.*: iturus sum (*fuit* i prossum), *cf. Cist. 700 Mil. 1193 Pers. 677 Ter. Ad. 550* 149 baratrum *cf. ad Amph. 120* 150 *del. Ritschelius*, 153 *Guietus, adhaeret* 154 151 sacius est

[nil moror discipulos mihi iam plenos sanguinis:
valens afflictat me vacivom virium.]
Pist. Fiam, ut ego opinor, Hercules, tu autem Linus.
Lyd. Pol metuo magis, ne Phoenix tuis factis fuam
teque ad patrem esse mortuom renuntiem.
Pist. Satis historiarumst. Lyd. Hic vereri perdidit.
compendium edepol haud aetati optabile
fecisti, cum istanc nactu's inpudentiam.
occisus hic homo est. ecquid in mentem est tibi
patrem tibi esse? Pist. Tibi ego an tu mihi servos es?
Lyd. Peior magister te istaec docuit, non ego.
nimio es tu ad istas res discipulus docilior,
quam ad illa quae te docui, ubi operam perdidi.
[edepol fecisti furtum in aetatem malum
cum istaec flagitia me celavisti et patrem.]
Pist. Istactenus tibi, Lyde, libertas datast
orationis. satis est. sequere hac me ac tace. —

CHRYSALVS II 1

Erilis patria, salve, quam ego biennio,
postquam hinc in Ephesum abii, conspicio lubens.
saluto te, vicine Apollo, qui aedibus
propinquos nostris accolis, veneroque te,
ne Nicobulum me sinas nostrum senem
prius cónvenire quam sodalem viderim
Mnesilochi Pistoclerum, quem ad epistulam
Mnesilochus misit super amica Bacchide.

---

153 mor *D*, morum *C* iam *L.*: esse iam; *cf. Most.* 746 *Rud.* 583. 1248 *Lipargi frg.* 154 aflictat *B* uacuum *CD* 155 ut: utet *CD* (*i. e.* utei) ercules *CD* 156 suam CD^1 157 *mortuum *B* 159 compedium B^1CD 160 istanc inpudentiamactus inpudenciam B^1, *cf. ad* 55 161 mente *CD* 162 an: aut *B* es *om* B^1 166—169 *hoc ordine repetit B post v.* 175 (*b*); *hoc loco* 166. 167 *post* 168. 169 *leguntur* 166. 167 *paralleli versibus* 159. 160; *cf. Seyffertus stud. Pl.* 10 166 aetate *B*, aetatum D^1 malus *b* 167 qum *b* 168 istec tenus *b* tibi lida et libertas *b*, tibi (ubi *C*) id delibertas *CD* 169 hac me *Bothius:* me hac Chrysalvs servvs 171 efesum *CD*, effesum *B* *cf.* 900 173 propinquus BD^2, propinquis CD^1 uenerorque B^2 174 nicobolum *D* *post* 175 *repetuntur* 166—169, *v. s.* 176 mnesilohi *B* epistolam 177 nesilockus B^1, mnesilochis *C* (*item C* 246. 262)

PISTOCLERVS II 2

Mirumst me ut redeam te opere tanto quaesere,
qui abire hinc nullo pacto possim, si velim:
ita me vadatum amore vinctumque adtines.
Chrys. Pro di immortales, Pistoclerum conspicor.
o Pistoclere, salve. Pist. Salve, Chrysale.
Chrys. Compendi verba multa iam faciam tibi.
venire tu me gaudes: ego credo tibi;
hospitium et cenam pollicere, ut convenit
peregre advenienti: ego autem venturum adnuo.
salutem tibi ab sodáli solidam nuntio:
rogabis me úbi sit: vivit. Pist. Nempe recté valet?
Chrys. Istuc volebam ego ex te percontarier.
Pist. Qui scire possum? Chrys. Nullus plus. Pist. Quemnam ad modum?
Chrys. Quia si illa inventa est, quam ille amat, recte valet;
si non inventa est, minus valet moribundusque est.
animast amica amanti: sí abest, nullus est;
si adest, res nullast: ipsus est — nequam et miser.
sed tu quid factitasti mandatis super?
Pist. Egon ut, quod ab illoc attigisset nuntius,
non impetratum id advenienti ei redderem?
regiones colere mavellem Acheruntica.
Chrys. Eho, an invenisti Bacchidem? Pist. Samiam quidem.
Chrys. Vide quaeso, ne quis tractet illam indiligens;
scis tu ut confringi vas cito Samium solet.
Pist. Iamne ut soles? Chrys. Dic ubi ea nunc est, obsecro.
Pist. Hic, exeuntem me unde aspexisti modo.
Chrys. Vt istúc est lepidum: proximae viciniae
habitat. ecquidnam meminit Mnesilochi? Pist. Rogas?
immo unice unum plurimi pendit. Chrys. Papae.
Pist. Immo ut eam credis? misera amans desiderat.
Chrys. Scitum istuc. Pist. Immo, Chrysale, em non tantulum

---

178 Pistoclervs adolescens chrisalvs (chrysalvs *C*) servvs mirun st *B*, *item 219. 335* 182 chrisale *BD ut solent* 184 tu *om.* B^1 189 percunctarier *B* 191 recte ualet *Bothius:* uiuit recte et ualet (uit uiuit B^1, et *om.* *D*) 196 illo 198 mauelle colere mauellem B^1 200 *cf. Athen. 13, 594 b* 205 proxime *C, Charisius 223* 206 et quid nam rogitas B^1 207 plurimique *Charisius* 208 eum, *corr. Acidalius, cf. Curc. 59. Vahlenus Herm. 24, 473;* misera am. des. *non praeparant sequentia, sed ter augetur vis sermonis* miserae B^2, *cf. Seyffertus stud. Plaut. 8* 209 hem

umquam intermittit tempus quin eum nominet.
CHRYS. Tanto hercle melior. PIST. Immo — CHRYS. Immo hercle abiero
potius. PIST. Num invitus rem bene gestam audis eri?
CHRYS. Non res, sed actor mihi cor odio sauciat.
etiam Epidicum, quam ego fabulam aeque ac me ipsum amo,
nullam aeque invitus specto, sí agit Pellio.
sed Bacchis etiam fortis tibi visast? PIST. Rogas?
ni nanctus Venerem essem, hanc Iunonem dicerem.
CHRYS. Edepol, Mnesiloche, ut hanc rem natam intellego,
quod ames paratumst: quod des inventost opus.
nam istic fortasse auro est opus. PIST. Phílippeo quidem.
CHRYS. Atque eo fortasse iám opust. PIST. Immo etiam prius:
nam iam huc adveniet miles. CHRYS. Et miles quidem?
PIST. Qui de amittenda Bacchide aurum hic exiget.
CHRYS. Veniat quando volt, atque ita ne mihi sit morae.
domist: non metuo nec ⟨ego⟩ quoiquam supplico,
dum quidem hoc valebit pectus perfidia meum.
abi intro, ego hic curabo. tu intus dicito
Mnesilochum adesse Bacchidi. PIST. Faciam ut iubes. —
CHRYS. Negotium hoc ad me adtinet aurarium.
mille et ducentos Philippos áttulimus aureos
Epheso, quos hospes debuit nostro seni.
inde ego hodie aliquam machinabor machinam,
unde aurum efficiam amanti erili filio.
sed foris concrepuit nostra: quinam exit foras?

NICOBVLVS II 3

Ibo in Piraeum, visam écquae advenerit
in portum ex Epheso navis mercatoria.
nam meus formidat animus, nostrum tam diu

211 ercle *utrubique BD* melior *Bentleius:* melior bachis. *cf. Vahlenus l. s.; nomen ascriptum ut recte intellegeretur locutio, quae ad ipsum cum quo quis loquitur pertinere solet* 213 res *Bothius:* erus 215 *cf. Stichi didascalia* 216 etiam *bis* B^1 217 nactus B^2 Iunonem *praeter expectationem, cf. Vssingius cf. Sen. apocol. 8* 218 mnesilokhe B^1 natam *Bentleius:* natam esse 220 istoc aurum filippeo 221 opus est 222 et m. q. *Pistoclero codd., Chrysalo dedit Gulielmius* 223 exigit, *corr. Bothius* 224 *cf. Brixius ad Mil. 1190, Lorenzius it. p. 284* 225 ⟨ego⟩ *Bothius, cf. Capt. 772 Mil. 351;* quoiquam *trisyllabum non probabile* 230 *cf. ad v. 90;* Philippum *Bentleius, cf. 272* 232 machimam *B* 235 NICOBALVS SENEX. CHRISALVS SERVVS *B,* NICOBOL'. S. CRIS. SER D^2, *om.* CD^1 *possis* ecqua hodie; *cf. ad Mil. 794* 237 nostrum: *ad uxorem loquitur*

ibi desidere neque redire filium.
Chrys. Extexam ego illum pulchre iam, si di volunt.
haud dormitandumst: opus est chryso Chrysalo.
adibo hunc, quem quidem ego hódie faciam hic arietem
Phrixi, itaque tondebo auro usque ad vivam cutem.
servos salutat Nicobulum Chrysalus.
Nic. Pro di immortales, Chrysale, ubi mist filius?
Chrys. Quin tu salutem primum reddis quam dedi?
Nic. Salve. sed ubinamst Mnesilochus? Chrys. Vivit, valet.
Nic. Venitne? Chrys. Venit. Nic. Euax, aspersisti aquam.
benene usque valuit? Chrys. Pancratice atque athletice.
Nic. Quid hoc? qua causa éum in Ephesum miseram,
accepitne aurum ab hospite Archidemide?
Chrys. Heu, cor meum et cerebrum, Nicobule, finditur,
istius hominis ubi fit quomque mentio.
tun hospitem illum nominas hostem tuom?
Nic. Quid ita, obsecro hercle? Chrys. Quia edepol certo scio,
Volcanus, Luna, Sol, Dies, dei quattuor,
scelestiorem nullum inluxere alterum.
Nic. Quamne Archidemidem? Chrys. Quam, inquam, Archidemidem.
Nic. Quid fecit? Chrys. Quid non fecit? quin tu id me rogas?
primumdum infitias ire coepit filio,
negare se debere tibi triobulum.
continuo ántiquom hospitem nostrum sibi
Mnesilochus advocavit, Pelagonem senem;
eo praésente homini extemplo ostendit symbolum,
quem tute dederas, ad eum ut ferret, filio.
Nic. Quid ubi ei ostendit symbolum? Chrys. Infit dicere
adulterinum et non eum esse symbolum.
quotque innocenti ei dixit contumelias!
adulterare eum aibat rebus ceteris.
Nic. Habetin aurum? íd mihi dici volo.

---

242 phrix itaque (itque *C*) *cf. Brixius ad Mil. 108* 243 nicobolum *BD* 245 salutem primum *Bothius:* primum salutem 246 mnesilochis *C*, mnesilogus *D, item 262 al.* 249 eum ⟨hinc⟩ *Camerarius* 250 hospide *C*, ospide *D* 251 eu nicobole 252 quaque, *corr. Lambinus* 254 certe *CD* 255 luna sol *Guietus:* sol luna dei: diei *CD*¹, dies *B*¹ quatuor *BD* 257 quam ni *CD* 259 cepit 260 triobolum *CD* 263 simbolum *CD, item 265. 266* 266 *cf. Men. 468* 268 aiebat *B*, alebat *C*, agebat *D* *cf. Cic. de off. 3, 82* aliis rebus pietatem colas 269 *fort.* habetin ⟨annon⟩, *cf. Curc. 566 Pseud. 616, Redslobius Neue phil. rundsch. 7, 212*

Chrys. Postquam quidem praétor recuperatores dedit,
damnatus demum, vi coactus reddidit
ducentós et mille Phílippum. Nic. Tantum debuit.
Chrys. Porro etiam ausculta pugnam quam voluit dare.
Nic. Etiamnest quid porro? Chrys. Em, áccipitrina haec nunc erit.
Nic. Deceptus sum, Autolyco hospiti aurum credidi.
Chrys. Quin tu audi. Nic. Immo ingenium avidi haud pernoram hospitis.
Chrys. Postquam aurum abstulimus, in navem conscendimus,
domi cupientes. forte ut adsedi in stega,
dum circumspecto, átque ego lembum conspicor
longum, strigorem maleficum exornarier.
Nic. Perii hercle, lembus ille mihi laedit latus.
Chrys. Is erat communis cum hospite et praedonibus.
Nic. Adeon me fuisse fungum, ut qui illi crederem,
cum mi ipsum nomen eius Archidemides
clamaret dempturum esse, si quid crederem?
Chrys. Is lembus nostrae navi insidias dabat.
occepi ego observare eos quam rem gerant.
interea e portu nostra navis solvitur.
ubi portu eximus, homines remigio sequi,
neque aves neque venti citius. quoniam sentio
quae res gereretur, navem extemplo statuimus.
quoniam vident nos stare, occeperunt ratem
turbare in portu. Nic. Edepol mortalis malos.
quid denique agitis? Chrys. Rursum in portum recipimus.
Nic. Sapienter factum a vobis. quid illi postea?
Chrys. Revorsionem ad terram faciunt vesperi.
Nic. Aurum hercle auferre voluere: ei rei operam dabant.
Chrys. Non me fefellit, sensi, eo exanimatus fui.
quoniam videmus auro insidias fieri,
capimus consilium continuo; postridie

---

271 demum: deotium *CD* 272 mille et ducentos *Pareus* (*cf. Rud. 1328*) 274 hem *CD* accipe trina, *corr. Hermannus* 275 auiolico *CD*, auioloco *B*, *corr. Scutarius* 276 *cf. Skutschius Plaut. u. Rom. 44* 278 domum, *corr. Ritschelius* *Fulgentius 564* (*s.* istega) forte ego ut istega consedi 279 circumspecto ⟨me⟩ *Ritschelius* 280 longum st (est *CD*) rigorem strigores *Festus 314 explicat* densarum uirium homines (*cf. Paulus*); strigosum *expectes.* trygonem *Gertzius* (*cf. Capt. 851*) 283 me esse fuisse *CD*[1] credere *D*[1], *om. C* 284 qum *B* archidemidis, *corr. Fleckeisenus* 286 nostrae naui lembus *Pylades* 292 qum *B* 293 tardare *Hauptius* 297 ercle, *item 310. 323 all.* 299 qum *B*, quom *C* uidimus, *corr. Gruterus* 300 posttridie

auferimus aurum ómne illis praesentibus,
palam atque aperte, ut illi id factum sciscerent.
Nic. Scite hercle. cedo quid illi? Chrys. Tristes ilico,
quom extemplo a portu íre nos cum auro vident,
subducunt lembum capitibus quassantibus.
nos apud Theotímum omne aurum deposivimus,
qui illic sacerdos est Dianae Ephesiae.
Nic. Quis istíc Theotimust? Chrys. Megalobuli filius,
qui nunc in Ephesost Ephesiis carissimus.
Nic. Ne ille hercle mihi sit multo tanto carior,
si me illo auro tanto circumduxerit.
Chrys. Quin in eapse aede Dianai conditumst;
ibidem publicitus servant. Nic. Occidistis me;
nimio hic privatim servaretur rectius.
sed nilne áttulistis inde auri domum?
Chrys. Immo etiam. verum quantum attulerit nescio.
Nic. Quid? nescis? Chrys. Quia Mnesilochus noctu clanculum
devenit ad Theotimum, nec mihi credere
nec cuiquam in navi voluit: eo ego nescio
quantillum attulerit; verum haud permultum attulit.
Nic. Etiam dimidium censes? Chrys. Non edepol scio;
verum haud opinor. Nic. Fertne partem tertiam?
Chrys. Non hercle opinor; verum verum nescio.
profecto de auro nil scio nisi nescio.
nunc tibimet illuc navi capiundumst iter,
ut illúd reportes aurum ab Theotimo domum.
atque heus tu. Nic. Quid vis? Chrys. Anulum gnati tui
facito ut memineris ferre. Nic. Quid opust anulo?
Chrys. Quia id sígnumst cum Theotimo, quí eum illi adferet,
ei aurum ut reddat. Nic. Meminero, et recte mones.
sed divesne est istic Theotimus? Chrys. Etiam rogas?

---

301 ⟨illim⟩ illis *Ritschelius* 302 scirent B^1 303 ercle BD^2, crede D^1 304 qum *BD*, quoniam *C* 305 quassantibus *item schol. Verg. georg. 1, 74* 306 theothimum, *ut solent* deposuimus 308 qui, *corr. Brunckius, cf. Seyffertus Berl. phil. w. 1893, 278* theothimus est margalobuli *D*; Megabyzi *vel* Megalobyzi *Pius, Meursius*; *cf. Ritschelius parerg. 407 sq., Menand. p. 48 M.; Μεγαλοβύζους Strabo 14, 641* 311 *vel* med 312 ipsa ede Dian(a)e *Charisius 214* in aede Dianae publicitus aurum seruant 315 nilne ⟨huc⟩ *Hermannus* 320 quantulum, *corr. Pylades* 321 noedepol B^1 329 adferret B^1, adfert CDB^2, *corr. Camerarius* 331 istic Th. diuesne est? *Bothius*

quin auro hábeat soccis subpactum solum?
Nic. Cur ita fastidit? Chrys. Tantas divitias habet;
nescit quid faciat auro. Nic. Mihi dederit velim.
sed qui praesente id aurum Theotimo datumst?
Chrys. Populo praesente: nullust Ephesi quin sciat.
Nic. Istuc sapienter saltem fecit filius,
cum diviti homini id aurum servandum dedit;
ab eo licebit quamvis subito sumere.
Chrys. Immo em tantisper numquam te morabitur,
quin habeas illud quo die illuc veneris.
Nic. Censebam me effugisse a vita marituma,
ne navigarem tandem hoc aetatis senex;
id mi haud, utrum velim, licere intellego:
ita bellus hospes fecit Archidemides.
ubi nunc est ergo meus Mnesilochus filius?
Chrys. Deos átque amicos iit salutatum ad forum.
Nic. At ego hinc ad illum, ut convenam quantum potest. —
Chrys. Ille est oneratus recte et plus iusto vehit.
exorsa haec tela non male omnino mihi est:
ut amantem erilem copem facerem filium,
ita feci, ut auri quantum vellet sumeret,
quantum autem lubeat reddere ut reddat patri.
senex in Ephesum íbit aurum arcessere,
hic nostra agetur aetas in malacum modum,
siquidem híc relinquet neque secum abducet senex
med et Mnesilochum. quas ego hic turbas dabo!
sed quid futurumst, cum hoc senex resciverit,
cum se excucurrisse illuc frustra sciverit
nosque aurum abusos? quid mihi fiet postea?
credo hercle adveniens nomen mutabit mihi
facietque extemplo Crucisalum me ex Chrysalo.
aufugero hercle, si magis usus venerit.

---

332 qui, *corr. Bothius* habebat *Spengelius ad Ter. Ad. 262, cf. Lorenzius ad Most. 738, Mil. p. 257* 333 qur *BD* *fort.* N. cur? Ch. ita fastidit, tantas; *cf. Braunius obs. gramm. 15 sq.* 334 qui *CD*[1] 336 effesi 340 hem 341 illud: illum *B*[1]*C*, illuc *D*[1] 344 *fort.* id utrum uelim mihi haud 346 mneselochus *D*, mnesclochus *C* 348 ⟨eo⟩ ad *Ritschelius*, ibo *Abrahamus stud. Pl. 208* conueniam, *cf. 144* 351 quopem *BD*, quiopem *C*; al. ut amanti erili opem facerem filio *B*[2] *in mg.* 354 ⟨hinc⟩ ibit *Camerarius* arcesere

si ero reprehensus, macto ego illum infortunio:
si illi sunt virgae ruri, at mihi tergum domist.
nunc ibo, erili filio hanc fabricam dabo
super auro amicaque eius inventa Bacchide. —

LYDVS III 1

Pándite atque aperíte propere iánuam hanc Orci, óbsecro.
nam équidem haud aliter esse duco, quippe quo nemo advenit,
nisi quem spes reliquere omnes, esse ut frugi possiet.
Bacchides non Bacchides, sed bacchae sunt acerrumae.
apage istas a me sorores, quae hominum sorbent sanguinem.
omnis ad perniciem instructa domus opime atque opipare —
quaé ut aspexi, me continuo contuli protinam in pedes.
egone ut haec conclusa gestem clanculum? ut celem patrem,
Pistoclere, tua flagitia aut damna aut desidiabula?
[quibus patrem et me teque amicosque omnes affectas tuos
ad probrum, damnum, flagitium appellere una et perdere.]
neque mei neque te tui intus puditumst factis quae facis,
quibus tuom patrem meque una, amicos, adfinis tuos
tua infámia fecisti gerulifigulos flagiti.
[nunc prius quám malum istoc addis, certumst iam dicam patri]
de me hanc culpam demolibor iam et seni faciam palam,
ut eum éx lutulento caeno propere hinc eliciat foras. —

MNESILOCHVS III 2

Múltimodis meditatus egomet mecum sum, et ita esse arbitror:
homini amico, qui est amicus ita uti nomen possidet,
nisi deos ei nil praestare; id opera expertus sum esse ita.
nám ut in Ephesum hinc abii (hoc factumst ferme abhinc biennium)

---

366 filio B^2: filio eius 368 LIDVS SERVVS BD^2, *om.* CD^1 369 quipe B^1 quo *Lambinus:* qui *B*, cui *CD* 373 pernitiem CDB^2, permitiem B^1 opiparest *Ritschelius; sed apertum est intercidisse post hunc versum eorum indicem quae in convivio aspexerat Lydus* 375 haec conclusi *C*, clusa *D* 376 dispoliabula *Nonius 75* 377 me teque *item Nonius, fort.* med aeque affectas (*i. q.* afficis) *testatur Nonius:* adflictas *B*, aflictas C^1, afflictas DC^2, *cf. Langenus symb. 165 sq.* 377. 378 *dittographiam esse versuum* 380. 381 *vidit Ritschelius; v. 378 sententiam ineptam habet, v. 379—381 sensum rectum et elocutionem admodum elegantem* 379 mei: me D^1, *Priscianus 1, 421 et 561* tui te *Priscianus 561* 382 *dittographiam esse v.* 383 *dixit Bergkius op. 1, 33* (*retinui 383 propter* eum) 384 gnatum *Ritschelius* 385 MNESILOCHVS (-CVS *B*) ADOLESCENS *BD*, *om. C* multis modis 387 ita esse *B* 388 *non videtur Plautinus esse* (*389* nam ex)

ex Epheso huc ad Pistoclerum meum sodalem litteras
misi, amicam ut mi inveniret Bacchidem. illum intellego
invenisse, ut servos meus mi nuntiavit Chrysalus.
condigne is quam techinam de auro advorsum meum fecit patrem,
ut mi amanti copia esset. [séd eccum video incedere.]
nam pol quidem meo animo ingrato hómine nihil inpensiust;
malefactorem amitti satius quam relinqui beneficum;
nimio inpendiosum praestat te quam ingratum dicier:
illum laudabunt boni, hunc etiam ipsi culpabunt mali.
qua me causa magis cum cura esse aecum, obvigilatost opus.
nunc, Mnesiloche, specimen specitur, nunc certamen cernitur,
sisne necne ut esse oportet, malus, bonus quoivis modi,
iustus iniustus, malignus largus, comis incommodus.
cave sis te superare servom siris faciundo bene.
utut eris, moneo, haud celabis. sed eccos video incedere
patrem sodalis et magistrum. hinc auscultabo quam rem agant.

LYDVS III 3

Nunc experiar, sitne aceto tibi cor acre in pectore.
sequere.

PHILOXENVS

Quo sequar? quo ducis nunc me? Lyd. Ad illam quae tuom
perdidit, pessum dedit tibi filium unice unicum.
Phil. Heia, Lyde, leniter qui saeviunt sapiunt magis.

---

389 sodalem meum, *corr. Camerarius* 392 tecnam 393 *cf. 403; signum cantici olim ab aliquo in brevius contracti; sententia videtur talis fuisse:* sed item ei lepide sit uolo 394 meo quidem *Bothius* inpensius st B^2, inpensius est *CD* *cf. Stich. 118. Ausonius 140* (*p. 256 Sch. 426 P.*) *'de ingratis ex Menandro':* ingráto homine terra peius nil creat. *unde conicias latere* peiust, *cf. Mil. 307, vel tale quid:* nam pol meo animo ingrato homine nihil in ⟨terra⟩ peius est 395 amiti B^1 satiust *Hermannus* beneficium 396 prestat inpendiosum (-usum CD^1), *corr. Hermannus* 397 hoc, *corr. Aldus* hunc *scil. de quo haec a v. 394 dicuntur, cui contrarius cogitatur impendiosus. non recte Bachius Studemundi stud. 2, 309* 398 cum ς: eum aequom *Bothius:* ea cum 399 nun certamen *cf. Cas. 515 sq.* 400 *cf. Brixius ad Mil. 1051* quoiuis *Luchsius in Studemundi stud. 1, 348:* qua cuius; *cf. Pseud. 741* 401 comis incommodus: com in comodus B^1, commodus incommodus CDB^2; comis *cf. Trin. 254. 333, Rud. 38, Ter. Hec. 837, Lucil. 525, Cic. pro Balb. 36* (*Varro de l. l. 7, 89*); *pro Planc. 64* (*de off. 3, 24. 118*) comis — iustus — liberalis 402 serum, *corr. Scutarius* 403 celabas *CD* equos *B* 404 agam CD^1 405 Lidvs servvs philoxenvs senex. mnesilocvs adolescens BD^2, *om.* CD^1 experior *B*, experier D^1 acetum, *corr. Lambinus* 407 unice *Bothius:* uni 408 eia

minus mirandumst, illaec aetas si quid illorum facit,
quam si non faciat. feci égo istaec itidem in adulescentia.
LYD. Ei mihi, ei mihi, istaec illum perdidit assentatio.
nam absque te esset, égo illum haberem rectum ad ingenium bonum:
nunc propter te tuamque pravos factus est fiduciam
Pistoclerus. MNES. Di immortales, meum sodalem hic nominat.
quid hoc negoti est, Pistoclerum Lydus quod erum tam ciet?
PHIL. Paulisper, Lyde, est libido hómini suo animo obsequi;
iam aderit tempus, cum sese etiam ipse oderit. morem geras;
dum caveatur, praeter aequom ne quid delinquat, sine.
LYD. Non sino, neque equidem illum me vivo corrumpi sinam.
sed tu, qui pro tam corrupto dicis causam filio,
eademne erat haec disciplina tibi, cum tu adulescens eras?
nego tibi hoc annis viginti fuisse primis copiae,
digitum longe a paedagogo pedem ut efferres aedibus.
ante solem exorientém nisi in palaestram veneras,
gymnasi praefecto haúd mediocris poenas penderes.
id quom optigerat, hoc etiam ad malum accersebatur malum:
et discipulus et magister perhibebantur improbi.
ibi cursu luctando hásta disco pugilatu pila
saliendo sese exercebant magis quam scorto aut saviis:
ibi suam aetatem extendebant, non in latebrosis locis.
inde de hippodromo et palaestra ubi revenisses domum,
cincticulo praecinctus in sella apud magistrum adsideres
cum libro: cum legeres, si unam peccavisses syllabam,
fieret corium tam maculosum quam est nutricis pallium.
MNES. Propter me haec nunc meo sodali dici discrucior miser;
innocens suspicionem hanc sustinet causa mea.
PHIL. Alii, Lyde, nunc sunt mores. LYD. Id equidem ego certo scio.
nam olim populi prius honorem capiebat suffragio,
quam magistro desinebat esse dicto oboediens;

---

411 *fort.* assentatio istaec illum perdidit, *certe perfecto opus est* 415 quid: quod *CD* *fort.* ero 417 qum *B* gerans B^1 418 equm *B*, ęquum *CD* 421 qum *B*, quin *D* 422 haec *B*, hec *CD*, *corr. Merula* 425 poenas haud mediocris *Ritschelius* 426 quom *Bothius:* quoi *B*, quio D^1, quo CD^2 427 dicipulus B^1 *v. 426. 427 qui post v. 423 ponunt vitiosum reddunt* optigerat (*v. Vssingius*); *quam apte suo loco legantur ostendat Eurip. Alc. 557. 959, Phoen. 94* 428 asta *BC* pugillatu, *cf. Vahlenus ad Cic. de leg. p. 118* 433 cum libro cum *L.:* cum librum peccauisset B^1DC sillabam 434 fleret *CD* 438 capiebant

at nunc, prius quam septuennis est, si attingas eum manu,
extemplo puer paédagogo tabula disrumpit caput.
cum patrem adeas postulatum, puero sic dicit pater:
'noster esto, dum te poteris defensare iniuria.'
provocatur paedagogus: 'eho senex minimi preti,
ne attigas puerum istac causa, quando fecit strenue.'
[it magister quasi lucerna uncto expretus linteo.]
itur illinc iure dicto. hócine hic pacto potest
inhibere imperium magister, si ipsus primus vapulet?
MNES. Acris postulatio haec est. cum huius dicta intellego,
mira sunt ni Pistoclerus Lydum pugnis contudit.
LYD. Sed quis hic est, quem astantem video ante ostium? o Philoxene,
deos propitios me videre quam illum ⟨haud⟩ mavellem mihi.
PHIL. Quis illic est? LYD. Mnesilochus, gnati tui sodalis [Pistocleri].
haud consimili ingenio atque ille est qui in lupanari accubat.
fortunatum Nicobulum, qui illum produxit sibi.
PHIL. Salvos sis, Mnesiloche, salvom te advenire gaudeo.
MNES. Di te ament, Philoxene. LYD. Hic enim rite productust patri:
in mare it, rem familiarem curat, custodit domum,
obsequens oboediensque est mori atque imperiis patris.
hic sodalis Pistoclero iam puer puero fuit;
triduom non interest aetatis úter maior siet:
verum ingenium plus triginta ánnis maiust quam alteri.
PHIL. Cave malo et compesce in illum dicere iniuste. LYD. Tace,
stultus es qui illi male aegre patere dici qui facit.
[nam illum meum malum promptare malim quam peculium.
PHIL. Quidum? LYD. Quia, malum si promptet, in dies faciat minus.]
MNES. Quid sodalem meum castigas, Lyde, discipulum tuom?
LYD. Periit tibi sodalis. MNES. Ne di sirint. LYD. Sic est ut loquor.

---

440 antingas *B*[1] attigas puerum manu *Ritschelius* 441 dirrumpit *CD* 445 attigas *testatur Nonius 75:* adtingas ista *D, Nonius* 446 it *B*[1] *var. l.:* id *B*, et *C*, fit *D* ´ *Paulus 79* expreta antiqui dicebant quasi expertia habita. *versus non huc pertinere videtur ab origine, nam nec in patris sermone locum habet nec narratio continuatur ante v. 447* 447 hoccine 448 uapulat *Langenus symb. 47* 451 *Lydo Pylades dedit,* sed — ostium *Philoxeno codd.* 452 ⟨haud⟩ *Hermannus* 453 *nomen spurium esse intellexit Hermannus;* ⟨pol hic quidem⟩ *Goetzius* 455 nicobolum 458 it *ς*: ut 459 more 461 iter *D, cf. Most. 407* 462 triginta ⟨huic⟩ *Ritschelius* 463 malum, *corr. Scaliger*; *cf. Mil. 1335. Plautum scripsisse* malo *ostendit Pers. 369 sq.* 465. 466. *delevit Guietus (post 462 posuit Vssingius)* 467 sosodalem *CD*[1] 468 di sinant *B var. l.,* deserint *C*

quin ego cum peribat vidi, non ex audito arguo.
Mnes. Quid factum est? Lyd. Meretricem indigne deperit. M. Non tu taces?
Lyd. Atque acerrume aestuosam: absorbet ubi quemque attigit.
M. Vbi ea mulier habitat? L. Hic. M. Vnde eam esse aiunt? L. Ex Samo.
M. Quae vocatur? L. Bacchis. M. Erras, Lyde: ego omnem rem scio
quem ad modumst. tu Pistoclerum falso atque insontem arguis.
nam ille amico et benevolenti suo sodali sedulo
rem mandatam exsequitur. ipsus neque amat nec tu creduas.
Lyd. Itane oportet rem mandatam gerere amici sedulo,
ut ipsus in gremio osculantem mulierem teneat sedens?
nullon pacto res mandata potest agi, nisi identidem
manus ferát ⟨ei⟩ ad papillas, lábra ab labris nusquam auferat?
nám alia memorare quae illum facere vidi dispudet:
cum manum sub vestimenta ad corpus tetulit Bacchidi
me praesente, neque pudere quicquam. quid verbis opust?
mihi discipulus, tibi sodalis periit, húic filius;
nám ego illum periisse dico quoi quidem periit pudor.
[quid opust verbis? si opperiri vellem paulisper modo,
ut + opinor illius inspectandi mi esset maior copia,
plus viderem quam deceret, quam me atque illo aequom foret.]
Mnes. Perdidisti me, sodalis. egone ut illam mulierem
capitis non perdam? perire me malis malim modis.
satin ut quem tu habeás fidelem tibi aut cui credas néscias?
Lyd. Viden ut aegre patitur gnatum ésse corruptum tuom,
suom sodalem, ut ipsus sese cruciat aegritudine?
Phil. Mnesiloche, hoc tecum oro, ut illius animum atque ingenium regas;
serva tibi sodalem ét mihi filium. Mnes. Factum volo.

---

469 qum *B*, qtum *D* auditu B^2 471 aestuose (-uos *C*), *correxi, cf. 538. 569, Lorenzius ad Pseud. 718* *cf. Truc. 350 sq.; unde fort.* obsorbet queque *CD* 472 esse eam *Guietus* 476 *incipit A* neque *A:* nec *P, Paulus 60* nec *P, Paulus:* ne *A* 478 auscultantem in gṛemio *A* 479 nullo AB^1, nulloñ *C* 480 ferat *P*, f[ẹṛạṇṭ] *A, supplevi* a *AP; cf. Mil. 1335* 481 alia *AP:* illa *Charisius 198* 482 qum *B* manu *AD* detulit *BD* *fort.* bacchidis *A* 484 huic (*sic AP*) *cf. ad Amph. 702* 485 perisse *AP* 486 ọpẹriṛị *AB* 487 *sic AP* (mihi); opera illius *Buechelero duce Anspachius de Bacchidum retr. scaen. 27; cf. Vahlenus Herm. 15, 260* 488 uideẹṛem *A*, uidissem *P* (*fort. item A*) licẹṛẹt *A* illo equm (ẹquum *C*) *P*, [ill] *vel* [illi] ạequọṃ *A* *versibus 486—488 non apte amplificatum esse Lydi sermonem intellexit Vssingius; fort. paralleli sunt ad 481—485, cf. Langenus stud. Plaut. 261 sq.* 489 ụṭ *A: om. P* 491 saṭị[ṇẹ ụṭị] *A* 493 ipsus sese *CD:* ipsus se *B*, [ịpṣẹ ṣẹ]ṣẹ *A* 495 mi ⟨autem⟩ *Hermannus*

LYD. Melius esset, me quoque una si cum illo relinqueres.
PHIL. Adfatim est. LYD. Mnesiloche, cura, ei, concastiga hominem probe,
qui dedecorat te, me amicosque alios flagitiis suis.
PHIL. In te ego hoc onus omne impono. Lyde, sequere hac me. L. Sequor.—

MNES. Inimiciorem nunc utrum credam magis III 4
sodalemne esse an Bacchidem, incertum admodumst.
illum exoptavit potius? habeat. optumest.
ne illa illud hercle cum malo fecit suo;
nam mihi divini numquam quisquam creduat,
ni ego illam exemplis plurumis planeque — amo.
ego faxo hau dicet nactam quem derideat.
nam iam domum ibo atque — aliquid surrupiam patri.
id istí dabo. ego istanc multis ulciscar modis.
adeo égo illam cogam usque ut mendicet — meus pater.
sed satine ego animum mente sincera gero,
qui ad hunc modum haec hic quae futura fabulor?
amo hercle opino, ut pote quod pro certo sciam.
verum quam illa umquam de mea pecunia
ramenta fiat plumea propensior,
mendicum malim mendicando vincere.
numquam edepol viva me inridebit. nam mihi
decretumst renumerare iam omne aurum patri.
igitur mi inani atque inopi subblandibitur
tum quom blandiri nihilo pluris referet,
quam si ad sepulcrum mortuo narres logos.

---

496 melius multo me quoque una si cum hoc reliqueris *A; fort.* melius multo me quoque una simul cum illo reliqueris. *cf. Lorenzius ad Most. 1037* 497 est *om. A* LYD. *Hermannus: om. AP* ị *A*, et *P* 498 amicosque *Camerarius:* amicos atque *P*, amicum atque *A* 499 *recto loco A, post 495 P* ergo *P* inpone (imp. *CD*) *P* 500 MNESILOCVS ADOLESCENS *BD²*, *spat. in AC* inimiciorem *A:* immitiorem *B*, immitior est *CD* 502 optumum est *A* (*cf. Stich. 537*) 503 nị *A* illud: id *A* suo *A:* suo meo *P* 504 *sq. cf. Truc. 344 sq.* 506 haud *P* derideat *P:* deluderet *A; cf. 864. Truc. 280; Rud. 1387, Poen. 1287* 507—508 *uno versu* nam iam domum ibo atque ut mendicet meus pater (*omissis quae intercedunt propter* atque *et* usque) *A* 508 adeo *non qualitatem indicat* (*cf. Langenus symb. 141*) *sed terminum* 511 opinor *AP* 513 fiat *AP:* fiam *Nonius 222* plumea *AP:* plumbea *Nonius* 516 omnem *A* 518 tum quom blandiri nihilo pluris referet *Niemeyerus, Brachmannus:* tum quom nihilo pluris mihi blandiri refert *A*, tum cum mihi nihilo pluris referet *P* 519 narres logos *A:* dicat iocum *P; in A fort. fuit* narret, *sed cf. Pseud. 102 Trin. 410*

[sed autem quam illa umquam meis opulentiis
ramenta fiat gravior aut propensior,
mori me malim éxcruciatum ínopia.]
profecto stabilest me patri aurum reddere.
eadem éxorabo, Chrysalo causa mea
pater ne noceat, neu quid ei suscenseat
mea causa de auro quod eum ludificatus est;
nam illi aequomst me consulere, qui causa mea
mendacium éi dixit. vos me sequimini. —

PISTOCLERVS III 5

Rébus aliis antevortar, Bacchis, quae mandas mihi:
Mnesilochum ut requiram atque ut eum mecum ad te adducam simul.
nam illud animus meus miratur, si a me tetigit nuntius,
quid remoretur. ibo ut visam huc ad eum, si forte est domi.

MNESILOCHVS III 6

Reddidi patri omne aurum. nunc ego illam me velim
convenire, postquam inanis sum, contemptricem meam.
sed veniam mihi quam gravate páter dedit de Chrysalo;
verum postremo impetravi, ut ne quid ei suscenseat.
Pist. Estne hic meus sodalis? Mnes. Estne hic hostis, quem aspicio, meus?
Pist. Certe is est. Mnes. Is est. Pist. Adibo contra et contollam gradum.
salvos sis, Mnesiloche. Mnes. Salve. Pist. Salvos quom peregre advenis,
cena detur. Mnes. Non placet mi cena quae bilem movet.
Pist. Numquae advenienti aegritudo obiecta est? Mnes. Atque acerruma.
Pist. Vnde? Mnes. Ab homine quem mi amicum esse arbitratus sum antidhac.
Pist. Multi more isto atque exemplo vivont, quos cum censeas
esse amicos, reperiuntur falsi falsimoniis,
lingua factiosi, inertes opera, sublesta fide.

---

inter 519 *et* 520 *versuum 512—514 dittographia legitur in P: om. A* 522 ei *P:* eo *A* 524 illi *P:* ei *A* aequom est *A*, equumst *P* 525 ei *A: om. P* Pistoclervs adolescens *B, om. CD, spat. hic, nullum post v. 529 A* 527 adque *A* 528 nunc illuc *A* a me *P:* iam *A* 529 remoratur *P* ut *A:* et *P* 530 Mnesilocvs pistoclervs adolescentes *B, om. CD* reddidit *A* patri ⟨iam⟩ *Reizius; fort.* aurum reddidi patri omne ego *om. A* 535 Pi. adibo *Acidalius:* adibo *AP* contollam *A:* tollam *P* 538 aegrit[udo ad]uenie[nti] *A* acerrume *P* 540—551 *om. A, quo pertinet Charisii adnotatio (p. 205 adlato v. 545)* 'in quibusdam non ferunt', *cf. Studemundus festgr. p. 40 sq. potius haec resecuisse post Plautum aliquis quam adiecisse videtur* 540 uiunt B^1 541 repperiuntur *B* falsis, *corr. Pius* falsismoniis B^1 542 subuesta B^1D, subuecta *C*, subuersa B^2, *corr. Merula*

nullus est quoi non invideant rem secundam optingere;
sibi ne ínvideatur, ipsi ignavia recte cavent.
MNES. Edepol ne tu illorum mores perquam meditate tenes.
sed etiam unum hoc: ex ingenio malo malum inveniunt suo:
nulli amici sunt, inimicos ipsi in sese omnis habent.
ei se cum frustrantur, frustrari alios stolidi existumant.
sicut est hic, quem esse amicum ratus sum atque ipsus sum mihi:
ille, quod in se fuit, accuratum habuit quod posset mali
faceret in me, inconciliaret copias omnis meas.
PIST. Improbum istunc esse oportet hominem. MNES. Ego ita esse arbitror.
PIST. Obsecro hercle loquere, quis is est. MNES. Benevolens vivit tibi.
nam ni ita esset, tecum orarem ut éi quod posses mali
facere faceres. PIST. Dic modo hominem qui sit: si non fecero
ei male aliquo pacto, me esse dicito ignavissimum.
MNES. Nequam homost, verum hercle amicus est tibi. PIST. Tanto magis
dic quis est; nequam hominis ego parvi pendo gratiam.
MNES. Video non potesse quin tibi eius nomen eloquar.
Pistoclere, perdidisti me sodalem funditus.
PIST. Quid istuc est? MNES. Quid est? misine ego ad te ex Epheso epistulam
super amica, ut mi invenires? PIST. Fateor factum, et repperi.
MNES. Quid? tibi non erat meretricum aliarum Athenis copia
quibuscum haberes rem, nisi cum illa quám ego mandassem tibi
occiperes tute + amare et mi ires consultum male?
PIST. Sanun es? MNES. Rem repperi omnem ex tuo magistro. ne nega.
perdidisti me. PIST. Etiamne ultro tuis me prolectas probris?
MNES. Quid? amas Bacchidem? PIST. Duas ergo hic intus eccas Bacchides.
M. Quid? duas? P. Átque ambas sorores. M. Loqueris nunc nugas sciens.

---

543 qui non inuideat, *corr. Dousa* 544 sibimet ne *Bothius; fort.* ⟨sua⟩ ipsi ignaui, *corr. Hermannus* 546 *sententiam distinxit Vahlenus ind. Berol. 1880, 8* 548 ei *Bentleius:* atque ii (hi *CD*) qum *B* frustantur *B* 549 aeque ut ipsus *Fuhrmannus Fleckeisen. ann. 97, 847* 550 ille *B:* ipse *CD* 551 inconciliare (-illare B^1), *corr. Ritschelius* 552 ego *P*, *A n. l.:* ⟨et⟩ ego *Seyffertus stud. Pl. 12* (*cuius locutionis exempla aut repetitum verbum habent aut subaudiendum idem*) *fort.* arbitro *A* 553 o[ḅṣẹc̣ṛọ *A*: obsequere *P* [lo]q[uere] *AP*, eloquere *Fleckeisenus* 558 -ṃ ḥọ[mi]ṇiṣ ⟨ẹgọ⟩ *etiam A;* ⟨pol⟩ ego *Ritschelius*, *fort.* ego hominis nequam 559 tibi: *fort.* ibi *A* 561—662 *deest A* 561 quid sit? *Beckerus, cf. ad Poen. 353* 563 quid *Angelius:* qui 565 tute ⟨etiam⟩ *Seyffertus; fort.* tu rem habere me, *corr. Ritschelius* 566 sanun BC^2: sanum *D*, sanūn C^1 reperi *B* 567 proiectas CD^1 568 Bacchidem PI. duas *Camerarius:* PI. bachidem duas 569 duae, *corr. Pylades*

PIST. Postremo, si pergis parvam mihi fidem arbitrarier,
tollam ego ted in collum atque intro hinc auferam. M. Immo ibo, mane.
PIST. Non maneo, neque tu me habebis falso suspectum. M. Sequor. —

PARASITVS IV 1

Parasitus ego sum hominis nequam atque improbi,
militis, qui amicam secum avexit ex Samo.
nunc me ire iussit ad eam et percontarier,
utrum aurum reddat anne eat secum semul.
tu dudum, puere, cum illac usque isti semul:
quae harum sunt aedes, pulta. adi actutum ad fores.
recede hinc dierecte. ut pulsat propudium!
comesse panem tris pedes latum potes,
fores pultare nescis. ecquis in aedibust?
heus, ecquis hic est? ecquis hoc aperit ostium?
ecquis éxit?

PISTOCLERVS IV 2

Quid istuc? quae istaec est pulsatio?
* quae te mala crux agitat, quí ad istunc modum
alieno viris tuas extentes ostio?
fores paene exfregisti. quid nunc vis tibi?
PAR. Adulescens, salve. PIST. Salve. sed quem quaeritas?
PAR. Bacchidem. PIST. Vtram ergo? PAR. Nil scio nisi Bacchidem.
paucis: me misit miles ad eam Cleomachus,
vel ut ducentos Phílippos reddat aureos
vel ut hinc in Elatiam hodie eat secum semul.
PIST. Non it. negat se ituram. abi et renuntia.
alium illa amat, non illum. duc te ab aedibus.
PAR. Nimis iracunde. PIST. At scin quam iracundus siem?
ne tíbi hercle haud longe est os ab infortunio,

---

570 parum, *corr. Scaliger; cf. Capt. 893, Ter. Eun. 197, Pseud. 467. 477* 571 tet *D* 573 PARASITVS. PVER. ADOLESCENS *BD*[2], *om. CD*[1] 575 percunctarier 577 puer cum illa 579 recedin *Bothius;* istinc *Bachius in Studemundi stud. 2, 273* 580 commesse *BC* 581 PVER *ante* ecquis ecquis *Scaliger:* ecquis his aedibus est 583 *post* exit *novae scaenae inscr.* PISTOCLERVS ADOLESCENS *B*[1] (PARASITVS *add. B*[2]), PIST M̄ PA *D*[2], *spat. CD* 584 quae ς: qui; *cf. Aul. 631.* qui⟨d est? quae⟩ *Seyffertus; fort.* ⟨dic⟩ quae 586 effregisti *CD* 587 MNES. *pro* PIST. *per totam scaenam CD*[1] 588 utramne *Bothius* 589 *post* paucis *distinxit Vssingius; cf. Men. 779* 590 philippios *B*[1] 591 semel *B*[1] 592 PA *D*[1], *om. C* negat se *Ritschelius:* negato esse; *cf. Stich. 256*

ita dentifrangibula haec meis manibus gestiunt.
Par. Cum ego huius verba interpretor, mihi cautiost,
ne nucifrangibula excussit ex malis meis.
tuo ego istaec igitur dicam illi periculo.
Pist. Quid ais tu? Par. Ego istuc illi dicam. Pist. Dic mihi,
quis tu es? Par. Illius sum integumentum corporis.
Pist. Nequam esse oportet cui tu integumentum improbu's.
Par. Sufflatus ille huc veniet. Pist. Dirrumptum velim.
Par. Numquid vis? Pist. Abeas. celeriter factost opus.
Par. Vale, dentifrangibule. — Pist. Et tu, integumentum, vale.
in eum nunc haec res vénit locum, ut quid consili
dem meo sodali super amica nesciam,
qui iratus renumeravit omne aurum patri,
neque nummus ullust qui reddatur militi.
sed huc concedam, nam concrepuerunt fores.
Mnesilochus eccum maestus progreditur foras.

MNESILOCHVS IV 3

Pétulans, protervo íracundo ánimo, indomito incógitato,
sine modo et modestia sum, sine bono iure atque honore,
incredibilis imposque animi, ínamabilis inlepidus vivo,
malevolente ingenio natus. postremo id mi est quod volo
ego esse áliis. credibile hóc est? 615a
nequiór nemost neque indígnior quoi
di béne faciant neque quém quisquam 616a
homo aút amet aút ádeat.
inimícos quam amícos aequómst med habére,
malós quam bonós par magís me iuváre.
ómnibus probris, quae ímprobis viris
dígna sunt, dígnior núllus est homo;

---

596 dentifragibula *et 598* nucifragibula, *605* dentifragibule *Bergkius op. 1, 124* 602 inprobus es *i. e. cui tu, qui improbus es, integumentum es* (tam int. inprobumst *Lambinus, Bothius*) 603 dirruptum B^2 604 nunc quid 606 res uenit *L.:* reuenit res; *cf. ad v. 55* 612 Mnesilocvs pistoclervs adolescentes *B,* Mnesilochvs D^2, *om.* CD^1 propteruo, *cf. Loewius gl. nom. 184* 614 incredibiles sim postque B^1 615 nolo *B ante corr.* '*i. e. quod mihi esse nolo*' *Vssingius* 615a—617 *disp. BC:* ego — nemost | neque — adeat 615a *clausula anapaestica ut 617 iambica:* uolo *et* ego, quoi *et* faciant, quisquam *et* homo *non versuum finibus dirimuntur sed colorum* 616 quoi *B:* quo CD^2, qui D^1 618 equust *B,* equiumst *D,* equiust *C* me; *fort.* aequómst me habere *et v. 619* magis mé iuuare 620 quae improbris B^1CD

quí patri réddidi omne aúrum amans, ⟨mihi⟩
quód fuit praé manu. súmne ego homo miser?
pérdidi mé simulque óperam Chrysali.
PI. Consólandus hic mist, íbo ad eum.
Mnesíloche, quid fit? MN. Périi.
PI. Di mélius faciant. MN. Périi. 626a
PI. Non táces, insipiens? MN. Táceam?
PI. Sanús satis non es. MN. Périi. 627a
múlta mala mi in péctore nunc ácria atque acérba eveniunt.
criminin me habuisse fídem? immérito tibi íratus fui.
PI. Heia, bonum habe ánimum. MN. Vnde habeam? mortuos pluris pretist
quam égo sum. PI. Militis parasitus venerat modo aurum petere hinc,
eum ego meis dictis malis his foribus atque hac ⟨platea abegi⟩;
reppuli, reieci hominem. MN. Quid mi id prodest? ⟨quom ipse veniet,⟩
quid faciam? nil habeo miser. ille quidem hanc abducet, scio.
PI. Si mihi sit, nón pollicear. MN. Scio, dares, novi ⟨tuom⟩.
sed nisi ames, non habeam tibi fidem tantam; ⟨eó quod amas tamen⟩
nunc agitas sat tute tuarum rérum; ⟨sin libér sies⟩
egone ut opem mi ferre posse pútem inopem te? ⟨non potest⟩.
PI. Tace modo: deus respiciet nos aliquis. MN. Nugae. ⟨vale⟩. 638a
P. Mane. M. Quid est? P. Tuam cópiam eccam Chrysalum video. ⟨tace.⟩

CHRYSALVS IV 4

Hunc hóminem decet auro éxpendi, huic décet statuam statui éx auro;
nam dúplex hodie facinús feci, duplicíbus spoliis sum adféctus.
érum maiorem méum ut ego hodie lúsi lepide, ut lúdificatust.
cállidum senem cállidis dolis
cómpuli et pérpuli, mi ómnia ut créderet.

---

622 reddi *B*[1] amens *Saracenus* *supplevi* 623 ego miser homo miser *B*[1] 624 simulque *L.*: atque 626. 626[a] *et* 627. 627[a] *coniuncti fort. dactyli sunt, cf.* (*988 sq.*) *Cas. 747 sq.* 628 acri *CD* acerua *C*, acerbi *D* 629 *sq. cf. Richterus in Studemundi stud. 1, 543*, *qui anapaestos dimetitur* 629 fidem me habuisse *Bothius* tibi *cf. Herm. 18, 584* 630 *sq. disp. B:* eia — sum | militis — hinc 630 eia (eiia *B*[1]) habe bonum *Ritschelius* 631 modo uenerat, *correxi* 632—639 *supplementa ad sententiam praeter 638 sq. necessaria* (*quae mea sunt praeter* tuom *v. 635 quod reposuit Ritschelius*) *ostendunt in archetypo dextram paginae partem laesam fuisse* 633 repuli *BD* 635 mihi est *B*, mihist *C*, michist *D*, *corr. Camerarius* deres *B*[1], dare *D*[1] 637 satrute *CD*[1] *cf. Ter. Heaut. 225* 638 putem posse, *correxi* 639 eccum *B*[2] 640 CRISALVS SERVVS. MNESILOCVS PISTOCLERVS. ADOLESCENTES *B*, *om. CD* 642 ludificatus est 644 pepuli *B ante corr.*

núnc amanti ero fílio senis,
quícum égo bibo, quícum édo et amo,
régias cópias aúreasque óptuli,
út domo súmeret neú foris quaéreret.
nón mihi istí placent Pármenonés, Syri,
quí duas aut trís minas aúferunt eris.
néquius nil ést quam egens cónsili servós, nisi
hábet multipotens péctus:
úbicumque usús siet, péctore expromát suo.
nullús frugi esse pótest homo,
nisi qui ét bene et mále facere tenet.
ímprobis cum ímprobus sit, hárpaget fúribus,
fúretur quód queat,
vórsipellem frúgi cónvenit esse hominem,
péctus quoi sapít: bonus sít bonis, malus sít malis;
utcúmque res sit, ita ánimum hábeat.
séd lubet scíre quantum aúrum erus sibi
démpsit et quíd suo réddidit patri.
sí frugi est, Hérculem fécit ex patre:
décimam partem eí dedit, síbi novem abstulit.
séd quem quaero óptume eccum óbviam mihi est.
núm qui nummi éxciderúnt, ere, tibi,
quod síc terram optuére?

---

645. 646 *et* 647. 648 *coniuncti* 646 *vulgo dim. iamb.* 647 *expectes* aureas, *cf. ad Trin. 111* 649 placent isti *CD* 651 *sq. disp. B:* nequius — habet | multipotens — suo 651 consilii *C:* consiliis *B,* consilio *D* 653 suo *om. CD* 655 bene facere et male *Ritschelius* 656. 657 *coniuncti* 656 cum *coniunctio est* arpaget *de metro cf. Curc. 112 sq. Pers. 805* 658 uesipellem B^1 (uers. B^2) 661 utcumque: ut que cum B^1 *duo cola Reiziana a* vorsipellem *v. 658 apodosis incipit. hoc dicit: homo frugi utrumque callere debet; licet improbus et fur sit improbis et furibus, licet furetur quod queat, hoc non satis est: si frugi esse vult duplici natura uti debet, etiam bonus esse bonis, non tantum malus malis, utrumvis ut res fert* 663—699 *extant in A, sed perierunt plurima;* 668—670 *in summa cum P conspirant,* 668[a] *non legitur* 664 ecquid B^1, ut quid D^1 667 *Charisius 209* Plautus in Bacchidibus: oho (*cf. Pseud. 988*) oportune mihi est obuiam; *cf. ad 312. 681* ecce, *corr. Langenus symb. 3* 668. 668[a] *sic disp. AP; in tetrametrum iambicum aut troch. coniungi nequeunt, cum neque* excidĕrunt *sic posuerit* (*cf. ad Poen. 21, Brixius ad Mil. 62*) *nec* optuĕre *ullo certo exemplo* (*quale Ter. Heaut. 403*) *comprobari possit, cf. ad Most. 69. 837 Capt. 557 Truc. 599; Brixius ad Trin.*[3] *708. utitur Plautus trisyllabis* contui intuor *in fine versus colive* (*cf. Rud. 441*)

quid vós maestos tam trístesque esse cónspicor?
non plácet nec temere est étiam. quin mihi réspondetis?

Mnes. Chrýsale, occidi. Chrys. Fortassis tu auri dempsisti parum?
Mnes. Quam, malum, parum? immo vero nimio minus multo parum.
Chrys. Quid igitur, stulte? ⟨an tu,⟩ quoniam occasio ad eam rem fuit
mea virtute parta, ut quantum velles tantum sumeres,
sic hoc digitulis duobus sumebas primoribus?
an nescibas quam eius modi hómini raro tempus se daret?
Mnes. Erras. Chrys. At quidem túte errasti, cum parum immersti ampliter.
Mnes. Pol tu quam nunc med accuses magis, si magis rem noveris.
occidi. Chrys. Animus iam istoc dicto plus praesagitur mali.
Mnes. Perii. Chrys. Quid ita? Mnes. Quia patri omne cum ramento reddidi.
Chrys. Reddidisti? M. Reddidi. C. Omnene? M. Oppido. C. Occisi sumus.
qui in mentem venit tibi istuc facinus facere tam malum?
Mnes. Bacchidem atque hunc suspicabar propter crimen, Chrysale,
mi male consuluisse: ob eam rem omne aurum iratus reddidi
meo patri. Chrys. Quid, ubi reddebas aurum, dixisti patri?
Mnes. Mé id aurum accepisse extemplo ab hospite Archidemide. Chrys. Em,
istoc dicto dédisti hodie ín cruciatum Chrysalum;
nam úbi me aspiciet, ad carnuficem rapiet continuo senex.
Mnes. Ego patrem exoravi. Chrys. Nempe ergo hoc ut faceret quod loquor?
Mnes. Immo tibi ne noceat neu quid ob eam rem suscenseat;
atque aegre impetravi. nunc hoc tibi curandumst, Chrysale.
Chrys. Quid vis curem? Mnes. Vt ad senem etiam álteram facias viam.
compara, fabricare finge quod lubet, conglutina,
ut senem hodie doctum docte fallas aurumque auferas.
Chrys. Vix videtur fieri posse. Mnes. Perge, ac facile ecfeceris.

---

669 maestos tam *sub uno accentu* 670 quin *P*: quid *A* [mihi] respondetis *AP* (*dim. anap. cum clausula Reiz.*): respondetis mihi *Acidalius* (*sept. troch.*) 671 [fort]asse — *A* 671. 672 *inverso ordine P* 672 quia (qua *B ante corr.*), *corr. Fritzschius, cf. Seyffertus Burs. act. 1890, 54* nimio minus multo parum *P*: — inus multo quam parum *A* (*in quo tale quid fuerit:* pol minus) 673 *supplevi; in A tantum legitur* -o ad eam rem fuit *cf. Vahlenus relat. acad. Berol. 1881, 349* 675 si *B; A n. l.* 676 nesciebas *P; A n. l.* 677 immer]si *A* 678 me *P; A n. l.* 679 occidi *Chrysalo codd., Mnesilocho tribuit Dousa* animis iam stoc *Nonius 476* 681 redidisti *et* redidi *et 685* redebas *B*¹ (*A n. l.*) *Charis. 209* Pl. in Bacchidibus: reddidi aurum omne oppido 684 mi *Lambinus:* me *CD, om. B,* [mihi] *A* 686 hem *CD, A n. l.* 687 dedis[ti *AP; possis* istoc ⟨enim⟩, *cf. Men. 250* 691 curandu st *B,* curandus est *CD, A n. l.* 695 haec feceris *P, A n. l.*

Chrys. Quam, malum, fácile, quem mendaci prendit manufesto modo?
quem si orem ut mihi nil credat, id non ausit credere.
Mnes. Immo si audias quae dicta dixit me adversum tibi.
Chrys. Quid dixit? Mnes. Si tu illum solem sibi solem esse diceres,
se illum lunam credere esse et noctem qui nunc est dies.
Chrys. Emungam hercle hominem probe hodie, ne id nequiquam dixerit.
Mnes. Nunc quid nos vis facere? Chrys. Énim nil nisi ut ametis impero.
ceterum quantum lubet me poscitote aurum: ego dabo.
quid mihi refert Chrysalo esse nomen, nisi factis probo?
sed nunc quantillum usust auri tibi, Mnesiloche? dic mihi.
Mnes. Militi nummis ducentis iam usus est pro Bacchide.
Chrys. Ego dabo. Mnes. Tum nobis opus est sumptu. C. Ah, placide volo
unum quidque agamus: hoc ubi egero, tum istuc agam.
de ducentis nummis primum intendam ballistam in senem;
ea ballista si pervortam turrim et propugnacula,
recta porta invadam extemplo in oppidum anticum et vetus:
si id capso, geritote amicis vostris aurum corbibus,
sicut animus sperat. Pist. Apud test animus noster, Chrysale.
Chrys. Nunc tu abi intro, Pistoclere, ad Bacchidem, atque ecfer cito
Pist. Quid? C. Stilum, ceram et tabellas, linum. P. Iam faxo hic erunt. —
Mnes. Quid nunc es facturus? id mihi dice. Chrys. Coctumst prandium?
vos duo eritis atque amica tua erit tecum tertia?
Mnes. Sicut dicis. Chrys. Pistoclero nulla amica est? M. Immo adest.
alteram ille amat sororem, ego alteram, ambas Bacchides.
Chrys. Quid tu loquere? Mnes. Hoc, ut futuri sumus. Chrys. Vbist biclinium
vobis stratum? Mnes. Quid id exquaeris? Chrys. Res itast, dici volo.
nescis quid ego acturus sim nec facinus quantum exordiar.
Mnes. Cedo manum ac subsequere propius me ad fores. intro inspice.
Chrys. Euax, nimis bellus átque ut esse maxume optabam locus.
Pist. Quae imperavisti. imperatum bene bonis factum ilicost.

---

696 q[u]am AB^2: qua B^1D, qa *C* [prehendit man]ufesto *AP* 700—921 *desunt in A* 701 emugam *B* 702 Mn. *Merula:* Pist. enim nihil *Camerarius:* enim nihil est (*ante* enim *ras. 3 litt. B*); nil enim *Muellerus* 705 quantulum usus est *CD* aurum *ut vid.* B^1 707 sumptui B^1 a *CD* 709 balistam B^1 710 ea balista *B*, etaballista (-am D^1) *CD* 712 nostris DB^2 713 sicui, *corr. Scioppius* 715 stilum et tabellas, ceram, linum *Vssingius* Pist. *ς:* Mn. 716 Mn. *om.* coctum *CD* 718 pistoclere B^1CD 720 loqueris 721 exquiris B^2 722 neque 724. 725 euhax *B* bellust *Ritschelius,* bellum — locum *Studemundus stud. 1, 516; cf. ad v. 90* 726 quae imperauisti *cf. Cas. 358. neque ellipsis probabilis est neque altera*

Chrys. Quid parasti? Pist. Quae parari tu iussisti ómnia.
Chrys. Cape stilum propere et tabellas tu has tibi. Mnes. Quid postea?
Chrys. Quod iubebo scribito istic. nam propterea ⟨te⟩ volo
scribere, ut pater cognoscat litteras quando legat.
scribe. Mnes. Quid scribam? Chrys. Salutem tuo patri verbis tuis.
Pist. Quid si potius morbum mortem scribat? id erit rectius.
C. Ne interturba. M. Iam imperatum in cera inest. C. Dic quem ad modum.
Mnes. ‘Mnesilochus salutem dicit suo patri.’ Chrys. Adscribe hoc cito:
‘Chrysalus mihi usque quaque loquitur nec recte, pater,
quia tibi aurum reddidi et quía non te fraudaverim.’
Pist. Mane dum scribit. Chrys. Celerem oportet esse amatoris manum.
P. Atque + idem hercle em perdundum magis quam ad scribundumst cito.
M. Loquere. hoc scriptumst. C. ‘Nunc, pater mi, proin tu ab eo ut caveas tibi,
sycophantias componit, aurum ut abs ted auferat;
et profecto se ablaturum dixit.’ plane adscribito.
Mnes. Dic modo. Chrys. ‘Atque id pollicetur se daturum aurum mihi.
quod dem scortis quodque in lustris comedim congraecem, pater.
sed, pater, vide né tibi hodie verba det: quaeso cave.’
M. Loquere porro. C. Adscribe dum etiam. M. Loquere quid scribam modo.
Chrys. ‘Sed, pater, quod promisisti mihi, te quaeso ut memineris,
ne illum verberes; verum apud te vinctum adservato domi.’
cedo tu ceram ac linum actutum. age obliga, obsigna cito.
Mnes. Obsecro, quid istís ad istunc usust conscriptis modum,
ut tibi ne quid credat atque ut vinctum te adservet domi?
Chrys. Quia mi ita lubet. potin ut cures te atque ut ne parcas mihi?
mea fiducia ópus conduxi et meo periclo rem gero.

Gronovii ratio observ. 442. ordo sic restituendus erit: quid parasti? *P.* quae parari tu iussisti: em omnia quae imperauisti. imperatum *e. q. s.* 727 parusti *B*¹ paraui *B*¹, parare *D;* parare tu me *Ritschelius* 728 tu has *Merula:* tuas 729 ⟨te⟩ *Camerarius* 730 literas 732 morbum et mortem *B; cf. Lachmannus ad Lucr. 80* 733 ne interturba *Mnesilocho codd., Chrysalo Ritschelius tribuit* 734 asscribe *CD, item 741. 745* cito hoc cito *B*¹ 736 aurum tibi aurum *B*¹ noenum (*cf. gloss. Plaut.*) *Lachmannus ad Lucr. 150;* defraudauerim *Camerarius; possis* reddidi ⟨omne⟩ 738 hem *CD* asscribundum scito *CD,* adscribendum cito *B* at quidem hercle est ad perdundum magis quam ad scribundum cita *Camerarius, Muellerus, Hermannus.* atque *concessivum tenere malo, fort.* atque, si est, hercle ad perdundum magis quam ad scribundumst cito 739 proin**tu *B* 740 sicophantias (sichoph. *B*) te 743 illustris *D*¹, *Noni 83 codd. fere* comedim *B*¹, *testatur Nonius:* comedam congraecem: et congregem *codd.* congreger *Nonius* 744 vide *om. CD* 745 etiam *om. B*¹; *Mnesilocho tribuitur, corr. Bothius* modo *om. B*¹ 748 hac *B* cito *om. B*¹ 749 usus est *CD* 752 et *del. Fritzschius* periculo

Mnes. Aequom dicis. C. Cedo tabellas. M. Accipe. C. Animum advortite.
Mnesiloche et tu, Pistoclere, iam facite in biclinio
cum amica sua uterque accubitum eatis, ita negotiumst,
atque ibidem ubi nunc sunt lecti strati potetis cito.
Pist. Numquid aliud? Chrys. Hoc, atque etiam: úbi erit accubitum semel,
ne quoquam exsurgatis, donec a me erit signum datum.
Pist. O imperatorem probum! Chrys. Iam bis bibisse oportuit.
Mnes. Fugimus. — Chrys. Vos vostrum curate officium, ego efficiam meum.

insánum magnum molior negotium, IV 5
metuoque ut hodie possiem emolirier.
sed nunc truculento mi atque saevo usus senest;
nam non conducit húic sycophantiae
senem tranquillum ésse ubi me aspexerit.
versabo ego illum hodie, si vivo, probe.
tam frictum ego illum reddam quam frictum est cicer.
adambulabo ad ostium, ut, quando exeat,
extemplo advenienti ei tabellas dem in manum.

NICOBVLVS IV 6

Nimium illaec res est magnae dividiae mihi,
supterfugisse sic mihi hodie Chrysalum.
Chrys. Salvos sum, iratus est senex. nunc est mihi
adeundi ad hominem tempus. Nic. Quis loquitur prope?
atque hic quidem, opinor, Chrysalust. Chrys. Accessero.
Nic. Bone serve, salve. quid fit? quam mox navigo
in Ephesum, ut aurum repetam ab Theotimo domum?
taces? per omnis deos adiuro, ut ni meum
gnatum tam amem atque ei facta cupiam quae is velit,
ut tua iam virgis latera lacerentur probe
ferratusque in pistrino aetatem conteras.
omnia rescivi scelera ex Mnesilocho tua.

---

753 Mn. ς: Pist. 755 acubitum, *item BC 757* 757 *cf. Vahlenus l. s. ad v. 546* 759 o *om. B*[1] Chr. *Acidalius: om.* 760 Mn. ς: Pist. *D, om. BC* fugiamus, *corr. Fritzschius ind. Rost. 1846, 7* 761 Chrisalvs servvs *B, om. CD* insanum magnum *testatur Paulus 113* 762 possim *CD, cf. Muellerus pros. add. 83, Amph. 130* emolier *B*[1] 763 usust *B*[1] 764 *cf. ad 484* sicophantie *CD,* sicofantiae *B* 765 ⟨mi⟩ esse *Hermannus* 766 *vel* illunc 768 hostium 770 Nicobolvs senex crisalvs servvs *B, om. CD* nimio, *correxi, cf. Truc. 704* mane, *corr. Pylades* 774 chrisalus, *corr. Camerarius* 776 theothimo *B*, te othimo (o *ex* ū *D*), te ohimo *C* 780 uirgas *B*[1]

CHRYS. Men criminatust? optimest: ego sum malus,
ego sum sacer, scelestus. specta rem modo;
ego verbum faciam ⟨nullum⟩. NIC. Etiam, carnufex,
minitare? CHRYS. Nosces tu illum actutum qualis sit.
nunc has tabellas ferre me iussit tibi.
orabat, quod istic esset scriptum ut fieret.
NIC. Cedo. CHRYS. Nosce signum. NIC. Novi. ubi ipse est? CHRYS. Nescio.
nil iam me oportet scire. oblitus sum omnia.
scio me ésse servom. nescio etiam id quod scio.
nunc ab trasenna hic turdus lumbricum petit;
pendebit hodie pulcre, ita intendi tenus.
NIC. Mane dum parumper; iam exeo ad te, Chrysale. —
CHRYS. Vt verba mihi dat, ut nescio quam rem gerat.
servos arcessit intus qui me vinciant.
bene navis agitatur, pulcre haec confertur ratis.
sed conticiscam, nam audio aperiri fores.
NIC. Constringe tu illi, Artamo, actutum manus. IV 7
CHRYS. Quid feci? NIC. Impinge pugnum, si muttiverit.
quid hae locuntur litterae? CHRYS. Quid me rogas?
ut ab illo accepi, ad te obsignatas attuli.
NIC. Eho tu, * loquitatusne es gnato meo
male per sermonem, quia mi id aurum reddidit,
et te dixisti id aurum ablaturum tamen
per sycophantiam? CHRYS. Egone istuc dixi? NIC. Ita.
CHRYS. Quis homost qui dicat me dixisse istuc? NIC. Tace,
nullus homo dicit: hae tabellae te arguont,
quas tu attulisti. em hae te vinciri iubent.
CHRYS. Aha, Bellorophontem tuos me fecit filius:
egomet tabellas tetuli ut vincirer. sine.
NIC. Propterea hoc facio, ut suadeas gnato meo

---

783 criminatus est *CD* 785 ⟨nullum⟩ *Ritschelius*, ⟨nullum iam⟩ *Muellerus pros. 645* 787 hasce 788 quid C^1, ut quod *B* 792 transenna turdus lubricum *Nonius 6* 793 intendi tenus *Nonius:* intendit erus (enus B^2, erius D^1); 'tenus est laqueus' *Nonius, cf. Serv. ad Aen. 6, 62* 794 ad te exeo, *corr. Guietus* 795 bene scio *Abrahamus* 797 *cf. ad v. 90 et Men. 344* hic B^1 798 coticiscam B^1 799 NICOBOLVS SENEX. CHRISALVS SERVVS LORARIVS *B, om. CD* *vel* illic 801 litere *CD* 803 tu ⟨scelus⟩ *Ritschelius* 806 sicophantiam *codd.*, sycophantias *Camerarius, cf. 740 (Pseud. 527)* 809 hem *CD* 810 aha *priore v.* bello rophontem (rophantem *B*) iam; *cf. ad Amph. arg. 1, 2, de* Bellerophanta *Ritschelius op. 4, 296, qui* iam *a correctura* (-tam) *repetit; cf.* Aristophontes *Captivorum* 811 detuli CDB^2 ut *om. B*

ut pergraecetur tecum, tervenefice.
CHRYS. O stulte, stulte, nescis nunc venire te;
atque in eopse adstas lapide, ut praeco praedicat.
NIC. Responde: quis me vendit? CHRYS. Quem di diligunt
adulescens moritur, dum valet sentit sapit.
hunc si ullus deus amaret, plus annis decem,
plus iam viginti mortuom esse oportuit:
terrai ódium ámbulat, iam nil sapit
nec sentit, tantist quantist fungus putidus.
NIC. Tun terrae me odium esse autumas? abducite hunc
intro atque adstringite ad columnam fortiter.
numquam auferes hinc aurum. CHRYS. Át qui iam dabis.
NIC. Dabo? CHRYS. Atque orabis me quidem ultro ut auferam,
cum illum rescisces criminatorem meum
quanto in periclo et quanta in pernicie siet.
tum libertatem Chrysalo largibere;
ego adeo numquam accipiam. NIC. Dic, scelerum caput,
dic, quo in periclo est meus Mnesilochus filius?
CHRYS. Sequere hac me, faxo iam scies. NIC. Quo gentium?
CHRYS. Tres unos passus. NIC. Vel decem. CHRYS. Agedum tu, Artamo,
forem hanc pauxillum áperi; placide, ne crepa;
sat est. accede huc tu. viden convivium?
NIC. Video exadvorsum Pistoclerum et Bacchidem.
CHRYS. Qui sunt in lecto illo altero? NIC. Interii miser.
CHRYS. Novistine hominem? NIC. Novi. CHRYS. Dic sodes mihi,
bellan videtur specie mulier? NIC. Admodum.
CHRYS. Quid illám, meretricemne esse censes? NIC. Quippini?
CHRYS. Frustra es. NIC. Quis igitur obsecrost? CHRYS. Inveneris.
ex me quidem hodie numquam fies certior.

CLEOMACHVS IV 8

Meamne híc Mnesilochus, Nicobuli filius,
per vim ut retineat mulierem? quae haec factiost?

---

813 pergregetur 815 in eo ipso 816 diligunt di *CD* *Menander frg. 125 K.* *ὃν οἱ θεοὶ φιλοῦσιν ἀποθνῄσκει νέος* 820 terre *fort.* ⟨iam⟩ odium 824 numququam *B* at ⟨pol⟩ *Muellerus* 826 qum *B* reccisces *B*¹ 827 periculo pernitie *BD*², permittie *CD*¹ 828 lagibere *B*¹ 830 periculo *B* 833 pausillum *B*, pauxillulum *Pylades* crepet *Angelius* 839 quippeni 840 frustra es ς: frustres 842 MILES. NICOBOLVS SENEX. CHRYSAL̃. S. *B* (*deinde praem.* CLEOM), NICOBOL. CLEOMAC̄ CRIS *D*², *om.* *CD*¹

NIC. Quis illést? CHRYS. Per tempus hic venit miles mihi.
CLEOM. Non me arbitratur militem, sed mulierem,
qui me meosque non queam defendere.
nam neque Bellona mi umquam neque Mars creduat,
ni illum exanimalem faxo, si convenero,
nive exheredem fecero vitae suae.
NIC. Chrysale, quis ille est qui minitatur filio?
CHRYS. Vir hic ést illius mulieris quacum accubat.
NIC. Quid, vir? CHRYS. Vir, inquam. NIC. Nuptanest illa, obsecro?
CHRYS. Scies haúd multo post. NIC. Oppido interii miser.
CHRYS. Quid nunc? scelestus tibi videtur Chrysalus?
age nunc vincito me, auscultato filio.
dixin tibi ego illum invénturum te qualis sit?
NIC. Quid nunc ego faciam? CHRYS. Iube sis me exsolvi cito;
nam ní ego exsolvor, iam manufesto hominem opprimet.
CLEOM. Nihil est lucri quod me hodie facere mavelim,
quam illum cubantem cum illa opprimere, ambo ut necem.
CHRYS. Audin quae loquitur? quin tu me exsolvi iubes?
NIC. Exsolvite istum. perii, pertimui miser.
CLEOM. Tum illam, quae corpus publicat volgo suom,
faxo se haud dicat nactam quem derideat.
CHRYS. Pacisci cum illo paulula pecunia
potes. NIC. Pacisce ergo, obsecro, quid tibi lubet,
dum ne manifesto hominem opprimat neve enicet.
CLEOM. Nunc nisi ducenti Philippi redduntur mihi,
iam illorum ego animam amborum exsorbebo oppido.
NIC. Em illuc pacisce, si potes; perge obsecro,
pacisce quid vis. CHRYS. Ibo et faciam sedulo.
quid clamas? CLEOM. Vbi erus tuos est? CHRYS. Nusquam. nescio.
vis tibi ducentos nummos iam promittier,
ut ne clamorem hic facias neu convicium?
CLEOM. Nihil est quod malim. CHRYS. Atque ut tibi mala multa ingeram?

---

850 minatur *CD* 851 quacum *cf. ad Amph. 114* 852 nupta est, *corr. Pylades* 856 tibi *del. Kaempfius 11* siet; *cf. 786* (inuenturum te *sub uno accentu*) 863 illaec *Bachius de attr. inv. 33 probabiliter* 866 paciscere, *corr. Bothius; cum obiecto activam, absolute positum medialem formam verbum tenet; cf. 870 sq. 879* 869 exorbebo *B¹C*, exorbabo *D* 870 N. *s:* em — potes *Chrysali* hem *D*, ħ em *C* illoc pacisscere *B*, paciscere *CD*, *corr. Bothius* potest *B¹* 871 paciscere *CDB²* 872 eros *B* 873 iam *om. B¹*

CLEOM. Tuo arbitratu. NIC. Vt subblanditur carnufex.
CHRYS. Pater hic Mnesilochi est; sequere, is promittet tibi.
tu aurum rogato; ceterum verbum sat est.
NIC. Quid fit? CHRYS. Ducentis Philippis rem pepigi. NIC. Ah, salus
mea, servavisti me. quam mox dico 'dabo'?
CHRYS. Roga hunc tu, tu promitte huic. NIC. Promitto, roga.
CLEOM. Ducentos nummos aureos Philippós probos
dabin? CHRYS. 'Dabuntur' inque. responde. NIC. Dabo.
CHRYS. Quid nunc, impure? numquid debetur tibi?
quid illi molestu's? quid illum morte territas?
et ego te et ille mactámus infortunio.
si tibi est machaera, at nobis veruinast domi:
qua quidem te faciam, si tu me inritaveris,
confossiorem soricina nenia.
iam dudum hercle equidem sentio, suspicio
quae te sollicitet: eum esse cum illa muliere.
CLEOM. Immo est quoque. CHRYS. Ita me Iuppiter Iuno Ceres
Minerva + Latona Spes Opis Virtus Venus
Castor Polluces Mars Mercurius Hercules
Summanus Sol Saturnus dique omnes ament,
ut ille cum illa neque cubat neque ambulat
neque osculatur neque illud quod dici solet.
NIC. Vt iurat! servat me ille suis periuriis.
CLEOM. Vbi nunc Mnesilochus ergost? CHRYS. Rus misit pater.
illa autem in arcem ábiit aedem visere
Minervae. nunc apertast. i, vise estne ibi.
CLEOM. Abeo ad forum igitur. CHRYS. Vél hercle in malam crucem.

---

876 subbanditur B^1, sublanditur *D* 879 uah, *corr. Bothius* 880 seruasti 885 quia illum, *corr. Camerarius* 887 *sq. Festus 161* (*cf. Paulus 163*) quidam aiunt naeniae ductum nomen ab extremi intestini uocabulo ⟨— —⟩nio utitur Plautus ⟨in Bacchidibus: — — ma⟩chedem ad nob⟨is — —⟩ te reddam u⟨bi — — confossio⟩rem soricina nenia 887 si tibi est machera et nobis *codd.; apud Festum fuisse* si tibi machaera est at nobis *Vssingius vidit;* si tibi machera est foris, at mihi *sq. Fulgentius 564* ueruina est *Fulgentius:* uerbina st B^1, urbina est *CD,* uerbena st B^2 888 faciam si: reddam u⟨bi⟩ *Festus* 889 *Donatus ad Eun. 5, 6, 23* confossiorem te faciam soricina menia 890 iandudum *B* 892 est *om. B* iupiter *B* 893 Luna *Bergkius op. 1, 36; nec transponendo* (Spes Latona *Guietus*) *Latonae nomen probabilius fit nec si Minervae quadrisyllabum facias* opes *B,* obs *D* 895 submanus 897 auscultatur 900 *cf. 171* 901 *cf. Beckerus in Studemundi stud. 1, 206* 902 uel — crucem *Nicobuli, corr. Merula* uel ⟨tu⟩ *Kampmannus, cf. ad Aul. 832; fort.* ⟨abi⟩ in

CLEOM. Hodie exigam aurum hoc? CHRYS. Exige, ac suspende te:
ne supplicare ⟨hunc⟩ censeas ⟨tibi⟩, nihili homo. —
ille est amotus. sine me (per te, ere, opsecro
deos immortales) ire huc intro ad filium.
NIC. Quid eo intro ibis? CHRYS. Vt eum dictis plurumis
castigem, cum haec sic facta ad hunc faciat modum.
NIC. Immo oro ut facias, Chrysale, et ted opsecro,
cave pársis in eum dicere. CHRYS. Etiam me mones?
satin est si plura ex me audiet hodie mala,
quam audivit umquam Clinia ex Demetrio? —
NIC. Lippi illic oculi servos est simillimus:
si non est, nolis esse neque desideres;
si est, abstinere quin attingas non queas.
nam ni illic hodie forte fortuna hic foret,
miles Mnesilochum cum uxore opprimeret sua
atque obtruncaret moechum manufestarium.
nunc quasi ducentis Phílippis emi filium,
quos dare promisi militi: quos non dabo
temere etiam prius quam filium convenero.
numquam edepol quicquam temere credam Chrysalo;
verum lubet etiam mi has perlegere denuo:
aequomst tabellis consignatis credere. —

CHRYSALVS IV 9

Atrídae duo fratrés cluent fecísse facinus máxumum,
quom Priami patriam Pergamum divina moenitum manu
armis, equis, exercitu atque eximiis bellatoribus
mille cum numero navium decumo anno post subegerunt.
non pedibus termento fuit praeut égo erum expugnabo meum

---

904 suplicare *B*, subplicare *D* *supplevi post alios* 908 facta sic (si B^1), *corr. Camerarius* huc B^1 909 te C^1DB^2 912 *cf. Herm. 18, 559. fallitur Kockius com. frg. 2, 313* 913 ille *cf. Pers. 11* 915 nequeas B^1 919 philippeis *B* 920 dere B^1 922—961 *habet A* 922 temere quicquam *A* 924 aequonst *A*, (a)equum est *CD* 925 CRISALVS SERVVS. NICOBOLVS SENEX *B*, CHRISALVS *D*, *om. C*, *spat. A* *canticum tractavit Kiesslingius in analectis Plautinis (ind. Gryphisw. 1878)* atridae AB^2: atridas B^1, adtrides *D*, trides *C* 927 atque eximiis *P*: at eximieis *A* 928 mille cum *P*: mille post *A*; *i. e.* milli, *cf. Gellius 1, 16, 10 sq. Truc. 485* 929 non pedibus termento fuit *AP*, *sed* tormento *P et super* pedibus *scriptum* uel pelides CB^2D^2; termentum pro eo quod nunc dicitur detrimentum *hinc testatur Festus 363. cf. Goetzius in Woelfflini arch. 2, 338 qui confert Tib. 1, 9, 16, adde Merc. 952, Cato de r. r. 72* boues ne pedes subterant

sine classe sineque exercitu et tanto numero militum.
[cepi expugnavi amanti erili filio aurum ab suo patre.]
nunc prius quam húc senex venit, libet lámentari dum éxeat.
o Troia, o patria, o Pergamum, o Priame periisti senex,
qui misere male mulcabere quadringéntis Philippis aureis.
nam ego has tabellas obsignatas consignatas quas fero
non sunt tabellae, sed equos quem misere Achivi ligneum.
[Epiust Pistoclerus: ab eo haec sumptae; Mnesilochus Sino est
relictus, ellum non in busto Achilli, sed in lecto accubat;
Bacchidem habet secum: ille olim hábuit ignem qui signum daret,
hunc ipsum exurit; ego sum Vlixes, cuius consilio haec gerunt.]
tum quae hic sunt scriptae litterae, hoc in equo ínsunt milites
armati atque animati probe. ita res successit mi usque adhuc.
atque hic equos non in arcem, verum in arcam faciet impetum:
exitium excidium exlecebra fiet hic equos hodie auro senis.
nostro seni huic stolido, ei profecto nomen facio ego Ilio;
miles Menelaust, ego Agamemno, ídem Vlixes Lartius,
Mnesilochust Alexander, qui erit exitio rei patriae suae;
is Helenam avexit, cuia causa nunc facio obsidium Ilio.
nam illi ítidem Vlixem audivi, ut ego sum, fuisse et audacem et malum:
⟨ín⟩ dolis ego prénsus sum, ille mendícans paene invéntus interiit,
  dum íbi exquirit fata Iliorum; adsímiliter mi hodie óptigit.
  vínctus sum, sed dólis me exemi: item se ílle servavít dolis.
Ílio tria fuísse audivi fáta quae illi fórent exitio:
signum ex arce si periisset; alterum etiamst Troili mors;

931 *del. Kiesslingius* coepi *BD* 932 ḥục ṣ[ẹṇẹ]x ụ[ẹṇ]iṭ *AP; fort.* reuenerit 933 *cf. Enn. trag. 81 R.* 934 quadragentis *CD; A n. l.* 936 tabelle *vel* tabelae *A* 937—940 *om. A* 937 Epius est; *cf. Buechelerus mus. Rhen. 41, 311* sumpta, *corr. Kiesslingius* sinon 938 illum *CD, cf. Mar. Vict. 23, 17* in *om. CD* 939 olim ⟨ut⟩ *Pylades, fort.* habet ⟨is⟩ 940 haec *B:* hanc *CD* geruntur B^2 942 atque *P:* ẹque *A* meliusque (*i. e.* mei usque) *P, corr. Bothius; A n. l.* 944 exitium excidium *A:* excidium exitium *P* 945—952 *retractatori tribuit Kiesslingius* 945 ilio *P:* ilico *A* 946 menelaus est *P* (menelauust B^2) agamenno *CD*, agamennon *B* idem ⟨sum⟩ *Hermannus* lertius *CD*, lercius *B* 947 mnesilochus est *AP* exitium *P* 948 si helenam auexịt *A*, is (his *B*) helenam (el. *BD*) abduxit *P* 949 illị iṭidem ulixem audiui *A:* illic eidem audiui (audi B^1) ulixem *P* 950 in dolis *L.:* dolis *AP* deprensus (-ehensus *C*) *P* interiit *AP, cf. ad v. 90* 951 fata ACB^2D^2: facta B^1D^1 (*item* B^1 *953. 956. 959*) illorum *AP, corr. Gulielmius, cf. Cas. 994* adsimiliter *AD*: ac similiter *B*, autsimiliter *C* 952 me *A: om. P* 953—956 *systema XVI metrorum cum catalexi* 953 ilio *P:* illi *A* fuere *A*

tertium, cum portae Phrygiae limen superum scinderetur:
paria item tria eis tribus sunt fata nostro huic Ilio.
nam dúdum primo ut díxeram nostró seni mendácium
et de hóspite et de auro ét de lembo, ibi signum ex arce iam abstuli.
iam dúo restabant fáta tunc, nec mágis id ceperam óppidum.
post ubi tabellas ad senem detuli, ibi occidi Troilum,
cum censuit Mnesilochum cum uxore esse dudum militis.
[íbi vix me exsolvi: íd periclum adsímilo, Vlixem ut praédicant
cógnitum ab Helena esse proditum Hecubae; sed ut olim ille se
blanditiis exemit et persuasit sé ut amitteret,
ítem ego dolis me illo éxtuli e perículo et decepi senem.]
post cúm magnifico mílite, urbes vérbis qui inermús capit,
conflixi atque hominem reppuli; dein pugnam conserui seui:
eum ego ádeo uno mendácio devíci, uno ictu extémpulo
cépi spolia. is núnc ducentos númmos Philippos míliti,
quos dáre se promisít, dabit.
nunc álteris etiam ducentis usus est, qui dispensentur
Ílio capto, ut sit mulsum qui triumphent milites.
[sed Príamus hic multo illi praestat: non quinquaginta modo,
quadringéntos filios habet átque equidem omnis lectos sine probro:
eos égo hodie omnis contruncabo duóbus solis ictibus.]
[nunc Príamo nostro si ést quis emptor, cómptionalém senem
vendam ego, venalem quem habeo, extemplo ubi oppidum expugnavero.]
sed Príamum adstantem eccum ánte portam vídeo. adibo atque adloquar.

NICOBVLVS

Quóianam vox própe me sonat? CHRYS. O Nicobule. NIC. Quid fit?
quíd quod te misi, écquid egísti? CHRYS. Rógas? congredere. NIC. Gradior.

955 portae phrygiae *A:* forte phrigie (fr. *B*) *P* lumen *A* 956 eis *P:* his *A* nostra *P* *cf. Serv. ad Aen. 2, 13* fatisque repulsi] oraculis: secundum Plautum tribus, uita scilicet Troili, Palladii conseruatione, integro sepulcro Laomedontis, quod in Scaea porta fuit, ut in Bacchidibus lectum est 959 tunc *A:* tum *P* 961 mnesilochus *A, qui in hoc v. deficit* 962—965 *amplificatori tribuendi* 962 id *L.:* atque id 963 eccub(a)e olim *i. e.* illim 965 ilio *BC* expuli, *corr. Dissaldeus* e *om. B* periculo *B* 966 postea *B,* poste *CD, corr. Acidalius* 967 confixit B^1CD 968 eum DB^2*:* cum B^1C 969 coepi 971. 972 *cf. ad Amph. 1067 sq.; sed fort. 969—972 systema trochaicum* 973—975 *et* 976. 977 *amplificationes. cf. Brachmannus p. 107* 976 comptialem *CD,* coemptionalem B^2 977 habebo *CD* 978 adstante mecum *CD* uidebo 979. 980 *cf. Klotzius grundz. altr. metr. 423; fort. 979—984 systema troch. sequente breviore; cf. 992—994* 979 uox ⟨hic tam⟩ *Richterus in Studemundi stud. 1, 524; fort.* Nicobule ⟨salue⟩ 980 quid quod *B:* quidquid *CD* ec quid *B:* hec quid *CD* gradior *CD:* congredior *B; fort* contra gradior

Chrys. Optumus sum oratór. ad lacrumas coégi hominem cástigando
maleque dictis, quae quidem quívi comminisci. Nic. Quid ait? C. Verbum
nullum fecit: lacrumans tacitus auscultabat quae ego loquebar;
tacitus conscripsit tabellas, obsignatas mi has dedit.
tíbi me iussit dare, sed metuo, né idem cantent quod priores.
nosce signum. estne eius? Nic. Novi. libet perlegere has. C. Perlege.
nunc súperum limen scínditur, nunc ádest exitium Ílio,
turbát equos lepide lígneus. Nic. Chrysále, ades, dum ego has pérlego.
Chrys. Quid mé tibi adesse opus ést? N. Volo, [ut quod iubeo facias]
út scias quae hic scrípta sient.
Chrys. Nil moror neque scíre volo.
Nic. Támen ades. Chrys. Quid opúst? Nic. Taceas:
quód iubeo id faciás. Chrys. Adero.
Nic. Eúge litterás minutas. Chrys. Quí quidem videát parum;
vérum, qui satis vídeat, grandes sátis sunt. Nic. Animum advórtito igitur.
Chrys. Nólo inquam. Nic. At volo inquam. Chrys. Quid opust?
Nic. Át enim id quod te iúbeo facias.
Chrys. Iústumst ⟨ut⟩ tuós tibi servos tuo árbitratu sérviat.
Nic. Hoc áge sis nunciam. C. Vbi lubet, recita: aúrium operam tíbi dico.
Nic. Ceraé quidem haud parsit néque stilo;
sed quídquid est, pellégere certumst.

'Patér, ducentos Phílippos quaeso Chrýsalo
da, si esse salvom vis me aut vitalem tibi.'
malum quidem hercle magnum. Chrys. Tibi dico. Nic. Quid est?
Chrys. Non prius salutem scripsit? Nic. Nusquam sentio.
Chrys. Non dabis, si sapies; verum si das maxume,
ne ille alium gerulum quaerat, si sapiet, sibi:
nam ego non laturus sum, si iubeas maxume.
sat sic suspectus sum, cum careo noxia.

---

981 lucrumas *C,* lucromas *D* 982 uerbum | nullum *cf. ad 615 sq.* 987 *om.* B^1 (*sed* nunc *in fine v. 986*) ⟨prope⟩ adest *Acidalius, cf. Pseud. 60 Aul. 275* 988a iubebo *B* ut — facias *induxit duce Ritschelio Vssingius; versus Reizianus sit, sed nec structura sana et cf. 990. 993* 989 *sq. cf. mus. Rhen. 40, 196; Pers. 29 Epid. 533 sq.* 991 eu *CD* 994 ⟨ut⟩ *Hermannus* 995 iam nunc *CD* 996a *claudit post monometrum colon Reizianum terminati cantici indicio novam scaenam ordiuntur codd.; inscr.* Nicobolvs crisalvs D^2, Epla (*i. e.* epistula) *B, cf. ad 1007* 997 philippios B^1 999 Nic. *praem. B, cf. ad 1007* Ch. *CD: spat. B* Ni. *CD:* Cri. *B* 1000 Ch. *om. B* 1002 quaeret *Brachmannus 144*

Nɪᴄ. Ausculta porro, dum hoc quod scriptumst perlego.
Cʜʀʏs. Inde a principio iam inpudens epistula est.
Nɪᴄ. ʻPudet prodire me ad te in conspectum, pater:
tantum flagitium te scire audivi meum,
quod cum peregrini cubui uxore militis.ʼ
pol haud derides; nam ducentis aureis
Philippís redemi vitam ex flagitio tuam.
Cʜʀʏs. Nihil est illorum quin ego illi dixerim.
Nɪᴄ. ʻStulte fecisse fateor. sed quaeso, pater,
ne me, in stultitia si deliqui, deseras.
ego animo cupido atque oculis indomitis fui;
persuasumst facere quoius me nunc facti pudet.ʼ
prius té cavisse ergo quám pudere aequom fuit.
Cʜʀʏs. Eadem istaec verba dudum illi dixi omnia.
Nɪᴄ. ʻQuaeso ut sat habeas id, pater, quod Chrysalus
me obiurigavit plurumis verbis malis,
et me meliorem fecit praeceptis suis,
ut te ei habere gratiam aequom sit bonam.ʼ
Cʜʀʏs. Estne istuc istic scriptum? Nɪᴄ. Em specta, tum scies.
Cʜʀʏs. Vt qui deliquit supplex est ultro omnibus.
Nɪᴄ. ʻNunc si me fas est obsecrare abs te, pater,
da mihi ducentos nummos Philippos, tè, obsecro.ʼ
Cʜʀʏs. Ne unum quidem hercle, si sapis. Nɪᴄ. Sine perlegam.
ʻego ius iurandum verbis conceptis dedi,
daturum id me hodie mulieri ante vesperum,
prius quam á me abiret. nunc, pater, ne perierem
cura atque abduce me hinc ab hac quantum potest,
quam propter tantum damni feci et flagiti.
cave tíbi ducenti nummi dividiae fuant;
sescenta tanta reddam, si vivo, tibi.
vale atque haec curaʼ. quid nunc censes, Chrysale?
Cʜʀʏs. Nihil ego tibi hodie consili quicquam dabo,

1006 *post v. 1000 traiecit Acidalius, sed consilium poetae ostendit v. 1007* pudet epistola 1007 Eᴘʟᴀ *praem. B et v. 1010* Nɪᴄ., *item sqq.* conspectu *B* 1008 sciui audire D^1, sciuire audiuire CD^2 1015 sui B^1 1016 quoiius *B*, cuius *CD* 1017 te *del. Acidalius, cf. Amph. 944* equm *B* (-quum *CD*) 1020 obiurgauit, *cf. Ritschelius op. 2, 428* 1023 esne B^1 hem *CD* 1025 obs. te *Acidalius*, exorare abs te *Langenus symb. 319; cf. Bergkius symb. 43* 1026 numbos *B* 130 periurem 1031 potes CDB^2 1033 diuitiae (-ciae *C*), *corr. Camerarius* 1035 ce*ses B^1, cesses *D*

neque ego haud committam ut, si quid peccatum siet,
fecisse dicas de mea sententia.
verum, ut ego opinor, si ego in istoc sim loco,
dem potius aurum quam illum corrumpi sinam.
duae condiciones sunt: utram tu áccipias vide:
vel ut aurum perdas vel ut amator perieret.
ego neque te iubeo neque veto, neque suadeo.
Nic. Miseret me illius. Chrys. Tuos est, non mirum facis.
si plus perdundum sit, periisse suaviust,
quam illud flagitium volgo dispalescere.
Nic. Ne ille edepol Ephesi multo mavellem foret,
dum salvos esset, quam revenisset domum.
quid ego istic? quod perdundumst properem perdere.
binos ducentos Philippos iam intus ecferam,
et militi quos dudum promisi miser
et istos. mane istic, iam exeo ad te, Chrysale. —
Chrys. Fit vasta Troia, scindunt proceres Pergamum.
scivi ego iam dudum fore me exitio Pergamo.
edepol qui me esse dicat cruciatu malo
dignum, ne ego cum illo pignus haud ausim dare;
tantas turbellas facio. sed crepuit foris:
ecfertur praeda ex Troia. taceam nunciam.
Nic. Cape hoc tibi aurum, Chrysale, i, fer filio.
ego ad forum autem hinc ibo, ut solvam militi.
Chrys. Non equidem accipiam. proin tu quaeras qui ferat.
nolo ego mihi credi. Nic. Cape vero, odiose facis.
Chrys. Non equidem capiam. Nic. At quaeso. C. Dico ut res se habet.
Nic. Morare. Chrys. Nolo, inquam, aurum concredi mihi.
vel da aliquem qui servet me. Nic. Ohe, odiose facis.
Chrys. Cedo, si necesse est. Nic. Cura hoc. iam égo huc revenero. —
Chrys. Curatum est — esse te senem miserrumum.

1038 de me mea *BDC*^{2}, de mea me *C*^{1} 1039 Nic. *praem. B* 1042 periuret 1043 Chr. *praem. B* 1044 facias *B*^{1} 1045 suauius est *CD;* satius est *Scaliger* 1046 illum *B* 1047. 1048 *om. B*^{1} 1047 fore *B* 1049 perdundu st *B* properem *cf. 1058, Brixius ad Trin. 1136. sed expectamus* quid istic? quin quod perdundumst propero perdere? *cf. Poen. 1225* 1050 philippos ducentos *B ante corr.* 1054 exitium, *corr. Ritschelius; cf. 947* 1060 militem (*i. e.* militei), *corr. Lambinus; cf. Pseud. 1230* 1062 ego *om. B*^{1} *Charisius 209* Pl. in Bacch.: odiose facis, cape (care *cod.*) uero 1065 uel — seruet *om. CD* me seruet, *corr. Hermannus* 1067 *cf. Men. 548, Epid. 338* miserumum *B*

hoc est incepta efficere pulcre: bellule
mi evenit, ut ovans praeda onustus incederem;
salute nostra atque urbe capta per dolum
domum reduco íntegrum omnem exercitum.
sed, spectatores, vos nunc ne miremini
quod non triumpho: pervolgatum est, nil moror;
verum tamen accipientur mulso milites.
nunc hanc praedam omnem iam ad quaestorem deferam. —

PHILOXENVS IV 10

Quam mágis in pectore meó foveo quas méus filius turbás turbet,
quam se ád vitam et quos ád mores praecípitem inscitus capéssat,
magis cúrae est magisque adfórmido, ne is péreat neu corrúmpatur.
scio, fúi ego illa aetate ét feci illa omnía, sed more modésto;
neque plácitant mores quíbus video volgo ⟨ín⟩ gnatos essé parentes:
[duxi, hábui scortum, pótavi, dedi, donavi, sed enim íd raro.]
ego dáre me meo gnato ínstitui, ut animo óbsequium sumére possit;
aequom ésse puto, sed nimis nolo desídiae ei dare lúdum.
nunc Mnésilochum, quod mándavi,
viso écquid eum ad virtútem aut ad
frugem ópera sua compúlerit, sic
ut eúm, si convenít, scio fe-
cisse: eóst ingenio nátus.

NICOBVLVS V 1

Quicúmque ubi ubi sunt, quí fuerunt quiqué futuri sunt pósthac
stultí, stolidi, fatuí, fungi, bardí, blenni, buccónes,
solús ego omnis longe ántideo
stultítia et moribus índoctis.

1068 bellule *L.:* ueluti; *cf. Paulus 36* bellule apud Plautum deminutiuum aduerbium est (*frg. inc. 16 G.*) 1069 mihi *adhaeret v. priori* onustus incederem *cf. ad Asin. 405* 1071 reduco ⟨iam⟩ *Ritschelius* 1075 iam *om. CD* 1076 Philoxenvs senex *B, om. CD* (*qui versui praefigunt* Nicob.) *quattuor systemata anapaestica, priora duo octonorum, tertium duodecim, quartum decem metrorum; syllaba anceps medio v. 1082. de dispositione v. 1084 sq.* 1079 ego fui *B* 1080 ⟨in⟩ *Seyffertus* 1081 *del. Vssingius* (*post 1079 posuerat Scaliger*) sed *Acidalius:* et (at *Pareus*) 1082 meo *Buechelerus mus. Rhen. 39, 287:* ludum meo 1084 *sq. disp. B:* nunc — uirtutem | aut — compulerit | sicut — natus; *cf. ad 615 sq.* 1087 Nicobolvs senex. philoxenvs senex (sen. *bis om.* D^2) BD^2, *om.* CD^1 *bini septenarii includunt systemata quattuor; syllaba anceps medio v. 1093. de dispositione v. 1098 sq.* ubi ubi *s:* ubique *B,* ubi *CD* posthaec B^1 1088 bucones *CD* 1089 antedeo

perií, pudet: hocine me aétatis
ludós bis factum esse índigne? 1090
magis quam íd reputo, tam mágis uror
quae méus filius turbávit. 1091
perdítus sum atque eradícatus
sum, omníbus exemplis éxcrucior. 1092
omnía me mala conséctantur,
omníbus exitiis ínterii. 1093
Chrysálus med hodie láceravit,
Chrysálus me miserum spóliavit: 1094
is mé scelus auro usque áttondit
dolis dóctis indoctum, út lubitumst. 1095
ita míles memorat méretricem esse
eam quam ílle uxorem esse áiebat, 1096
omníaque ut quidque actum est memoravit,
eam síbi hunc annúm condúctam, 1097
relicúom id auri factúm quod ego ei
stultíssimus homo promísissem: hoc, 1098
hoc ést quo ⟨cor⟩ peracéscit;
hoc ést demum quod pércrucior, 1099
me hoc aétatis ludíficari,
[immo edepol sic ludos factum] 1100
canó capite atque albá barba
miserúm me auro esse emúnctum. 1101

perii, hóc servom meum nón nauci facere ésse ausum! atque ego, si álibi plus pérdiderim, minus aégre habeam minusque íd mihi damno dúcam.

PHIL. Certo híc prope me mihi néscio quis loqui vísust; sed quem vídeo?
hic quidémst pater Mnesilochi. N. Eúge, socium aerúmnae et mei mali vídeo. 1105
Philoxéne, salve. PHIL. Et tu. unde ágis? NIC. Vnde homo miser átque infortunátus.

1090 hoccine 1091 quae *Camerarius:* quem 1092 atque *Hermannus:* atque etiam crucior *CD* 1094 me 1096 *expectes* memorauit eam *om. CD* 1097 omnia B^1 quidquid *B* memorauit *cf. ad Asin. 501* 1097 ea B^1 1098 *sq. disp. B:* relicum — stultissimus | homo — peraccessit | hoc — ludificari | immo — factum | cano — emunctum 1098 relicum *B*, reliquum *CD* 1099 quod, *corr. Ritschelius* ⟨cor⟩ *Seyffertus* peraccessit BCD^1 1100 *totum del. Ritschelius, cf. 1090* 1101 cono B^1 1102 non *om.* B^1 1103 habebam B^1 1104 certe *Langenus* uisus est *CD* 1105 quidemst *Fleckeisenus:* quidem

P. At pól ego ibi sum, esse ubi míserum hominem decet átque infortunátum.
Nic. Igitúr pari fortuna, aétate ut sumus, útimur. Phil. Sic est. séd tu,
quíd tibist? Nic. Pól mihi par, idem est quód tibi.
Phil. Númquid nam ad fílium haec aégritudo áttinet?
Nic. Ádmodum. Phil. Idém mihi mórbus in péctorest.
Nic. Át mihi Chrýsalus óptumus homo
pérdidit fílium, me átque rem omném meam.
Phil. Quíd tibi ex fílio nam, óbsecro, aegrést? Nic. Scies:
íd, perit cúm tuo: ambo aéque amicás habent.
Phil. Qui scís? Nic. Vidi. Phil. Eí mihi. dísperii.

Nic. Quíd dubitamus púltare atque huc évocare ambós foras?
Phil. Haud moror. Nic. Heus Bacchis, iube sis actutum aperiri fores,
nisi mavoltis fores et postes comminui securibus.

BACCHIS V 2

Quis sónitu ac tumúltu tantó nominát me atque púltat aedes?
Nic. Ego átque hic. Bacch. Quid hóc est negóti nam, amábo?
quis hás huc ovís adegit?
Nic. Ovís nos vocánt pessumaé.

SOROR

Pastor hárum
dormít, quom haec eunt sic a pecú balitántes.
Bacch. At pól nitent, haud sórdidae vidéntur ambae.
Sor. Attonsae haé quidem ámbae usque súnt. Phil. Vt vidéntur
derídere nós. Nic. Sine suo úsque arbitrátu.
Bacch. Rerín ter in annó tu has tónsitari?
Sor. Pol hódie altera iám bis detónsa certo est.

1109 '*par atque idem est quod tibi*' *Lambinus. cf. ad Curc. 506. Cic. pro Mur. 21* pari atque in eadem laude ponam, *pro Rosc. Am. 118, de or. 1, 70. cf. Stich. 294* nugas, nihil 1112 *fort.* optumum malus homo 1115 periit ambo *Acidalius:* atque ambo 1119 potes *B*[1] Bachides dvae. senes ii. *B, om. CD* Bacchidem *et* Sororem *in notandis personis discernit B* 1120 *sq. cf. mus. Rhen. 40, 188* *disp. B:* quis — nominat | me — negoti | nam — adegit 1120 *tetr. bacch. cum clausula Reiziana* tantu *B*[1], tanta *D*[1] nominat *Pylades:* nomine nominat 1121. 1121[a] *bacch. cum claus. Reiz., cf. 1139. 1140[a] (1127. 1128; 1124). non esse iambos ostendit v. 1139* malae has hic *B*[1] 1122 Quis *B* Bachis. pessume pastor *CD* 1123 haec *CD, Charisius 141:* hae *seq. ras. B; del. Ritschelius* sic *om. Charisius* halitantes *D*[1], *Charisius;* palitantes *Camerarius, cf. 1136 sq., Fronto p. 36 in.* 1127 *cf. Buechelerus mus. Rhen. 46, 238* 1128 *pronuntiandum* altra

BACCH. Vetulaé sunt, † thimiame. SOR. At bonás fuisse crédo.
BACCH. Vidén limulís, obsecró, ut intuéntur?
SOR. Ecástor sine ómni arbitrór malitia ésse.
PHIL. Merito hóc nobis fít, qui quidem húc venerímus.
BACCH. Cogántur quidem íntro. SOR. Haud sció quid eo opús sit,
quae néc lac nec lánam ullam habént. sic sine ástent.
exsólvere quánti fuére, omnis frúctus
iam illís decidít. non vidés, ut palántes
solaé liberaé
grasséntur? quin aetate crédo esse mútas:
ne bálant quidém, quom a pecú cetero ábsunt.
stultae átque haud malaé videntur.
SOR. Revórtamur íntro, sorór. NIC. Ilico ámbae
manéte: haec ovés volunt vos.

SOR. Pródigium hoc quidémst: humana nós voce appellánt oves.
NIC. Haec oves vobis malam rem magnam, quam debent, dabunt.
BACCH. Si quam debes, te condono: tibi habe, numquam abs te petam.
sed quid est quapropter nobis vos malum minitamini?
PHIL. Quia nostras agnos conclusos istic esse aiunt duos.
NIC. Et praeter eos agnos meus est istic clam mordax canis:
qui nisi nobis producuntur iam atque emittuntur foras,
arietes truces nos erimus, iam in vos incursabimus.

B. Soror, ést quod te volo sécreto. S. Eho, amábo. N. Quo illaec ábeunt?
BACCH. Senem illúm tibi dedo ultériorem, lepide út lenitum réddas;
ego ad húnc iratum adgrédiar, ⟨si⟩ possúmus nos hos intro ínlicere huc.
S. Meum pénsum ego lepide accúrabo, quamquam ódiost mortem ampléxari.

1129 BACCH. *om.* thimiame: e *in ras. D*, — ę *B²; minae ambae* *Colerus, cf. Paulus 122, Varro de r. r. 2, 2, 6; sed non est aetatis vitium* SOR.: BAC. *B, om. CD* 1130 BACCH.: SOROR *B, om. CD* intuent *CD¹*, contuentur *Bothius* 1131 SOR.: *om.* haec castor *B* 1134 lactem *BD*, lactaem *C* 1136 balantes, *corr. Camerarius* 1137. 1138 *uno versu B* 1138 crassentur mutatas *B¹*, ruitas *C* 1139 haud *B in mg.: om.* 1140 NIC. *B:* BACH. *CD* 1140ª NIC. *praem. CD* hae 1141 apellant *B* 1142 NIC. *ϛ:* PHIL. *B, om. CD; cf. Ribbeckius stud. Lips. 14, 352* hae quam *B:* cum *CD* 1149 SOR. *B:* BA. *CD* amabo ⟨dic⟩ *Seyffertus stud. Pl. 15, cf. Richterus in Studemundi stud. 1, 451* ill(a)e habeunt *CD* 1150 senem tibi dedo illum ueteriorem lapide (lapidem) ut lenitum reddas *Priscianus 1, 97 et 265 utrubique* ueteriorem *testatus; Philoxenus ulterior stat, Nicobulus et fores pultavit et sorores revocavit* 1151 ⟨si⟩ *Ritschelius* huc: hoc *B¹* 1151—1154 *fort. systema* 1152 SOR. *Camerarius:* BAC. quamquam odiost *Bergkius:* quam odiosum est

B. Facito út facias. S. Taceás. tu tuom facito: égo quod dixi haud mútabo.
NIC. Quid illaéc illic in cónsilio duae sécreto consúltant?
PHIL. Quid aís tu, homo? NIC. Quid mé vis?
PHIL. Pudet dícere me tibi quíddam.
N. Quid est quód pudeat? P. Sed amíco homini tibi quód volo credere cértumst.
nihilí sum. NIC. Istuc iam prídem scio. sed quí nihili es? id mémora.
PHIL. Tactús sum vehementér visco;
cor stímulo foditur. NIC. Pól tibi multo
aequíus est coxendícem.
sed quíd istuc est? etsí iam ego ipsus quid sít probe scire putó me;
verum aúdire etiam ex té studeo. PHIL. Viden hánc? NIC. Video.
PHIL. Haud mala est múlier.
NIC. Pol véro ista mala et tú nihili. PHIL. Quid múlta? ego amo.
NIC. An amas? PHIL. *ναὶ γάϱ.*
NIC. Tun, hómo putide, amatór istac fieri aétate audes? PHIL. Quí non?
NIC. Quia flágitium est. PHIL. Quid opúst verbis? meo fílio non sum irátus,
neque té tuost aequom esse íratum: si amánt, sapienter fáciunt.
BACCH. Sequere hác. NIC. Eunt eccas tándem
probri pérlecebrae et persuástrices.
quid núnc? etiam reddítis nobis
filiós et servom? an ego éxperior
tecúm vim maiorem? PHIL. Ábin hinc?
non hómo tu quidem es, qui istóc pacto tam lépidam inlepide appélles.
BACCH. Senex óptime quantumst ín terra, sine ⟨me⟩ hóc exorare ábs te,
ut istúc delictum désistas tanto ópere ire oppugnátum.
NIC. Ni abeás, quamquam tu bélla es,
malum tíbi magnum dabo iám. BACCH. Patiar,

1153 BACCH. *om. CD* SOROR *B:* BACHIS *CD* 1155ᵃ PHIL. *B:* BACHIS *CD* 1157 nihil *B* qui *Guietus*: quid nihili's id *Beckerus in Studem. stud. 1, 148:* nihili sit *B,* nihile sit *CD* 1158 *sq. disp. B:* tactus — foditur | pol — coxendicem *systema sex metrorum; item 1172; 1174; 1179* 1159 equius est (est sit *B*¹) 1160 ipse prope, *correxi* (prope *nusquam id quod paene, cf. ad 51, Woelfflini arch. 9, 165*) 1161 haud — mulier *proprio versu B* 1162 *ναὶ γάϱ Weisius:* necar (uel ne carpe *B mg.*) 1163 tum *B*¹ 1164 opus uerbist *B,* opus uerbis *CD, corr. Bothius* 1165 equm *B* (-quum *CD*) 1166—1206 *codicis B exemplum praebet Brachmannus 157 sq.* 1166 *sq. disp. B:* sequere — persuastrices | quid — ego | experior — hinc; *i. e. paroemiacus (ut 1172. 1184. 1193. 1200. 1203) et systema octo metrorum cum catalexi; item 1182 sq.* 1168 maiore *D,* maior *C* 1170 quantu st *B,* quantus est *CD* ⟨me⟩ *Ritschelius* 1171 istunc *B*¹ tantopere *CD* 1172 nisi *CD* abeas *cf. Mil. 571 Asin. 699, Langenus symb. 44; non adsentior Brugmanno de ni part. 7 sq.*

non métuo, ne quid mihi doleat
quod férias. Nic. Vt blandiloquast! 1173
ei mihi, metuo. Sor. Hic magis tránquillust.
Bacch. I hac mécum intro atque ibi, sí quid vis,
filiúm concastigáto. 1175
N. Abin á me, scelus? B. Sine, méa pietas, te exorem. N. Exores tú me?
S. Ego quídem ab hoc certe exórabo. P. Immo ego te óro, ut me intro abdúcas.
Sor. Lepidúm te. Phil. At scin quo pácto me ad te intro ábducas?
Sor. Mecum út sis.
Phil. Omnia quae cupio cómmemoras.
Nic. Vidi égo nequam homines, vérum te 1179
neminem deteriorem. Phil. Íta sum. 1180
Bacch. I hac mécum intro, ubi tibi sít lepide victibus, vino atque unguéntis. 1181
Nic. Satis, sátis iam vostrist cónvivi:
me níl paenitet ut sim ácceptus: 1182
quadringéntis Philippis fílius me et
Chrysálus circumduxérunt. 1183
quem quídem ego ut non excrúciem,
altérum tantum auri nón meream. 1184
Bacch. Quid tándem, si dimídium auri
redditur, in hac mecum íntro? atque ut 1185
eis délicta ignoscás. Phil. Faciet.
Nic. Minime, nolo. nil móror, sine sic. 1186
malo íllos ulcisci ámbo.
Phil. Etiám tu, homo nihili? quód di dant boni cáve culpa tua amissis:
dimídium auri datur: áccipias, potésque et scortum accúmbas.
Nic. Egon úbi filius corrúmpatur meus, ibi potem? Phil. Potándumst. 1190

1173 non — blandiloquast *uno versu B* 1174 Soror *B:* B D^2 tranquillum est *CD* 1175 i — concastigato *uno versu B* Bacch. *Acidalius: om.* i *CD:* i i *B* ibi *Pylades:* abi *BC*, habi *D* congastigato *CD*, castigato B^1 1177 Sor. *Acidalius:* Bac. *B, om. CD* 1178 Sor. mecum *Acidalius*: mecum 1179 *sq. disp. B:* omnia — nequam | hominem — sum Phil.: Bac. *B, om. CD* hominem, *corr. Lambinus* 1181 i *D:* i i *B*, e *C* (*i. e.* ei, *cf. 1175*) unguentus *C*, unguent tis *D* (*i. e.* unguenteis) 1182 *sq. disp. B:* satis — acceptus | quadringentis — circumduxerunt; *in C* philippis — circumd. *inter* uostrist *et* conuiui *aberraverunt* (*correctum signis*); *cf. ad 1166 sq.* 1183 quadrigentis *C* 1184 *post paroemiacum systema XII metrorum, item 1193 sq.* merear B^2 1185 *sq. disp. B:* quid — intro | atque — faciet | minime — ambo 1185 in *CD:* isne in *B* atque ut *significat 'sed ea lege ut'* ut *syllabam vix dicas ancipitem esse, cum sequatur* eis *iambicum* 1186 *cf. Cas. 544 sq.* 1187 illos: ***os B^1 1188 quod *om.* B^1, q B^2 1189 scurtum *B* 1190 potandust *CD*

Nic. Age iam, íd ut ut est, étsi est dédecori, patiár, facere inducam ánimum:
egon, cum haéc cum illo accubet, ínspectem? Bacch. Immo equidém
pol tecum accúmbam,
te amábo et te amplexábor.
Nic. Caput prúrit, perii, víx negito.
Bacch. Non tíbi venit in mentém, amabo,
si dúm vivas tibi béne facias
tam pól id quidem esse haud perlónginquom,
neque, si hóc hodie amissís, post in
morte éventurum esse úmquam?
N. Quid agó? P. Quid agas? rogitás etiam? N. Libet ét metuo. B. Quid métuis?
Nic. Ne obnóxius filio sim ét servo. Bacch. Mel méum, amabo, etsi haec fiunt,
tuost: únde illum sumére censes, nisi quód tute illi déderis?
hanc véniam illis sine te éxorem. Nic. Vt terebrát! satin offirmátum
quod míhi erat, id me exórat?
tua sum ópera et propter te ímprobior. Bacch. Nemínis quam mea mavéllem.
satin égo istuc habeo fírmatum? Nic. Quod sémel dixi haud mutábo.
Bacch. It diés, ite intro accúbitum,
filii vos exspectánt intus. Nic. Quam quídem actutum emoriámur.
S. Vespér hic est, sequimini. N. Dúcite nos quo lúbet tamquam quidem addíctos.
Bacch. Lepide ípsi hi sunt captí, suis qui filiís fecere insídias.

GREX

Hí senes nisi fuíssent nihili iam índe ab adulescéntia,
non hodie hoc tantum flagitium facerent canis capitibus;
neque adeo haec faceremus, ni antehac vidissemus fieri,
ut apud lenones rivales filiis fierent patres.
spectatores, vos valere volumus et clare adplaudere.

1191 dedecorum, *corr. Ritschelius* 1192 accumbet 1193—1195^a *bina cola coniuncta; cf. ad 1184* 1194 amabo uenit in mentem *Spengelius* 1195 tam *Bothius:* iam, *cf. Seyffertus stud. Plaut. 14* perlonginqum *B* (-quum *CD*) 1195^a amiseris in morte *Vssingius:* in morte id 1196 Bacch. *Merula:* Phil. 1197 noxius B^1 etsi haec *L.:* istaec 1198 tuus est sumere censes *Weisius:* censes sumere 1201 neminis *L.:* ne is meam uellem *CD* 1202 *sq. disp. B:* satin — dixi | haut — accubitum offirmatum, *corr. Anspachius 59* Nic. D^2*: spat.* 1204 ecspectant *B* 1205 S. *Langenus stud. Plaut. 22:* B. 1206 capiti *C*, captis D^1 filis B^1 insidias ite 1207 Grex *Pylades: om.* 1209 ante hoc *Langenus* 1211 uolumus et *cf. ad v. 90* Explicit plauti bachides *B*, plauti bachides explicit *CD*

CAPTIVI

ARGVMENTVM

Captust in pugna Hégionis filius;
Alium quadrimum fugiens servus vendidit.
Pater captivos commercatur Aleos,
Tantum studens ut natum ⟨captum⟩ recuperet;
Et inibi émit olim amissum filium.
Is suo cum domino veste versa ac nomine
Vt amittatur fecit: ipsus plectitur;
Et is reduxit captum, et fugitivum simul,
Indicio cuius alium agnoscit filium.

INCIPIT FABVLA CAPTIVORVM PLAVTI. ARGVMENTVM *BVE*   1 captus est *post* in pugna, *spat. 7 fere litt. VE;* in Alide *Stowasserus, cf. 94*   3 capteiuos *scripsit auctor*   4 ⟨captum⟩ *Bothius, Brugmannus*   5 in *om.* B^1 in ibus *Gulielmius*   6 is *BD:* in *VE*   7 *fort.* ut is (ut ille *Brixius*)

PERSONAE

ERGASILVS parasitus
HEGIO senex
LORARIVS
PHILOCRATES adulescens
TYNDARVS servus
ARISTOPHONTES adulescens
PVER
PHILOPOLEMVS adulescens
STALAGMVS servus

SCAENA IN AETOLIA

PROLOGVS

Hos quos videtis stare hic captivos duos,
† illi qui astant, hi stant ambo, non sedent;
hoc vos mihi testes estis me verum loqui.
senex qui hic habitat Hegio est huius pater.
sed is quo pacto serviat suo sibi patri,
id ego hic apud vos proloquar, si operam datis.
seni huic fuerunt filii nati duo;
alterum quadrimum puerum servos surpuit
eumque hínc profugiens vendidit in Alide
patri huius. iam hoc tenetis? * optume est.
negát hercle ille ultimus. accedito.
si non ubi sedeas locus est, est ubi ambules,
quando histrionem cogis mendicarier.
ego me tua causa, ne erres, non rupturus sum.
vos qui potestis ope vestra censerier,
accipite relicuom: alieno uti nil moror.
fugitivos ille, ut dixeram ante, huius patri
domo quém profugiens dominum abstulerat vendidit.
is postquam hunc emit, dedit eum huic gnato suo
peculiarem, quia quasi una aetas erat.

Prologvs in captivos plavti *BVE, om. D* 1 *cf. 110* 2 illi: in uinclis *Brixius* hi: ii *Camerarius, cf. Poen. 769, Bachius de attr. inv. 24 de ioci genere v. ad Aul. 207* 3 hoc B^2: hos testis 4 huius est ς, *cf. 335, 974, Luchsius in Studemundi stud. 2, 352* 8 *pronuntiandum* altrum surrupuit 10 huiusce, *cf. ad Poen. 1257 fort.* ⟨aiunt.⟩ optumum, *correxi; Plauto τὸ ἄριστον est,* optumest *κάλλιστα ἔχει. cf. ad Stich. 537* 11 illic *Pylades; possis* ille in ultumis *vel* ille ultumus tenere abscedito *Rostius cf. Mil. 81* 15 *assiduos dicit* 16 reliquom 18 profugens B^1D *fort.* domino abstulerit B^1 19 is *Fleckeisenus:* hic

hic nunc domi sérvit suo patri, nec scit pater;
enim véro di nos quasi pilas homines habent.
rationem habetis, quo modo unum amiserit.
postquam belligerant Aetoli cum Aleis,
ut fit in bello, capitur alter filius:
medicus Menarchus emit ibidem in Alide.
coepit captivos commercari hic Aleos,
si quem reperire possit qui mutet suom,
illum captivom: hunc suom esse nescit, qui domist.
et quoniam heri indaudivit, de summo loco
summoque genere captum esse equitem Aleum,
nil pretio parsit, filio dum parceret:
reconciliare ut facilius posset domum,
emít hosce e praeda ambos de quaestoribus.
hisce autem inter sese hunc confinxerunt dolum,
quo pacto hic servos suom erum hinc amittat domum.
itaque inter se commutant vestem et nomina;
illic vocatur Philocrates, hic Tyndarus:
huius íllic, hic illius hodie fert imaginem.
et hic hódie expediet hanc docte fallaciam,
et suom erum faciet libertatis compotem,
eodemque pacto fratrem servabit suom
reducemque faciet liberum in patriam ad patrem,
imprudens: itidem ut saepe iam in multis locis
plus insciens quis fecit quam prudens boni.
sed inscientes sua sibi fallacia
ita compararunt et confinxerunt dolum
itaque hi commenti, de sua sententia
ut in sérvitute hic ad suom maneat patrem:
ita nunc ignorans suo sibi servit patri;
homunculi quanti sunt, quom recogito!

---

21 *qui ingenuus natus peregre serviverat nunc domi servit suo patri* 22 enim *Pylades:* est 24 *cf. 93* alidis *quasi* cumaleis 26 ibidem, *scil. non in aliam terram venum datus devenit* 27 cepit comercari B^1V alios 28 repperire *DE* posset, *corr. Reizius* qui *Parcus:* cum quo; *cf. 101* 30 inde audiuit, *corr. Gulielmius* 31 *in hiatum nihil probabile invenerunt* 34 *cf. 111. 453* e *Studemundus in Fleckeiseni ann. 113, 67:* de 35 hunc *om. VE* confixerunt *DV* (*item 47 V*) 36 hic EB^2*:* his B^1DV, is *Londinensis* seruum *VE* 37 interre *VE* 38 philocrathes *B*, philochrates *V* tindarus 42 seruauit, *corr.* V^2 44 itidemque *B* et *VE* 46—51: *postquam dixit Tyndarum servaturum esse fratrem suum,*

haec res agetur nobis, vobis fabula.
sed etiam est, paucis vos quod monitos voluerim.
profecto expediet fabulae huic operam dare.
non pertractate facta est neque item ut ceterae:
neque spurcidici insunt versus, immemorabiles;
hic neque periurus leno est nec meretrix mala
neque miles gloriosus; ne vereamini,
quia bellum Aetolis esse dixi cum Aleis:
foris íllic extra scaenam fient proelia.
nam hoc paene iniquomst, comico choragio
conari desubito agere nos tragoediam.
proin si quis pugnam expectat, litis contrahat:
valentiorem nactus adversarium
si erit, ego faciam ut pugnam inspectet non bonam,
adeo ut spectare postea omnis oderit.
abeo. valete, iudices iustissimi
domi duellique duellatores optumi.

---

addit dolum id efficere ut patri suo serviat; ita exequitur quod v. 5 promiserat et enarrat quod v. 21 tantum indicare poterat, cum deliberatione (51) quae priorem (22) revocat. sed *(46) ut saepe rem gravioris momenti cum pondere adiungit; 46 sq. verba ex 35 et 40 consulto repetuntur, ignorantes eos agere quamvis astute ter ut rei pondus accedat dicitur. 48* de sua sententia *ad sequentia pertinere indicaui. 51 cf. Rud. 154, quo versu numeros hic habet nequaquam deteriores* 55 pertractate *permire dictum sive verbi notionem sive adverbii usum spectes.* praetextate *Meursius* 56 immemorabiles *quae edisci et memoria teneri non mereantur, quasi Μορσίμου ῥήσεις* 58 gloriosus B^2*:* gloriosus esse 59 esse B^2*: om.; cf. 58* dix, *corr.* B^2 alidis (aliis V^1) 60 *fort.* illaec 61 inquomst *VE* 62 desubitontos (desubito nos B^2) agere (age *VE*), *corr. Bothius; sed restat dubitatio* tragoeidiam *BVE* 63 expetat *VE* contraat *DVE* 68 bellique

ERGASILVS I 1

Iuventus nomen indidit Scorto mihi,
eo quía invocatus soleo esse in convivio.
scio absúrde dictum hoc derisores dicere,
at ego aio recte. nam scortum in convivio
sibi amator, talos quom iacit, scortum invocat.
estne invocatum an non ⟨est? est⟩ planissume;
verum hercle vero nos parasiti planius,
quos numquam quisquam neque vocat neque invocat.
quasi mures semper edimus alienum cibum;
ubi res prolatae sunt, quom rus homines eunt,
simul prolatae res sunt nostris dentibus.
quasi, cum caletur, cocleae in occulto latent,
suo sibi suco vivont, ros si non cadit,
item parasiti rebus prolatis latent
in occúlto miseri, victitant suco suo,
dum ruri rurant homines quos ligurriant.
prolatis rebus parasiti venatici
sumus, quando res redierunt, molossici

---

69 Parasitvs *cf. Men. 77 sq. Pers. 53 sq.* Nuentus *VE* 72 aio *Camerarius:* dio *VE,* clio *BD* 73 *ut lusum auribus ingerat, scortum repetit, ἐν ἤθει, invocationem imitans ut illa* ad arma cessantes ad arma concitet, mater mater clamantem *et similia. cf. ad Poen. 1196* 74 *supplevit Camerarius* planussume *B* 75 uero *Pareus:* uerum 76 neque inuocat *additum ut similia Epid. 514, Trin. 134, Pers. 174, Curc. 297* 77 *cf. Pers. 58, infra ad v. 324. 664 sq.* *de scorto iocus ipsius Plauti est, qui ad τὸν ἄκλητον non quadret. sed sane invocati δειπνοῦσι τἀλλότρια, mures item ἄκλητοι (Diog. L. 6, 40)* 77 cybum *BV* 78 qum *BD,* quin *VE* 80 coccleo B^1, occleo *DVE, corr.* B^2, cocli⟨ac⟩ *Macrobius exc. de verbo G. L. 5, 648 K.* (*testatur* caletur) 83 uiccitant *VE* suo suco *B* 84 dum rurant *Nonius 164* 85 uenatici *Pylades:* uenatici canes 86 redierunt ⟨sumus⟩ *Birtius* (*v. Appuhnius quaest. Plaut. 53*); *offendit* sumus *in positione*

odiosicique et multum incommodestici.
et hic quidem hercle, nisi qui colaphos perpeti
potest parasitus frangique aulas in caput,
[vel] ire extra portam Trigeminam ad saccum licet.
quod mihi ne eveniat, non nullum periculum est.
nam postquam meus rex est potitus hostium —
ita nunc belligerant Aetoli cum Aleis;
nam Aetolia haec est, illic est captus in Alide,
Philopolemus, huius Hegionis filius
senis, qui hic habitat, quae aedes lamentariae
mihi sunt, quas quotienscumque conspicio fleo;
nunc hic occepit quaestum hunc fili gratia
inhonestum et maxime alienum ingenio suo:
homines captivos commercatur, si queat
aliquem invenire, suom qui mutet filium.
quod quidem ego nimis quam cupio * ut impetret;
nam ni illum recipit, nihil est quo me recipiam.
⟨nam⟩ nulla est spes iuventútis, sese omnis amant;
ille démum antiquis est adulescens moribus,
cuius númquam voltum tranquillavi gratiis.
condigne pater est eius moratus moribus.
nunc ad eum pergam. sed aperitur ostium,
unde sáturitate saepe ego exii ebrius.

HEGIO I 2

Advorte animum sis tu: istos captivos duos,
heri quos emi de praeda a quaestoribus,

---

87 incomodestici 89 potes aulos B^1 90 uel *del. Guietus;* uel extra — ilicet *Bothius; errat Klotzius grundz. altr. metr. 83* tra poram B^1 sacculum *VE dixit de hoc loco Lobeckius Aglaoph. 1033* 91 quot 92 *cf. 762. Nonius 498* (s. genet. pro abl.) Pl. Captiuis ille alter potitus hostis est, *ubi* ille alter *ad Ter. Ad. 871 pertinere et turbas olim factas esse* (*cf. Non. 481*) *post alios exposuit Muellerus sq. oratio inconsequens, nulla parenthesis* 93 alidis 94 *cf. 330, ad 997* 95 philopole meus (philopolomeus *B*) egionis 98 hic *adverbium, in his aedibus* 99 et *om. B* 100 comercatur (-tatur *D*) *DE* 101 qui cummutet, *corr. Scioppius* 102—107 *post v. 125 habent codd., hic reposuit Acidalius* (Lol. *praem. B*) 102 cupio ut *singulare fidem non habet in versu non integro;* cupio ⟨fieri⟩ *Schoellius* imperet 103 inillum, *corr.* B^2 104 ⟨nam⟩ *L.* 105 adhulescens *B* 106 cui ius *DV* tranquilla uigratus (ingratiis *D*, ingratis E^1, ingratus E^2) *DVE* 107 est pater *B* 108 hostium 109 suturitate *V*, s*turitate B^1 exii *cf. 194 Stich. 458 Rud. 534* Senex. lolarivs. parasitvs 111 a *Fleckeisenus:* de

eis indito catenas singularias
istas, maiores, quibus sunt iuncti, demito;
sinito ambulare, si foris si intus volent,
sed uti adserventur magna diligentia.
liber captivos avis ferae consimilis est:
semel fugiendi si data est occasio,
satis est, numquam postilla possis prendere.

LORARIVS

Omnes profecto liberi lubentius
sumus quám servimus. Heg. Non videre ita tu quidem.
Lor. Si non est quod dem, mene vis dem ipse — in pedes?
Heg. Si dederis, erit extemplo mihi quod dem tibi.
Lor. Avis mé ferae consimilem faciam, ut praedicas.
Heg. Ita ut dícis: nam si faxis, te in caveam dabo.
sed satis verborumst. cura quae iussi atque abi.
ego ibo ad fratrem ad alios captivos meos,
visam ne nocte hac quippiam turbaverint.
inde mé continuo recipiam rursum domum.
Erg. Aegre est mi, hunc facere quaestum carcerarium
propter sui gnati miseriam miserum senem.
sed si ullo pacto ille huc conciliari potest,
vel carnificinam hunc facere possum perpeti.
Heg. Quis hic lóquitur? Erg. Ego, qui tuo maerore maceror,
macesco, consenesco et tabesco miser;
ossa atque pellis sum miser a macritudine;
neque umquam quicquam me iuvat quod edo domi:
foris aliquantillum etiam quod gusto, id beat.
Heg. Ergasile, salve. Erg. Di te bene ament, Hegio.
Heg. Ne fle. Erg. Egone illum non fleam? égon non defleam
Talem adulescentem? Heg. Semper sensi, filio

---

112 his, *corr. Seyffertus, cf. v. 2, Schmidtius de pron. dem. 32* 113 istas *cf. Bachius Studemundi stud. 2, 322* uincti *E et fort. V* 116 fere (ferre *D*), *cf. 123* 118 postillam *B* (*fort. B*[2]); *cf. Curc. 529* 119 Lor. *Pylades: om.* omnis 120 Heg. *Pylades:* Lor. (lolarivs *B, item 123, post 125*) noui dere *BD* 123 *schol. Verg. Aen. 10, 559* (alitibus feris) Pl.: aui me ferae similem faciam ut praedicas fere predicisti 125 *cf. ad 102—107* (126 Senex *praem. B*) 127 quipiam *BDV* 135 *cf. Aul. 564* pelli *Nonius 136* miseri *B*[1] a *om. Nonius* (*nomen testatus*); *si macritudinem spectas', cf. Cist. 60, Vssingius ad Aul. 179* 138 ergo sile *BV* egio 139 egonne *BE* non *om. VE* egone *BD*, ego me *VE* 140 tale *VE*

meo te ésse amicum, et illum intellexi tibi.
ERG. Tum denique homines nostra intellegimus bona,
quom quae in potestate habuimus, ea amisimus.
ego, postquam gnatus tuos potitust hostium,
expertus quanti fuerit nunc desidero.
HEG. Alienus cum eius incommodum tam aegre feras,
quid me patrem par facerest, cui ille est unicus?
ERG. Alienus ego? alienus illi? aha, Hegio,
numquam istuc dixis neque animum induxis tuom;
tibi ille únicust, mi etiam unico magis unicus.
HEG. Laudo, malum cum amici tuom ducis malum.
nunc habe bonum animum. ERG. Eheu, huic illud dolet,
quia nunc remissus est edendi exercitus.
HEG. Nullumne interea nactu's, qui posset tibi
remissum quem dixti imperare exercitum?
ERG. Quid credis? fugitant omnes hanc provinciam,
quoi optigerat postquam captust Philopolemus tuos.
HEG. Non pol mirandum est fugitare hanc provinciam.
multis et multigeneribus opus est tibi
militibus: primumdum opus est Pistorensibus;
eorum sunt aliquot genera Pistorensium:
opus Pániceis est, opus Placentinis quoque;
opus Turdetanis, opust Ficedulensibus;
iam maritumi omnes milites opus sunt tibi.
ERG. Vt saepe summa ingenia in occulto latent;
hic qualis imperator nunc privatus est.

---

142. 143 *seni continuantur* 143 qum *DE,* quin *V,* cum *B* 144 potitus est ostium *B* 145 fuerint B^1 148 PAR. *initio B, ante* ha *DVE* ille, *corr. Bothius* hah B^1*VE,* ha *D*B^2*, corr. Richterus Studemundi stud. 1, 395* 149 induxisti *VE,* eduxis D^1 150 unicus est 151 dicis *VE* 152 *cf. 167. quae intercedunt Plautus addidisse videtur; ad totum colloquii habitum non optime quadrant, cf. Karstenus Mnemos. 21, 299 sq.* huic — exercitus *Hegionis, corr. Bothius; ventrem pro animo ostendit, cf. Bacch. 1102* hoc (caput); *Bachius p. 152* 153 *ita ludit ut sollemni notione dicat remissum* (*Fest. 289*)*, ea qua Rud. 296 legitur edendi exercitum* 154—157 *parasiti, corr. Lambinus,* ς 155 dixit 157 quod, *corr. Camerarius* captus est *verborum collocatio maxime familiaris vetusto sermoni; quaedam attulit Vahlenus Herm. 17, 615. proceleumaticus hoc versus loco Truc. 363, cf. ad Amph. 992* 159—166 *parasiti, corr. Lambinus* *cf. Truc. 901 sq.* 159 multis generibus *DVE* 161 aliquod *VE* *cf. Cato r. r. 74 sq.* 163 opust *E:* opus est Ficedulenses *ut* Panicei *an certa nomina spectent incertum, non sociorum tantum nominibus ludi* Turdetani *docent; cum quibus res erat Romanis annis (536—) 540, 548 et 559* 164 omnis *Nonius 482*

HEG. Habe modo bonum animum, nam illum confido domum
in his diebus me reconciliassere.
nam eccum hic captivom adulescentem ⟨intus⟩ Aleum,
prognatum genere summo et summis ditiis:
hoc illum me mutare confido pote.
ERG. Ita di deaeque faxint. sed num quo foras
vocatus ⟨es⟩ ad cenam? HEG. Nusquam, quod sciam.
sed quid tu id quaeris? ERG. Quia mi est n͡atalis dies;
propterea te vocari ad te ad cenam volo.
HEG. Facete dictum. sed si pauxillo potes
contentus esse. ERG. Ne perpauxillum modo,
nam istoc me assiduo victu delecto domi;
age sis, roga emptum: nisi qui meliorem adferet
quae mi atque amicis placeat condicio magis,
quasi fundum vendam, meis me addicam legibus.
HEG. Profundum vendis tu quidem, haud fundum, mihi.
sed si venturu's, temperi. ERG. Em, vel iam otium est.
HEG. I modo, venare leporem: nunc irim tenes;
nam meus scruposam victus commetat viam.
ERG. Numquam istoc vinces me, Hegio, ne postules:
cum calceatis dentibus veniam tamen.
HEG. Asper meus victus sane est. ERG. Sentisne essitas?
HEG. Terrestris cena est. ERG. Sus terrestris bestia est.
HEG. Multis holeribus. ERG. Curato aegrotos domi.
numquid vis? HEG. Venias temperi. ERG. Memorem mones. —
HEG. Ibo intro atque intus subducam ratiunculam,
quantillum argenti mi ápud trapezitam siet.
ad fratrem, quo ire dixeram, mox ivero. —

169 ⟨intus⟩ *Schoellius, cf. Bachius p. 400; captivi a v. 126—194 certe non sunt in scaena* alium 170 diuitiis 171 pote *Muellerus Fleckeiseni ann. 93, 503 sq.:* fore 172 deque sed *sq. senis, 173* nusquam *sq. parasiti, 174* quia *sq. senis, corr. Spengelius* 173 ⟨es⟩ *ς* 174 tu *BD:* diu *VE* 175 *fort.* uocare ad te ad *B*[1]*:* ad te cenam *ς:* nam; *cf. Spengelius Philol. 37, 426* 176 facete — esse *parasiti codd.*, sed *sq. senis ς, corr. Spengelius* pauxillum, *corr. Lambinus* (*'nostri libri veteres plerique'*) 178 contemptus ne *post spat. B,* SEN. ne *DVE* perpauxillo *D*[2]*; sed intellegere videtur parasitus* edere (*cf. Gronovius*), *cf. Vidul. 38* 179 aic 183 tempori; *cf. 191* 184 *pers. om.* irim *i. e.* erem (*cf. Nemes. cyneg. 51. 57*) *vindicavit Salmasius exerc. Plin. 390*[b]. *glossa ἐχῖνος* iricius (*2, 321*), *Plin. 8, 125* irenaceus 185 nam *Pylades:* non 186 heio *BVE* 188 E. *Saracenus: om.* (*spat. BD*) 189 H. *Saracenus: om.* 190 *personae om., spat. ante* curato *cf. Cato r. r. 156 sq.* 191 tempori *E* 193 trapeizitam *B,* trapizitam *V* 194 iero

LORARII II 1

Si di ímmortales íd voluerunt, vós hanc aerumnam éxsequi,
decét id pati animo aéquo: si id faciétis, levior lábos erit.
domi fuístis, credo, líberi:
nunc servitus si evenit, ei vos morigerari mos bonust
et erili imperio eamque ingeniis vostris lenem reddere.
indigna digna habenda sunt, erus quae facit.

CAPTIVI

Oh oh oh.

Lor. Éiulatione haud opus est, oculis haud lacrimantibus:
in ré mala animo sí bono utare, ádiuvat.

TYNDARVS

At nós pudet, quia cúm catenis súmus. Lor. At pigeat póstea
nostrum erum, si vos éximat vínculis,
aút solutós sinat, quós argento émerit.
Tynd. Quid a nóbis metuit? scímus nos
nóstrum officiúm quod est, sí solutós sinat.
Lor. Át fugam fíngitis: séntio quam rem ágitis.

PHILOCRATES

Nós fugiamus? quó fugiamus? L. In patriam. P. Apage, haud nós id deceat,
fúgitivos imitári. Lor. Immo edepol, si érit occasio, haúd dehortor.
Tynd. Ýnum exoráre vos sínite nos. Lor. Quídnam id est?
Tynd. Ýt sine hisce arbitris
átque vobis nobis détis lócum loquendi.
Lor. Fíat. abscédite hinc: nós concedámus huc.
séd brevem orátionem íncipisse.

Lolarii philocrates (Ph. *bis VE*) captivi (*om. VE*) tyndarvs *B V E, om. D* 196 liuior *VE* 199 eamque et erili imperio, *corr. Nettleshipius lect. and ess. 343, cf. Niemeyerus stud. Plaut. 6 sq.* *ostris B^1, nostris D^1 195—200 *iambi continuantur usque ad* reddere, *clauditur systema trimetro* (*cf. 202*) 200ª *adhaeret priori* (oho hoh); *fletur extra metrum* 201 opus est multa oculis multa miraclitis, *correxi, cf. Asin. 620; Cic. pro Sest. 144* uideo hunc praetextatum eius filium oculis lacrimantibus me intuentem (multa *iniuria praeceptum, cf. vind. Pl. 10 sq., ad Bacch. 55*) 203—214 Capt. *pro Tyndaro vel Philocrate* 203 catenatis *B* ad 204 si ⟨ille⟩ *Reizius; fort. transitum facit* ˊ ◡ – ˊ – 205 solutor *VE* sinatque quos 206 *vel* ab 208 fugitis *VE* (D^1?) 209 id *B:* di 210 dehortor *cf. Poen. 674* 211. 212 *uno versu, item 214. 215; 215ª 216* 213 *ithyphallici incerti* 215 incipesse

Tynd. Em istúc mihi certum erat. cóncede huc.
Lor. Abíte ab ístis. Tynd. Obnóxii ámbo
vóbis sumus própter hanc rém, quom quae vólumus nos
copia est ✝ ea facitis nos compotes.
Phil. Sécede huc núnciam, sí videtúr, procul,
ne arbitri dicta nostra arbitrari queant
neu permanet palam haec nostra fallacia.
nam doli non doli sunt, nisi astu colas,
sed malum maxumum, si id palam provenit.
nam sí erus mihi es tu átque ego me túom esse servom assímulo,
tamen víso opust, cauto est opus, ut hoc sóbrie sineque árbitris
accúrate agátur, docte ét diligénter;
tanta íncepta rés est: haud sómniculóse hoc
agéndum est. Tynd. Ero út me volés esse. Phil. Spéro.
Tynd. Nam tú nunc vidés pro tuó caro cápite
carum ófferre ⟨mé⟩ meum capút vilitáti.
Phil. Scio. Tynd. At scíre memento, quándo id quód voles habébis;
nam fére maxima pars mórem hunc hominés habent: quod síbi volunt,
dum id ímpetrant, boní sunt;
sed íd ubi iam penes sése habent,
éx bonis péssimi et fraúdulentíssimi
fíunt: nunc út mihi té volo esse aútumo.
[quód tibi suádeam, suádeam meó patri.]
Phil. Pól ego si te aúdeam, meúm patrem nóminem:
nám secundúm patrem tu és pater próximus.

215[a] *Philocratis, corr. Pareus* 218 Phi. *praemissum, non v. sq. sic fere:* copia est fa⟨cere, quom⟩ facitis 221 neue 222 ni 223 id *attractione ad* malum, *nam iam non doli sunt sed malum;* provenit *notione medium inter eam quae est Pseud. 568 et* rem bene proventuram *Pers. 456 all.* 224 tu mihi es *Hermannus (cf. Mahlerus de pron. pers. coll. 4)* 225 causto *D¹E* 226 accurate hoc agatur, *corr. Guietus* 227 incoepta *B* 229 T. *Lambinus: om.* 230 ⟨me⟩ *Bentleius* 231 Tyn. scio Phi., *corr. Lambinus* memento scire *Fleckeisenus; anapaesti esse videntur cum iambis coniuncti; transitus ad creticos ut 203 sq., cf. 225 sq.* 232 *cf. Most. 114 Trin. 35 Men. 572;* maxima pars homines *dictum ut talia:* dextera digitis rationem computat (*Mil. 204*), quis mihi subuenict tergo (*Cas. 337, v. Brixius ad Mil. 1331*), ea — pauca *v. 970,* id mane ieiunus sumito cyathum (*Cato r. r. 122*), idque veicus Furf. maior pars fifeltares sci apsoluere uolent siue condemnare liceto (*CIL. 1, 603, 22*); *cf. Buechelerus Vmbr. 53, Nordenus mus. Rhen. 48, 550* 235 pene*** *B ante correcturam* 236 sunt, *corr. Hermannus cf. 228* 237 *coniunctivus attractione duplex ut Curc. 484 Most. 1100, ut futurum duplex Trin. 714; sed versus aliunde inlatus alium expulisse videtur, cf. Langenus stud. Plaut. 272*

Tynd. Aúdio. Phil. Et proptérea saepiús te uti memineris moneo:
non ego erus tibi, sed servos sum; nunc obsecro te hoc unum —
quoniam nobis di immortales animum ostenderunt suom,
ut qui erum me tibi fuisse atque esse conservom velint,
quom antehac pro iure imperitabam meo, nunc te oro per precem —
per fortunam incertam et per mei te erga bonitatem patris,
perque consérvitium commune, quód hostica evenit manu,
ne me secus honore honestes quam quom servibas mihi,
atque ut qui fueris et qui nunc sis meminisse ut memineris.
Tynd. Scio quidem me te esse nunc et te esse me. Phil. Em istuc si potes
memoriter meminisse, inest spes nobis ín hac astutia.

HEGIO II 2

Iam ego revertar intro, si ex his quae volo exquisivero.
ubi sunt isti quos ante aedis iussi huc produci foras?
Phil. Edepol tibi ne in quaestione essemus cautum intellego,
ita vinclis custodiisque circum moeniti sumus.
Heg. Qui cavet ne decipiatur, vix cavet, cum etiam cavet;
etiam cum cavisse ratus est, saepe is cautor captus est.
an vero non iusta causa est, ut vos servem sedulo,
quos tam grandi sim mercatus praesenti pecunia?
Phil. Neque pol tibi nos, quia nos servas, aequomst vitio vortere,
neque te nobis, sí abeamus hinc, si fuat occasio.
Heg. Vt vos hic, itidem illic apud vos meus servatur filius.
Phil. Captus est? Heg. Ita. Phil. Non igitur nos soli ignavi fuimus.
Heg. Secede huc. nam sunt quae éx te solo scitari volo.
quarum rerum te falsilocum mi esse nolo. Phil. Non ero
quod sciam. si quid nescibo, id nescium tradam tibi.
Tynd. Nunc senex est in tostrina, nunc iam cultros attinet.

---

240 propterea, *quia tanta tua in me merita sunt*, saepius *quam facerem si non essent* ut 242—244 *versus interpretantur illud* obsecro te *quod repetit in fine* te oro per precem 243 esse *Bothius:* esse nunc 244 quod, *corr. Fleckeisenus* 246 perque *cf. Skutschius Plaut. u. Rom. 152* 247 *cf. 356* seruiebas 249 equidem *Luchsius* potest *B* 251 Senex hegio philocr. eidem tyndarvs *BVE, om. D* 252 produci | Phi. foras 253 in B^2*: om.* chautum *DVE,* He cautum *in ras. B* 254 uinculis *B* moenitis *VE* 256 *cf. Epid. 359* 257 seruet, *corr.* B^2 258 presentia *VE* 259 aequomst uitio *Camerarius:* equom stultio (-cio *BD*) 260 habeamus *VE* 262 ignari, *corr.* B^2 263 huc ⟨tu⟩ *Schoellius, cf. Amph. 771;* ⟨ego⟩ ex *Fleckeisenus, cf. 293. 295* stitari *DVE* 265 nesciui, *corr. Acidalius* 266 T. *Saracenus:* he *VE, om. BD* est bitostrina (B^1 *incertum*), *corr*B^2 nunc iam *cf. Langenus symb. 287 sq.* *de subiecto mutato cf. ad. Trin. 1049*

ne id quidem, involucrum inicere, voluit, vestem ut ne inquinet.
sed utrum strictimne adtonsurum dicam esse an per pectinem,
nescio; verum, si frugist, usque admutilabit probe.
HEG. Quid tu? servosne esse an liber mavelis, memora mihi.
PHIL. Proxumum quod sit bono quodque a malo longissume,
id volo; quamquam non multum fuit molesta servitus,
nec mihi secus erat quam si essem familiaris filius.
TYND. Eugepae, Thalem talento non emam Milesium,
nam ad sapientiam huius * nimius nugator fuit.
ut facete orationem ad servitutem contulit.
HEG. Quo de genere natust illic Philocrates? PHIL. Polyplusio:
quod genus illi est unum pollens atque honoratissumum.
H. Quid ipsus hic? quo honore est illic? P. Summo, atque ab summis viris.
HEG. [Tum igitur ei cum in Aleis tanta gratia est, ut praedicas,]
quid divitiae, suntne opimae? PHIL. Vnde excoquat sebum senex.
HEG. Quid pater, vivitne? PHIL. Vivom, cum inde abimus, liquimus;
nunc vivat⟨ne⟩ necne, id Orcum scire oportet scilicet.
TYND. Salva res est, philosophatur quoque iam, non mendax modo est.
HEG. Quid erat ei nomen? PHIL. Thensaurochrysonicochrysides.
HEG. Videlicet propter divitias inditum id nomen quasi est.
PHIL. Immo edepol propter avaritiam ipsius atque audaciam.
[nam ille quidem Theodoromedes fuit germano nomine.]
HEG. Quid tu ais? tenaxne pater est eius? PHIL. Immo edepol pertinax;
quin etiam ut magis nóscas: Genio suo ubi quando sacruficat,
ad rem divinam quibus est opus, Samiis vasis utitur,
ne ipse Genius surripiat: proinde aliis ut credat vide.

---

267 inuolucre, *corr. Turnebus; cf. mus. Rhen. 38, 16, ad Asin. 149* 268 petinem, *corr.* B^2 269 PH. *praem.* admutilalabit *BVE*, admutalabit *D* prope B^1 271 PH. B^2*: om.* bonum *VE* 272 PH. *praem E, pers. erasa B* 274 TY B^2 *in ras.:* he *EV* euge petalem *BD*, euge potalem *VE* tanlento *BD* *cf. Cas. 347 Mil. 316 Poen. 274* 275 huius ⟨ille⟩ *Camerarius* 277 HE B^2*: om.* philo crathes *BD* poliplusio *DE* 278 illic 279 Quod *VE* 280 in illis *Brixius* *versum delevit Vssingius* 281 optume, *corr. Camerarius* exquoquat *B* seuum, *non sine exemplo* 282 abiimus, *corr. Bothius; cf. Vssingius ad Amph. 661* linquimus B^1 283 ⟨ne⟩ *Bothius* 284 TY B^2 *in ras.* he *VE* 285 HE B^2*: om.* quod nomem B^1, *item 286 B* thensauro chrysonico (chrusonico *E*, chrisonico *D*) chrisides (chri*sides *B*, crisides *E*, chysides *V*); *dicit* σαφῶς τὸ χρυσίον 286 HE B^2*: om* 287 PHI B^2*: om.* *cf. Paul. 20* audacia ab auide i. e. cupide agendo dicta, *cf. Spengelius Philol. 37, 433* 288 *cf. 629 sq., delevit Bothius* illic *BD*, illi *VE* 290 ubi quando *cf. Stich. 201, Schererus in Studem. stud. 2, 107. 129* 291 opus est ς utimur *VE* 292 alius B^1DV ut *om. E*, et *V*

Heg. Sequere hac me igitur. eadem ego ex hoc quae volo exquaesivero.
Philocrates, hic fecit, hominem frugi ut facere oportuit.
nám ego ex hoc quo genere gnatus sis scio, hic fassust mihi;
haec tu eadem si confiteri vis, tua ⟨ex⟩ re feceris:
quae tamen scio scire me ex hoc. Tynd. Fecit officium hic suom,
cum tibi est confessus verum, quam⟨quam⟩ volui sedulo
meam nobilitatem occultare et genus et divitias meas,
Hegio; nunc quando patriam et libertatem perdidi,
non ego istúnc me potius quam te metuere aequom censeo.
vis hostilis cum istoc fecit meas opes aequabiles;
memini, cum dicto haud audebat: facto nunc laedat licet.
sed viden? fortuna humana fingit artatque ut lubet:
me, quï liber fueram, servom fecit, e summo infimum;
qui imperare insueram, nunc alterius imperio obsequor.
et quidem si, proinde ut ipse fui imperator familiae,
habeam dominum, non verear ne iniuste aut graviter mi imperet.
Hegio, hoc te monitum, nisi forte ipse non vis, voluerim.
Heg. Loquere audacter. Tynd. Tam ego fui ante liber quam gnatus tuos,
tam mihi quam illi libertatem hostilis eripuit manus,
tam ille apud nos servit, quam ego nunc hic apud te servio.
est profecto deus, qui quae nos gerimus auditque et videt:
is, uti tu me hic habueris, proinde illum illic curaverit;
bene merenti bene profuerit, male merenti par erit.
quam tu filium tuom, tam páter me meus desiderat.
Heg. Memini ego istuc. sed faterin eadem quae hic fassust mihi?
Tynd. Ego patri meo esse fateor summas divitias domi
meque summo genere gnatum. sed te optestor, Hegio,
ne tuom animum avariorem faxint divitiae meae:
ne patri, tam étsi sum unicus, decere videatur magis,
me saturum servire apud te sumptu et vestitu tuo

---

293 sequere hac me igitur *ita tantum intellegi potest, ut Philocratem ad remotiorem locum ducat, deinde ad Tyndarum redeat; cf. 360 sq., Schoellius p. 112, Seyffertus B. ph. w. 1887, 812. expectamus* abscede igitur (*cf. 263*) igitur *cf. Langenus symb. 312* 295 scio: sci *VE* fassus est 296 ⟨ex⟩ *Valla* 297 scito ς, scis *Geppertus* 298 ⟨quam⟩ *Camerarius* 301 istuc *VE* 304 iubet *VE* 306 alterius *cf. 8* 309 heio uolueram, *corr. Brixius, cf. 53; sanum illud esset si dixisset 'etiam hoc'* 316 *videtur interpolatus esse ad similitudinem versuum 310—312, cf. 399* 317 istoc faterin: frater in *VE* fassus est 319 optector, *corr.* B^2 321 unicus sum, *corr. Muellerus*

potius quam illi, ubi minime honestumst, mendicantem vivere.
Heg. [Ego virtute deum et maiorum nostrum dives sum satis.]
non ego ómnino lucrum omne esse utile homini existimo:
scio ego, multos iam lucrum lutulentos homines reddidit;
est etiam ubi profecto damnum praestet facere quam lucrum.
odi ego aurum: multa multis saepe suasit perperam.
nunc hoc animum advorte, ut ea quae sentio pariter scias.
filius meus illic apud vos servit captus Alide:
eum si reddis mihi, praeterea únum nummum ne duis;
et te et hunc amittam hinc. alio pacto abire non potes.
Tynd. Optumum atque aequissumum oras optumusque hominum es homo.
sed is privatam servitutem servit illi an publicam?
Heg. Privatam medici Menarchi. Tynd. Pol is quidem huius est cliens.
tam hoc quidem tibi in proclivi quam imber est quando pluit.
Heg. Fac is homo ut redimatur. Tynd. Faciam. sed te id oro, Hegio —
Heg. Quid vis, dum ab re ne quid ores, faciam. Tynd. Ausculta, tum scies.
ego me amitti, donicum ille huc redierit, non postulo.
verum quaeso ut aestumatum hunc mihi des, quem mittam ad patrem,
ut is homo redimatur illi. Heg. Immo alium potius misero
hinc, ubi erunt indutiae, illuc, tuom qui conveniat patrem,
qui tua quae tu iusseris mandata ita út velis perferat.
Tynd. At nihil est ignotum ad illum mittere: operam luseris.
hunc mitte, hic transactum reddet omne, si illuc venerit.
nec quemquam fideliorem neque cui plus credat potes
mittere ad eum nec qui magis sit servos ex sententia,
neque adeo cui suom concredat filium hodie audacius.

---

323 honestum est *V:* honestu est *BD,* honestust *E* 324 *item Aul. 166; formulam ostendit Pers. 391, sed dixisset* meorum, *v. Ritschelius op. 2, 284* 326 luculentos *DVE* 329 aduortite 330 in Alide *ς, cf. 94. 9. 26. 544. 547. 590. 638. 973. 979;* in Alidem *379. 588,* ex Alide *510. 1005, 1014, sed* Alidem *573* 333 es homo D^2*:* homo es BD^1, homo *E,* esse homo *V* 334 He *praem.* priuatum *VE,* priuatim D^1 *ut vid.* 335 Tyn *praem.* priuatum medici menarchy *VE* T. *ς:* He *BVE; aptius haec Philocrati conveniant (Camerarius), cum v. 336 vernilis sermo sit; sed cf. ad 293* is *Fleckeisenus:* hic 336 Tyn *praem.* inprocliue *B* 337 is homo *cf. Engelbrechtus stud. Vindob. 6, 218; v. 989* redimator *VE* id *orationem interruptam indicet;* sed ted oro hoc *Brixius* (ted *Guietus*)*; cf. 426* 338 scies *DVE, Priscianus 2, 74:* scias *B ut vid.; cf. Abrahamus stud. Pl. 234* 339 donicum *testatur Priscianus:* donec cum 340 quaeso *Brixius:* te queso; *cf. 949. 1025. 432; alii inducunt* ut, *cf. ad Mil. 1362* 342 conuenit 345 omne transactum reddet, *corr. Guietus* 346 nec *Lond.:* ne 347 nec qui *Lond.:* nequi 348 tuum *ς, vulg.* (concredas *Schoellius*), *sed ambigue loquitur, cf. 708*

ne vereare, meo periclo húius ego experiar fidem,
fretus ingenio eius, quod me ésse scit erga se benevolum.
HEG. Mittam equidem istunc aestumatum tua fide, si vis. TYND. Volo;
quam citissime potest, tam hoc cedere ad factum volo.
HEG. Num quae causa est quin, si ille huc non redeat, viginti minas
mihi des pro illo? TYND. Optuma immo. HEG. Solvite istum nunciam,
atque utrumque. TYND. Di tibi omnis omnia optata offerant,
cum me tanto honore honestas cumque ex vinclis eximis.
hoc quidem haud molestumst, iam quod collus collari caret.
HEG. Quod bonis bene fit beneficium, gratia ea gravida est bonis.
nunc tu illum si illo es missurus, dice monstra praecipe
quae ad patrem vis nuntiari. vin vocem huc ad te? TYND. Voca.

II 3

HEG. Quae res bene vortat mihi meoque filio
vobisque, volt te novos erus operam dare
tuo veteri domino, quod is velit, fideliter.
nam ego te aestumatum huic dedi viginti minis,
hic autem té ait mittere hinc velle ad patrem,
meum ut illic redimat filium, mutatio
inter me atque illum ut nostris fiat filiis.
PHIL. Vtroque vorsum rectumst ingenium meum,
ad te atque ad illum; pro rota me uti licet:
vel ego huc vel illuc vortar, quo imperabitis.
HEG. Tute tibi tuopte ingenio prodes plurumum,
cum servitutem íta fers ut ferri decet.
sequere. em tibi hominem. TYND. Gratiám habeo tibi,
quom copiam istam mi et potestatem facis,
ut ego ad parentes hunc remittam nuntium,
qui me quid rerum hic agitem et quid fieri velim

---

349 periculo *B* fidem *ς:* uice fidem *BD,* uicem fidem *EV* 350 se *B:* sese *DVE* beniuolum *B* 351 istum aesty matum *B* 352 *intellege 'eum' (Lachmannus ad Lucr. 64)* 355 ferant, *corr. Fleckeisenus* 357 collari *Donati (G. L. 3, 393) Leidensis:* collaria (*item Donati Santenianus,* collario *Parisinus*) 358 *Tyndaro continuatur, corr. Camerarius cf. Pers. 675; ad Amph. 442* 359 illim B^1 illom *B* demonstra, *corr. Camerarius; cf. Mil. 256* 361 *novae scaenae inscriptum* HEGIO SENEX PHILOCRATES ADOLESCENS TYNDARVS SERVVS *BVE, spat. D* HE. B^2: TYN *VE* mihi B^2 *in ras.:* meo *DVE* 364 huic dedi aestumatum *Bothius, cf. ad Amph. 702* 366 *Hegionis nota ante* mutatio B^1V^1E 368 utroque uorsum *testatur Priscianus 2, 75* 369 at te B^1V atque ad *VE:* atque *BD* 370 impeabitis *VE* 371 tibi *Fleckeisenus:* tibi ea 372 ut ⟨eam⟩ *Schoellius* 373 *cf. Mil. 1425* 375 parentes meos hunc *B*

patri meo, ordine omnem rem, illuc perferat.
nunc ita convenit inter me atque hunc, Tyndare,
ut te aestumatum in Alidem mittam ad patrem,
si non rebitas huc, ut viginti minas
dem pro te. PHIL. Recte convenisse sentio.
nam pater expectat aut me aut aliquem nuntium,
qui hinc ad se veniat. TYND. Ergo animum advortas volo
quae nuntiare hinc te volo in patriam ad patrem.

PHIL. Phílocrates, ut adhuc locorum feci, faciam sedulo,
ut potissimum quod in rem recte conducat tuam,
id petam idque persequar corde et animo atque viribus.
TYND. Facis ita ut te facere oportet. nunc animum advortas volo:
omnium primum salutem dicito matri et patri
et cognatis et si quem alium benevolentem videris;
me hic valere et servitutem servire huic homini optumo,
qui me honore honestiorem semper fecit et facit.
PHIL. Istuc ne praecipias, facile memoria memini tamen.
TYND. Nam equidem, nisi quod custodem habeo, liberum me esse arbitror.
dicito patri, quo pacto mihi cum hoc convenerit
de huius filio. PHIL. Quae memini, mora mera est monerier.
TYND. Vt eum redimat et remittat nostrum huc amborum vicem.
PHIL. Meminero. H. At quamprimum pote: istuc in rem utriquest maxime.
PHIL. Non tuom tu magis videre quam ille suom gnatum cupit.
HEG. Meus mihi, suos cuique est carus. PHIL. Numquid aliud vis patri
nuntiari? TYND. Me hic valere et (tute audacter dicito,
Tyndare) inter nos fuisse ingenio haud discordabili,
neque te commeruisse culpam (neque me adversatum tibi)

---

380 huic *Lomanus* 381 PH. *om. VE* 383 ego *VE* 385 ut *D:* PHI ut *BVE* 386 tuum, *corr.* B^2 387 id persequarque, *corr. Camerarius* auribus 390 si *om. VE* 392 semper (*cf. 356*) *iure offendit Langenum st. Pl. 274;* fecit et semper *Wilamowitzius* 393 *Tyndaro continuatur, corr.* B^2*; item 397, Hegioni 399* non *VE* 394 quidem, *corr. Lambinus* 395 cum hoc mihi *Pylades* 396 moram *DV* 398 HE B^2 *in ras.:* TYN *VE* poteris, *corr. Spengelius* utrique *cf. Aul. 129, Luchsius in Studem. stud. 1, 323 sq.* 400—555 *leguntur in cod. Ottoboniano lat. 687 miscellaneo s. XII scripto* (*cf. Schoellii praef. Rud. p. 15*), *dedit ex Loewii apographo Goetzius Anal. Pl. 87 sq.* (*O*) 401 nunciare B^1 *distinxit Brixius; cf. 391, repetitioni obesse* aliud *Langenus dixit st. Pl. 274 sq.; sed quod in formula* numquid vis *omittitur* aliud, *usus sensum non mutat* (*cf. 191 et 183*). me hic valere *ut solet* valeas *post* numquid vis 402 *post* me *et* tute *auditur* nos 403 te aduorsatum mihi *Brixius*

beneque ero gessisse morem in tantis aerumnis tamen;
neque med umquam deseruisse te neque factis neque fide,
rebus in dubiis egenis. haec pater quando sciet,
Tyndare, ut fueris animatus erga suom gnatum atque se,
numquam erit tam avarus, quin te gratiis emittat manu +
et mea opera, si hinc rebito, faciam ut faciat facilius.
nam tua opera et comitate et virtute et sapientia
fecisti ut redire liceat ad parentis denuo,
cúm apud hunc confessus es et genus et divitias meas:
quo pacto emisisti e vinclis tuom erum tua sapientia.
Phil. Feci ego ista út commemoras, et te meminisse id gratum est mihi.
merito tibi ea evenerunt a me; nam nunc, Philocrates,
sí ego item memorem quae me erga multa fecisti bene,
nox diem adimat; nam quasi servos meus esses, nihilo setius
⟨tu⟩ mihi obsequiosus semper fuisti. Heg. Di vostram fidem,
hominum ingenium liberale. ut lacrumas excutiunt mihi.
videas corde amare inter se. quantis ⟨lautus⟩ laudibus
suom erum servos collaudavit. Tynd. Pól istic me haud centesimam
partem laudat quam ipse meritust ut laudetur laudibus.
Heg. Ergo cum optume fecisti, nunc adest occasio
bene facta cumulare, ut erga hunc rem geras fideliter.
Phil. Magis non factum possum velle, quam opera experiar persequi;
id ut scias, Iovem supremum testem laudo, Hegio,
me infidelem non futurum Philocrati Heg. Probus es homo.
Phil. Nec me secus umquam ei facturum quicquam quam memet mihi.
Tynd. Istaec dicta te experiri et operis et factis volo;

---

404 eroges sis amorem *VE*, ero gesis amorem *B^1D, corr. B^2* 405 me *VE* 408 quinte gratus *BD* (*quod ferri nequit*), quiinte gratus *VE;* manu emittat gratiis *Brixius, cf. Curc. 497* 413 exemisti *Lambinus* '*unius libri vet. auctoritatem secutus*' uinculis 415 ⟨sed⟩ merito *Brixius* 417 quasi *Fleckeisenus:* si (*sup. v. O*) meus *del. Guietus; cf. ad 94* setius *DO:* se tuis *VE*, secius *B* 418 ⟨tu⟩ *Fleckeisenus, Vssingius* 420 *supplevi. cf. Paras. p. frg. 3* ambo magna laude lauti laudibus *B* (ibus *B^2 in. ras.*): laudauit 421 T. *Fleckeisenus:* Ph. 422 meritus est ut *ex corr. E*, uel *V* 426 suppremum (*non O*) laudo *testatur Nonius 335:* do; *cf. 337; possis* me, Hegio, | infidelem 428 Ph. *O: om.* quam *om. D*, quicquam *om. O* 429 *Philocrati continuatur* experiri *DOB^2:* experire *B^1*, experi *VE* operis *B:* opera; *cf. Seyffertus B. phil. w. 1887, 815* (istaec dicta: te *distinguit, sed hoc suspicionem sermoni non aptam inferat*), *praeter alia Merc. 554. tamen de integritate versus dubito, cum ad v. 425 responderi videatur, et conieci:* te experiri persequi et factis et factis *cf. Amph. 267*

et, quo minus dixi quam volui de te, animum advortas volo,
atque horunc verborum causa caveto mi iratus fuas;
sed, te quaeso, cogitato hinc mea fide mitti domum
te aestimatum, et méam esse vitam hic pro te positam pignori,
ne tu me ignores, quom extemplo meo é conspectu abscesseris,
quom me servom in servitute pro ted hic reliqueris,
tuque te pro libero esse ducas, pignus deseras
neque des operam pro me ut huius reducem facias filium;
[scito te hinc minis viginti aéstumatum mittier.]
fac fidelis sis fideli, cave fidem fluxam geras:
nam pater, scio, faciet quae illum facere oportet omnia;
serva tibi in perpetuom amicum me, atque hunc inventum inveni.
haec per dexteram tuam te dextera retinens manu
opsecro, infidelior mihi ne fuas quam ego sum tibi.
tu hóc age. tu mihí erus nunc es, tu patronus, tu pater,
tibi commendo spes opesque meas. PHIL. Mandavisti satis.
satin habes, mandata quae sunt facta si refero? TYND. Satis.
PHIL. Et tua et tua huc ornatus reveniam ex sententia.
numquid aliud? TYND. Vt quam primum possis redeas. PHIL. Res monet.
HEG. Sequere me, viaticum ut dem á trapezita tibi,
eadem opera a praetore sumam syngraphum. TYND. Quem syngraphum?
HEG. Quem hic ferat secum ad legionem, hinc ire huic ut liceat domum.
tu intro abi. T. Bene ambulato. — P. Bene vale. H. Edepol rem meam
constabilivi, quom illos emi de praeda a quaestoribus;
expedivi ex servitute filium, si dis placet.
at etiam dubitavi, hos homines emerem an non emerem, diu.
servate istum sultis intus, servi, ne quoquam pedem
ecferat sine custodela. ⟨iam⟩ ego apparebo domi;
ad fratrem modo captivos alios inviso meos,

---

430 quo minus *cf. Ter. And. 655* (*Brixius*), *scil. quod dicturus eram nequedum dixi;* de te *non de laude tua, sed* '*te hinc mea fide mitti domum*' *etc.* caue tu *Bentleius, cf. Asin. 372* 432 mea *Camerarius:* te mea 433—444 *om. O* 433 estunatum *B* pignori *cf. 655. Pseud. 87 Most. 978 Rud. 581* 434 qum *BD*, quum *E*, qm̄ *ut vid. V* 435 te 436 ducas *om. VE* deseras *B*²*:* desideras 437 huius huius *BDV* 438 *delevit Brixius* scio *VE* mitier *D*¹*VE* 439 *Nonius 512* fidele pro fideliter: Pl. Capt. fac fidele cave fidem fluxam feras 441 imperpetuum 444 nunc erus *Camerarius; conieci* cogita: tu mihi 446 T. *om. VE* 447 PH *B*²*: om.* 450 summam *B*, summa *VE* 451 quę *VE* 453 illo *VE* 456 stultis *B* 457 custode, *corr. Gruterus* ⟨iam⟩ *Bothius* 458 modo ⟨ad⟩ *Fleckeisenus* inuisu *DE* *cf. Stich. 66 sim. et Rud. 1286*

eadem percontabor, ecquis hunc ádulescentem noverit.
sequere tu, te ut amittam; ei rei primum praevorti volo. —

ERGASILVS III 1

Míser homo est, qui ipse sibi quod edit quaerit et id aegre invenit,
sed ille est miserior, qui et aegre quaerit et nihil invenit;
ille miserrimust, qui cum esse cupit, ⟨tum⟩ quod edit non habet.
nam hercle ego huic die, si liceat, oculos effodiam libens,
ita malignitate oneravit omnis mortalis mihi;
neque ieiuniosiorem neque magis ecfertum fame
vidi nec quoi minus procedat quidquid facere occeperit,
ita venter gutturque resident esurialis ferias.
ilicet parasiticae arti maximam malam crucem,
ita iuventus iam ridiculos inopesque ab se segregat.
nil morantur iam Lacones unisubselli viros,
plagipatidas, quibus sunt verba sine penu et pecunia:
eos requirunt, qui libenter, quom ederint, reddant domi;
ipsi obsonant, quae parasitorum ante erat provincia,
ipsi de foro tam aperto capite ad lenones eunt
quam in tribú aperto capite sontes condemnant reos;
neque ridiculos iam terrunci faciunt, sese omnes amant.
nám uti dudum hinc abii, accessi ad adulescentes in foro.
'salvete' inquam. 'quo imus una' ínquam 'ad prandium?' atque illi tacent.
'quis ait "hoc" aut quis profitetur?' inquam. quasi muti silent,
neque me rident. 'ubi cenamus?' inquam. átque illi abnuont.
dico unum ridiculum dictum de dictis melioribus,
quibus solebam menstruales epulas ante adipiscier:
nemo ridet; scivi extemplo rem de compecto geri;

---

459 percunctabor hunc *om.* *OV* 461 Parasitvs dv (dv *om.* *O*) *BOVE*, *spat. D* *vel* ipsus quaerit: quę *VE* 463 miserrimus est ⟨tum⟩ *Niemeyerus, qui recte dicit hoc versu non sententiam augeri sed iocum* 464 diei 466 ecfr tum *VE*, effractum *O* 467 qui (cui *O*) 468 itaque, *ex usu* (*i. e.* itac) *cf. Cic. de leg. 2, 55* denicales (feriae) residentur mortuis 469 Licet *OVE* 470 opesque *VE*, inopes ς; '*qui ridiculi et inopes sunt*', *cf. Trin. 111* sese, *corr. Camerarius* 471 uni sub selli, *cf. Stich. 489;* unisubsellium *μονοκοίτιον* 472—479 *om. O* 473 comederint (-unt *D*) 474 issi *ut vid.* B^1E^1 (*475* isi *E*) 476 *cf. Mommsenus iur. publ. 3, 358* 477 tam B^1DV terrunti *D*, terrumci *E; cf. Buechelerus mus. Rhen. 46, 236 sq.* 478 nam ⟨ego⟩ *Bothius, cf. Seyffertus stud. Pl. 20* ut 479 *cf. ad 94;* una *hinc in v. 481* (cenamus una) *transponit Schoellius, sed hic vim comicam habet, non illic. alterum* inquam *del. Guietus* 483 menstrualis *DO*, mestrualis *V* (*E*) 484 *Charisius 197* (*testatus* de conpecto) rem de compecto gero compacto; *cf. Pseud. 540 sq.*

ne canem quidem irritatam voluit quisquam imitarier,
saltem, si non arriderent, dentes ut restringerent.
abeo ab illis, postquam video me sic ludificarier;
pergo ad alios, venio ad alios, deinde ad alios: una res.
omnes ⟨de⟩ compecto rém agunt, quasi in Velabro olearii.
nunc redeo inde, quoniam mé ibi video ludificarier.
item alii parasiti frustra obambulabant in foro.
nunc barbarica lege certumst ius meum omne persequi:
qui consilium iniere, quo nos victu et vita prohibeant,
is diem dicam, irrogabo multam, ut mihi cenas decem
meo arbitratu dent, cum cara annona sit. sic egero.
nunc ibo ad portum hinc: est illic mi una spes cenatica;
si éa decolabit, redibo huc ad senem ad cenam asperam. —

HEGIO III 2

Quid est suávius, quam bene rém gerere,
bonó publicó, sic ut égo feci herí,
cum emi hósce homines: ubi quísque vident,
eúnt obviam gratulánturque eám rem.
íta me miserum restitando
retinendoque lassum reddiderunt:
vix éx gratulándo misér iam eminebam.
tandem ábii ad praetórem; ibí vix requiévi:
rogo sýngraphum, datur mi ílico; dedi Týndaro: ille abiít domum.
inde ílico praevórtor domúm, postquam id áctum est;
eo prótinus ad fratrém, mei ubi súnt alii captívi.
rogo, Philocratem ex Alide ecquis hominum
noverit: tandem hic exclamat, eum sibi esse sodalem;
dico eum esse apud me; hic extemplo orat obsecratque,

---

488 uenio: *fort.* inde 489 ⟨de⟩ *Fleckeisenus* compacto 490 *del. Fleckeisenus* quoniam *B:* quom 493 concilium, *corr.Ásscha; cf. Pseud. 543* 494 his *OB*[2] 497 decollabit, *cf. Diomedes 365* (decollo: decipio) apud Plautum: una est decollavit 498. 499 *uno versu* 500 *sq. disp.:* cum — obviam | gratulanturque — restitando 503 *hic desinit D* *trochaei esse videntur* 506 dedi* *B:* de 507 reuortor *B;* domum praevortor *i. e. domum versus viam capesso.* protinus, *recta via, ad fratrem, qui habitat inter forum et Hegionis domum; cf. 457 sq.* 508 mei *Pylades:* inde abii mei 509 omnium, *corr. Hermannus* rogo — noverit *duo dimetri troch. esse possunt. sed metri usque ad 512* videre *nullum certum indicium verba habent, prosae propiora; nisi iambi esse videntur* 511 eum *om. B*[1] (*add. post* esse *B*[2])

eum sibi ut liceat videre:
  iussi ílico hunc exsolvi. nunc tu sequere me,
ut quód me oravisti ímpetres, eum hóminem uti convénias. —

TYNDARVS III 3

Nunc íllud est, cum mé fuisse quam ésse nimio mávelim:
nunc spes opes auxiliaque a me segregant spernuntque se.
hic illést dies, cum nulla vitae meae salus sperabilest,
neque + exílium exitio est néque adeo spes, quae mi hunc aspellat metum,
nec subdolis mendaciis mihi usquam mantellum est meis,
[nec sycophantiis nec fucis ullum mantellum obviam est]
neque deprecatio perfidiis meis nec male factis fuga est,
nec confidentiae usquam hospitium est nec deverticulum dolis:
operta quae fuere aperta sunt, patent praestigiae,
  ómnis res palam est, néque de hac re negotium est,
quín male occidam oppetamque pestem eri vicem meamque.
perdidit me Aristophontes hic qui venit modo intro +
  is me novit, is sodalis Philocrati et cognatus est.
neque iám Salus servare, si volt, me potest, nec copia est,
    nisi si áliquam corde machinor astutiam.
  quám, malum? quid machiner? quid comminiscar? maxumas
    nugás ineptus incipisso. haereo.

HEGIO III 4

Quo illúm nunc hominem próripuisse fóras se dicam ex aédibus?
TYND. Núnc enim vero ego óccidi: eúnt ad te hostes, Tyndare.

---

512. 513 *uno versu* 514. 515 *utrubique* ut 516—523 *om. O* 516 nimio (o *ex corr.*) *B:* nemo *VE* 517 se *Douza:* me 518 sperabilis est *B* (*contrahendum ut feci*)*:* sperabilis est mecum *VE, atque v. 519* metum *om. VE* 519 exitium exitio *Pontanus, Acidalius* (*cf. Ter. Phorm. 200*)*; sed* exitio (*Truc. 511, cf. 622 Most. 377 Ter. Eun. 671*) *cum accusativo non satis probat Ter. Hec. 378* (*Mil. 1432 A*). *fuisse puto* ⟨hinc⟩ *vel* ⟨usquam⟩ exitiost *et superscriptum* auxilium, *cf. 517* 520 mendatiis (-tus *VE*) subdolis, *corr. Pylades* 521 *delevit post alios Langenus st. Pl. 26. 276* Nec ς: Nei *BE,* Ne *V,* nec hi *schol. Verg. georg. 4, 377* 522 precatio *VE* 523 diuerticulum *B* 525—554 *initia versuum perierunt O* 525 *aut septenarium faciunt* (palamst ⟨quae clam erat⟩ *Brixius*) *aut senarium* (palamst res *Bothius*)*, sed res incerta* 526 meamque *facete dictum, scil. eri vicem, sed etiam sua vice peribit* 527 aristophontis *B* intro uenit modo *Camerarius; fort.* ⟨huc⟩ modo 531 quam *V*²*:* qua 532 ineptias, *correxi* (ineptia *Merc. 26 in parte additicia*) incipisse *BVE,* incepisse *O, corr. Camerarius; deinde* ⟨em⟩ haereo *Schoellius, fort.* ⟨enim⟩, *cf. Merc. 740* HEGIO. TYNDARVS ARISTOPHONTES 533 *cf. Trin. 276*

quíd loquar? quid fabulabor? quid negabo aut quid fatebor?
mihi rés omnis ín incerto sita est. quid rebus confidam meis?
utinám te di prius perderent, quam periisti e patria tua,
Aristophontes, qui ex parata re imparatam omnem facis.
occísa est haec res, nisi reperio atrocem mi aliquam astutiam.
Heg. Sequere. ém tibi hominem. adi, atque adloquere. Tynd. Quis
homo est me hominum miserior?

ARISTOPHONTES

Quíd istuc est quod meos te dicam fugitare oculos, Tyndare,
proque ignoto me aspernari, quasi me numquam noveris?
equidem tam sum servos quam tu, etsi ego domi liber fui,
tu usque a puero servitutem servivisti in Alide.
Heg. Edepol minime miror, si te fugitat aut oculos tuos,
aut si te odit, qui istum appelles Tyndarum pro Philocrate.
Tynd. Hegió, hic homó rabiosus habitus est in Alide,
ne tu quód istic fabuletur auris immittas tuas.
nam istic hastis insectatus est domi matrem et patrem,
et illic isti qui insputatur morbus interdum venit.
proin tu ab istoc procul recedas. Heg. Vltro istum a me. A. Ain, verbero?
me rabiosum atque insectatum esse hastis meum memoras patrem,
et eum morbum mi esse, ut qui me ópus sit insputarier?
Heg. Ne verere, multos iste morbus homines macerat,
quibus insputari saluti fuit atque is profuit.
Arist. Quid tu autem? etiam huic credis? Heg. Quid ego credam huic?
Arist. Insanum esse me?
Tynd. Viden tu hunc, quam ínimico voltu intuetur? concedi optumumst,
Hegio: fit quód tibi ego dixi, glíscit rabies, cave tibi.
Heg. Credidi esse insanum extemplo, ubi te appellavit Tyndarum.
Tynd. Quin suom ipse interdum ignorat nomen neque scit qui siet.
Heg. At etiam te suom sodalem esse aibat. Tynd. Haud vidi magís.

---

536 mihi *priori versui adhaeret; cf. ad v. 94;* res mi *Brixius* 537 peristi 538 *cf. Cas. 828;* rem *Redslobius* 539 repperio *VE* 540 *trochaicum esse suspicatur Muellerus pros. 292, fort. recte* 543 quam tu *BO:* quantum *VE* 545 si te B^1*:* iste V^1EO^1, is si te V^2O^2, si B^2 547 istic *Luchsius, cf. Bachius in Studemundi stud. 2, 329* abitus *VE* 548 istuc *VE* 550 sputatur, *corr. Pylades; sane insputatio ad superstitionem spectat, non ad curationem* 554 *desinit O* 555 his B^2 557 intuitur *Bentleius, cf. ad Bacch. 668* optumunst *B* 558 sit *VE,* id *Schoellius; cf. Herm. 18, 585* 559 apellauit *B* 560 Quia, *corr. Pontanus* 561 aiebat haudiuidi B^1, audiui di *VE*

et quidem Alcumeus atque Orestes et Lycurgus postea
una opera mihi sunt sodales qua iste. Arist. At etiam, furcifer,
male loqui mi audés? non ego te novi? Heg. Pol planum id quidem est,
non novisse, qui istum appelles Tyndarum pro Philocrate.
quem vides, eum ignoras: illum nominas quem non vides.
Arist. Immo iste eum sese ait, qui non est, esse, et qui vero est, negat.
Tynd. Tu énim repertu's, Philocratem qui superes veriverbio.
Arist. Pol ego ut rem video, tu inventu's, vera vanitudine
qui convincas. sed quaeso hercle, agedum aspice ad me. Tynd. Em.
Arist. Dic modo:
tun negas te Tyndarum esse? T. Négo, inquam. A. Tun te Philocratem
esse ais? Tynd. Égo, inquam. Arist. Tune huic credis? Heg. Plus
quidem quam tibi aut mihi.
nam ílle quidem, quem tu hunc memoras esse, hodie hinc abiit Alidem
ad patrem huius. Arist. Quem patrem, qui servos est? T. Et tu quidem
servos es, liber fuisti, et ego me confido fore,
si huius huc reconciliasso in libertatem filium.
Arist. Quid ais, furcifer? tun te gnatum ⟨esse⟩ memoras liberum?
Tynd. Non equidem me Liberum, sed Philocratem esse aio. A. Quid est?
ut scelestus, Hegio, nunc iste ⟨te⟩ ludos facit.
nám is est servos ipse, neque praeter se umquam ei servos fuit.
Tynd. Quia tute ipse eges in patria nec tibi qui vivas domist,
omnis inveniri similis tui vis; non mirum facis:
est miserorum, ut malevolentes sint atque invideant bonis.
Arist. Hegio, vide sis, ne quid tu huic temere insistas credere.
atque, ut perspicio, profecto iam áliquid pugnae edidit.
filium tuom quód redimere se ait, id ne utiquam mihi placet.
Tynd. Scio te id nolle fieri; efficiam tamen ego id, si di adiuvant.
illum restituam huic, hic autem in Alidem me meo patri.
propterea ad patrem hinc amisi Tyndarum. Arist. Quin tute is es:
neque praeter te in Alide ullus servos istoc nominest.

---

562 alcumeus, *sed prior* u *erasa*, *E:* alc*meus *B,* alc meus *V* licurgus *E,* ligurgus *BV* 564 mihi loqui mihi B^1, mihi loqui B^2 phanum *VE* 565 appellas *VE* *cf. 546 et Bachius p. 329. versu aegre careamus* 567 ait B^2: aut 569 uero a *Nonius 184* 571 tun negas te *Bosscha* (*cf. Kaempfius de pron. pers. 14*)*:* te negas tun *B:* tu *VE* 572 *ais *B,* aias *VE* *extremi versus incerti numeri* 573 hunc *om. VE* esse hunc memoras *Bothius* 575 es *Fleckeisenus:* et 576 hunc 577 ⟨esse⟩ *Pylades* 579 ⟨te⟩ *Gruterus* 580 se umquam *B:* eum quam *VE* 582 inuenire, *corr. Camerarius* tui *Fleckeisenus:* tibi; *cf. Truc. 505 sq.* 583 misero*rum (o *et* r *e corr.*) *B* indeant *B* 586 ne utiquam *B:* ne iniquam (imq. *E*) *VE*

Tynd. Pergin servom me exprobrare esse, id quod vi hostili optigit?
Arist. Enim iam nequeo contineri. T. Heus, audin quid ait? quin fugis?
iam illic hic nos insectabit lapidibus, nisi illunc iubes
comprehendi. Arist. Crucior. Tynd. Ardent oculi: fit opus, Hegio;
viden tu illi maculari corpus totum maculis luridis?
atra bilis agitat hominem. Arist. At pol te, si hic sapiat senex,
pix atra agitet apud carnificem tuoque capiti inluceat.
Tynd. Iam deliramenta loquitur, laruae stimulant virum.
hercle qui, si hunc comprehendi iusseris, sapias magis.
Arist. Crucior, lapidem non habere mé, ut illi mastigiae
cerebrum excutiam, qui me insanum verbis concinnat suis.
Tynd. Audin lapidem quaeritare? Arist. Solus te solum volo,
Hegio. Heg. Istinc loquere, si quid vis, procul. tamen audiam.
Tynd. Namque edepol si adbites propius, os denasabit tibi
mordicus. Arist. Neque pol me insanum, Hégio, esse creduis
neque fuisse umquam, neque esse morbum quem istic autumat.
verum si quid metuis a me, iube me vinciri: volo,
dum istic itidem vinciatur. Tynd. Immo enim vero, Hegio,
istic, qui volt, vinciatur. Arist. Tace modo. ego te, Philocrates
false, faciam ut verus hodie reperiare Tyndarus.
quid mi abnutas? Tynd. Tibi ego abnuto? A. Quid agat, si absis longius?
Heg. Quid ais? quid si adeam hunc insanum? Tynd. Nugas. ludificabitur,
garriet quoi neque pes umquam neque caput compareat.
ornamenta absunt: Aiacem, hunc cum vides, ipsum vides.
Heg. Nihili facio. tamen adibo. Tynd. Nunc ego omnino occidi,
nunc ego intér sacrum saxumque sto, nec quid faciam scio.
Heg. Do tibi operam, Aristophontes, si quid est quod me velis.
Arist. Ex me audibis vera quae nunc falsa opinare, Hegio.
sed hoc primúm, me expurigare tibi volo, me insaniam
neque tenere neque mi esse ullum morbum, nisi quod servio.

---

592 enim *Bothius:* enim vero   audin quid B^2 *in ras.*: inquid *VE*
594 fit opus *i. e.* γίγνεται τὸ ἔργον, *cf. 558*   597 atra pix, *corr. Lindemannus*   *fort.* tuo quae   599 He. Hercle quid si hunc comprehendi iusserim? Ty. sapias magis (*sed* hercle *VE:* quid B^2 *in ras., deleto sequente* quid), *correxi*
601 concinat   606 quem *om.* B^1 607 uincire *B*   608 uitiatur *V, E ex corr.* (609 uintiatur *VE*)   uero *om.* B^1 609 te B^2*: om.*   611 quid — longius *Tyndaro continuantur, corr. Lessingius*   longius *priori versui adhaeret VE*
613 He. B^2*:* Ar. *VE, item 616. 618*   614 quod, *corr. Acidalius, cf. Asin. 729*   615 ortamenta *VE* (*cf. Ribbeckius trag. frg. p. 3*)   616 nihil, *corr. Lambinus*   617 ergo *VE*   *cf. Cas. 970*   619 Ar. B^2*: om.* (*cf. ad 613*)
620 haec *V,* h̄ *E*   expurgare   621 *prioris* neque *positionem notavit Lambinus*

at ita me rex deorum atque hominum faxit patriae compotem,
ut istic Philocrates non magis est quam aut ego aut tu. H. Eho dic mihi,
quis illic igitur est? Arist. Quem dudum dixi a principio tibi.
hoc si secus reperies, nullam causam dico quin mihi
et parentum et libertatis apud te deliquio siet.
H. Quid tu ais? T. Me tuom esse servom et te meum erum. H. Haud istuc rogo.
fuistin liber? Tynd. Fui. Arist. Enim vero non fuit, nugas agit.
Tynd. Qui tu scis? an tu fortasse fuisti meae matri obstetrix,
qui id tam audacter dicere audes? Arist. Puerum te vidi puer.
Tynd. At ego te video maior maiorem: ém rursum tibi.
meam rem non cures, si recte facias. num ego curo tuam?
Heg. Fuitne huic patér Thensaurochrysonicochrysides?
Arist. Non fuit, neque ego istuc nomen umquam audivi ante hunc diem.
Philocrati Theodoromedes fuit pater. Tynd. Pereo probe.
quin quiescis? ⟨i⟩ dierectum cor meum, ac suspende te.
tu sussultas, ego miser vix asto prae formidine.
Heg. Satin istuc mihi exquisitum est, fuisse hunc servom in Alide
neque esse hunc Philocratem? A. Tam satis quam numquam hoc invenies secus.
sed ubi is nunc est? Heg. Vbi ego minime atque ipsus se volt maxume.
sed vide sis. Arist. Quin exploratum dico et provisum hoc tibi.
Heg. Certon? Arist. Quin nihil, inquam, invenies magis hoc certo certius.
Philocrates iam inde usque amicus fuit mihi a puero puer.
Heg. Tum igitur ego deruncinatus, deartuatus sum miser
huius scelesti techinis, qui me ut lubitum est ductavit dolis.
sed qua faciest tuos sodalis Philocrates? Arist. Dicam tibi:
macilento ore, naso acuto, corpore albo, oculis nigris,
subrufus aliquantum, crispus, cincinnatus. Heg. Convenit.
Tynd. Vt quidem hercle in medium ego hodie pessume processerim.
vae illis virgis miseris, quae hodie in tergo morientur meo.
Heg. Verba mihi data esse video. Tynd. Quid cessatis, compedes,
currere ad me meaque amplecti crura, ut vos custodiam?

---

622 Ar. *praemittit V, erasum BE* 623 autu *VE* 626 delinquio B^1; *cf. Placid. corp. gl. 5, 16. 61* deliquio (-quo): obliuio, *schol. Verg. Aen. 4, 390* delinquionem (et deliquium) *ex Gelli annal.* fiet *B* 627 quid tuas *VE* 629 obstitrix 630 qui *B:* quid 631 *fort.* at ⟨pol⟩ ego (*Schoellius*) hem 632 ego cura *VE* tua 636 ⟨i⟩ *Gulielmius; fort.* cor meum? i d. 639 ta *VE* 640 He. *praemissum* (*ante* ubi *om., sed* Vbi *B*) 641. 642 *suo loco reposuit Brixius* 641 deruncinatus *schedae Turnebi:* erumnatus *BVE*, deunciatus (deuniatus *Harl.*^{1}, deuntus *corr. in* deunctus *Leid.*) *Nonius 95 s.* deartuare 642 thechnis 644 qui 646 fatie *VE* 647 oculis *Guietus:* et oculis 650 ue

HEG. Satin med illi hodie scelesti capti ceperunt dolo?
illic servom se assimulabat, hic sese autem liberum.
nuculeum amisi, retinui pignori putamina.
ita mihi stólido sursum versum os sublevere offuciis.
hic quidem mé numquam irridebit. Colaphe, Cordalio, Corax,
ite istinc, ecferte lora.

COLAPHVS

Num lignatum mittimur?

III 5

HEG. Inícite huic manicas * mastigiae.
TYND. Quid hoc ést negoti? quid ego deliqui? HEG. Rogas,
sator sartorque scelerum, et messor maxume?
TYND. Non occatorem dicere audebas prius?
nam semper occant prius quam sariunt rustici.
HEG. At ut cónfidenter * mihi contra astitit.
TYND. Decet innocentem servom átque innoxium
confidentem esse, suom apud erum potissimum.
HEG. Adstringite isti sultis vehementer manus.
TYND. Tuós sum, tu has quidem vel praecidi iube.
sed quid negoti est, quam ob rem suscenses mihi?
HEG. Quia me meamque rem, quod in te uno fuit,
tuis scelestis falsidicis fallaciis
deartuasti dilaceravisti atque opes
confecisti omnes, res ac rationes meas:

---

653 santin *B* me (*hiatus quattuor modis vitari potest*) capiti *B*[1] 655 nuculeum *B, Nonius 157* (*s.* putamina): nucleum *VE* retinui *Donatus Adelph. 5, 3, 10:* reliqui *cum Nonio* pigneri *Nonius* 656 uersus *VE* subliuere *B*[1]*VE, cf. Prisc. 1, 529, Diom. 370* 657 Cordalio *cf. 735* Cordalus. *κόρδυς πανοῦργος Hesychius* 658 iste *VE* istinc *Guietus:* istinc atque; *cf. 950, Merc. 910, Poen. 1319, ad Poen. 1116* CO *ante* num 659 HEGIO LORARII TYNDARVS ARISTOPHONTES *BVE* manicas ⟨maxumas⟩ *Spengelius,* ⟨actutum⟩ *Pylades* 661 sator sartorque *B:* sartor satorque *Nonius 7* (*s.* sartores a sariendo, *sed codd.* a serendo), sator satorque *VE* 662 non occatorem *B, Nonius:* noccatorem *V,* hoccatorem *E* prius audebas dicere *Nonius* 663 sarriunt (sariunt *Noni Bamb.*) 664 ut ⟨etiam⟩ *Schoellius; fort.* ⟨homo⟩ mihi (*cf. Muellerus pros. 58*) *cf. Pseud. 459—461 versus similes. argutatus erat v. 662, eam confidentiam dixit Hegio; respondet item argute, nam Hegioni non innocens est et erum habet praeter eum* 665 *addi aut mutari nihil potest quin sermo deterior fiat* 667 sultus *VE* 668 tu has *Lond.:* tuas 672 *ut s. Nonius 95:* delacerauisti deartuauistique opes *cf. mus. Rhen. 38, 12, ubi Nonium neglexi.* dilacerare (delacerare *nihil est*) *fortius est quam deartuare. cf. 641*

ita mi exemisti Philocratem fallaciis.
illum esse servom credidi, te liberum;
ita vosmet aiebatis itaque nomina
inter vos permutastis. Tynd. Fateor, omnia
facta esse ita ut ⟨tu⟩ dicis, et fallaciis
abiisse eum abs te mea opera atque astutia;
an, obsecro hercle te, id nunc suscenses mihi?
Heg. At cum cruciatu maxumo id factumst tuo.
Tynd. Dum ne ob male facta peream, parvi aestumo.
si ego hic peribo, ast ille ut dixit non redit,
at erit mi hoc factum mortuo memorabile,
⟨me⟩ meum erum captum ex servitute atque hostibus
reducem fecisse liberum in patriam ad patrem,
meumque potius me caput periculo
praeoptavisse, quam is periret, ponere.
Heg. Facito ergo ut Acherunti clueas gloria.
Tynd. Qui per virtutem, periit, at non interit.
Heg. Quando ego te exemplis pessumis cruciavero
atque ob sutelas tuas te morti misero,
vel te interiisse vel periisse praedicent;
dum pereas, nihil intererit: dicant vivere.
Tynd. Pol si istuc faxis, haud sine poena feceris,
si ille huc rebitet, sicut confido affore.
Arist. Pro di immortales, nunc ego teneo, nunc scio
quid hoc sít negoti. meus sodalis Philocrates
in libertate est ad patrem in patria. bene est,
nec quisquam est mihi, aeque melius cui velim.
sed hoc mihi aegre est, me huic dedisse operam malam,
qui nunc propter me meaque verba vinctus est.
Heg. Votuin te quicquam mi hodie falsum proloqui?

---

674 exemisti B^2: et emisti 675 credi 678 ⟨tu⟩ *Camerarius* 679 abisse 682 existumo *Bothius, cf. Most. 76 (frg. inc. v. 31 G.)* 683 ast *ex usu dictum, (pro* at *Trin. 74, Merc. 246, cf. Jordanus symb. crit. 292 sq.)* 685 ⟨me⟩ *Pylades, Bentleius* 687 periclo 689 dueas B^1, ducas *VE* 690 perit at *Noni 422 Lugd.*^{1} *Harl.*^{1}: peritat *BVE*, perit aut *Noni rell., cf. Reblinus de Noni loc. Pl. 59, qui etiam de v. 682 recte iudicavit. similis verbi collocatio v. 959, Aul. 167 sq., Mil. 631. cf. ad Herenn. 4, 57* (Decius) amisit uitam, at non perdidit 691 excruciauero, *corr. Bothius* 693 predident VE^1 694 interdico dicant, *correxi* 696 rebitet *nescio quis:* redibit et; *cf. 747* afforet, *corr. Pius* 698 quod *VE* sit hoc, *corr. Bothius* 700 mi ⟨alius⟩ *Fleckeisenus, possis* ⟨amicu⟩st 703 quiquam *VE*

TYND. Votuisti. HEG. Cur es ausus mentiri mihi?
TYND. Quia vera obessent illi quoi operam dabam:
nunc falsa prosunt. HEG. At tibi oberunt. TYND. Optumest.
at erum servavi, quem servatum gaudeo,
cui me custodem addiderat erus maior meus.
sed malene id factum árbitrare? HEG. Pessume.
TYND. At ego aio recte, qui abs te sorsum sentio.
nam cogitato, si quis hoc gnato tuo
tuos servos faxit, qualem haberes gratiam?
emitteresne necne eum servom manu?
essetne apud te is servos acceptissimus?
responde. HEG. Opinor. TYND. Cur ergo iratus mihi es?
HEG. Quia illi fuisti quam mihi fidelior.
TYND. Quid? tu una nocte postulavisti et die
recens captum hominem, nuperum novicium,
te perdocere ut melius consulerem tibi,
quam illi, quicum una ⟨a⟩ puero aetatem exegeram?
HEG. Ergo ab eo petito gratiam istam. ducite,
ubi ponderosas crassas capiat compedes.
inde ibis porro in latomias lapidarias.
ibi quom alii octonos lapides effodiunt, nisi
cotidiano sesquiopus confeceris,
Sescentoplago nomen indetur tibi.
ARIST. Per deos atque homines ego te obtestor, Hegio,
ne tu istunc hominem perduis. HEG. Curabitur;
nam noctu nervo vinctus custodibitur,
interdius sub terra lapides eximet:
diu ego húnc cruciabo, non uno absolvam die.
ARIST. Certumne est tíbi istuc? HEG. Non moriri certius.
abducite istum actutum ad Hippolytum fabrum,
iubete huic crassas compedes impingier;
inde extra portam ad meum libertum Cordalum
in lapicidinas facite deductus siet:

---

704 uotauisti 707 ad *VE* 709 ⟨tu⟩ arbitrare *Pylades* 710 sorsum *sic* 718 nuperum nouicium *Nonius 143:* nuperum et nouicium *Priscianus 1, 96,* nuper | et nouici*um *B,* | et nouitium *VE* 720 ⟨a⟩ *Pylades* 721 istam gratiam, *corr. Pylades* 725 cotidianos es que opus *VE,* cotidianos ses que opus *B* 726 *nomen proprium intellegi formatio nominis docet* 728 istuc B^1, istunt VE^1 730 inter díu *VE* 731 ego hunc *ς:* hunc ego 733 yppolitum 736 diductus

atque hunc me velle dicite ita curarier,
ne qui deterius huic sit quam cui pessume est.
Tynd. Cur ego te invito me esse salvom postulem?
periclum vitae meae tuo stat periculo.
post mortem in morte nihil est quod metuam mali.
etsi pervivo usque ad summam aetatem, tamen
breve spatium est perferundi quae minitas mihi.
vale atque salve, etsi aliter ut dicam meres.
tu, Aristophontes, de me ut meruisti, ita vale;
nam mihi propter te hoc optigit. Heg. Abducite.
Tynd. At unum hoc quaeso, si huc rebitet Philocrates,
ut mi eius facias conveniundi copiam.
Heg. Periistis, nisi hunc iam e conspectu abducitis.
Tynd. Vis haec quidem hercle est, et trahi et trudi simul. —
Heg. Illic ést abductus recta in phylacam, ut dignus est.
ego illís captivis aliis documentum dabo,
ne tale quisquam facinus incipere audeat.
quod absque hoc esset, qui mihi hoc fecit palam,
usque offrenatum suis me ductarent dolis.
nunc certum est nulli posthac quicquam credere.
satis súm semel deceptus. speravi miser
ex servitute me exemisse filium:
ea spes elapsa est. perdidi unum filium,
puerum quadrimum quem mihi servos surpuit,
neque eum servom umquam repperi neque filium;
maior potitus hostium est. quod hoc ést scelus?
quasi in orbitatem liberos produxerim.
sequere hac. reducam te ubi fuisti. neminis
miserere certum est, quia mei miseret neminem. —
Arist. Exauspicavi ex vinclis. nunc intellego
redauspicandum esse in catenas denuo. —

---

737 ita me uelle dicite, *corr. Fleckeisenus* 738 nequid *VE* 740 periculum uitae 742 etsi super uiuo *B*, et superuiuo E^1 747 at: atque B^1 rubitet *VE* 749 peristis istunc *Brixius; cf. Bachius in Studemundi stud. 2, 242* 751 philacam 753 natale *VE* 755 ofere natum *B*, offere gnatum *V*, offerre natum *E, corr. Gulielmius* 756 post haec, *corr. Bothius* 757 deceptis *VE* 760 surripuit 762 *cf. 92* 763 perduxerim *VE* 765 misereri *codd. cum Charisio 159 Diomede Prisciano all. ad unum auctorem redeuntibus, corr. Spengelius* (*item Prisciani* R^1) est *om. Priscianus 1, 207* quia mei VEB^2*:* quamei *Diomedes 333,* qui mei *exc. Bobiens. 561,* quia B^1 (quia mis *Pareus*) nemo *Priscianus Nonius 143* (*s.* neminis) neminis me miseret nam me miseret neminem

ERGASILVS IV 1

Iúppiter supreme, servas me measque auges opes,
máximas opimitates opiparasque offers mihi,
laudém lucrum, ludum iocum, festivitatem ferias,
pompám penum, potationis saturitatem, gaudium,
néc cuiquam homini supplicare * nunc certum est mihi;
nam vél prodesse amico possum vel inimicum perdere,
ita híc me amoenitate amoena amoenus oneravit dies.
síne sacris hereditatem sum aptus effertissimam.
nunc ád senem cursum capessam hunc Hegionem, cui boni
tantum affero quantum ipsus a dis optat, atque etiam amplius.
nunc cérta res est, eodem pacto ut comici servi solent
coníciam in collum pallium, primo ex med hanc rem ut audiat;
speróque me ob hunc nuntium aetérnum adepturum cibum.

HEGIO IV 2

Quanto ín pectore hánc rem meó magis volúto,
tanto mi aegritudo auctiór est in animo.
ad illum modum sublitum os esse mi hodie!
neque íd perspicere quivi.
quod cúm scibitúr, ⟨tum⟩ per úrbem inridébor.
cum extemplo ad forum advenero, omnes loquentur:
'hic illest senex doctus, quoi verba data sunt.'
sed Ergasilus estne hic, procúl quem video?
conlécto quidem est pallio. quidnam acturust?
ERG. Move áps te moram átque, Ergásile, age hanc rem.
éminor interminorque, ne mi obstiterit obviam
nisi quis satis diu vixisse sese homo arbitrabitur.
nam qui obstiterit, ore sistet. HEG. Hic homo pugilatum incipit.
ERG. Facere certumst. proinde ita omnes itinera insistant sua,

---

768 PARASITVS ERGASILVS (-LOS *VE*) *VEB*² suppreme 769 opimates *VE*, optimitas *Nonius 146* (s. optimitas ab optimo), *cf. Asin. 282* offert *Nonius* 772 *nec de metro nec de supplemento constat, cf. Bacch. 225* 774 *fort. trochaicus* moenitate *B*¹*VE* dies *Merula, Pylades:* mihi 776 legionem *VE* 777 offero *VE* ipse 779 me 781 HEGIO. SENEX. ERGASILVS PARASITVS *VE*, SENEX. PARASITVS *B*² 783. 784 *uno versu* 783 subitum hodie mihi, *corr. Reizius* 785 com ⟨tum⟩ *Lindemannus* 787 ductus, *corr. Dousa* quo *B*¹*VE* 788 ⟨ire⟩ uideo *Guietus, Bosscha* 790 moram ⟨nunc⟩ *Flecketsenus* 791 ne *Guietus:* nequis; *cf. Skutschius Pl. u. Rom. 9* 792 arbitratur *B* 793 pugillatum, *cf. Bacch. 428* 794 P. *hic om. sequenti v. praem. VE* certust *B* ita *Fleckeisenus:* ut

ne quis in hanc plateam negoti conferat quicquam sui.
nam meus est ballista pugnus, cubitus catapultast mihi,
umerus aries, tum genu quemque icero ad terram dabo,
dentilegos omnes mortales faciam, quemque offendero.
HEG. Quae illaec eminatiost nam? nequeo mirari satis.
ERG. Faciam ut huius diei locique meique semper meminerit.
[Qui mihi in cursu opstiterit, faxo vitae is extemplo opstiterit suae.]
HEG. Quid hic homo tantum incipissit facere cum tantis minis?
ERG. Prius edico, ne quis propter culpam capiatur suam:
continete vos domi, prohibete a vobis vim meam.
HEG. Mira edepol sunt, ni hic in ventrem sumpsit confidentiam.
vae misero illi, cuius cibo iste factust imperiosior.
ERG. Tum pistores scrofipasci, qui alunt furfuribus sues,
quarum odore praeterire nemo pistrinum potest:
eorum si quoiusquam scrofam in publico conspexero,
ex ipsis dominis meis pugnis exculcabo furfures.
HEG. Basilicas edictiones atque imperiosas habet:
satur homost, habet profecto in ventre confidentiam.
ERG. Tum piscatores, qui praebent populo pisces foetidos,
qui advehuntur quadrupedanti crucianti canthorio,
quorum odos subbasilicanos omnes abigit in forum,
eis ego ora verberabo surpiculis piscariis,
ut sciant, alieno naso quam exhibeant molestiam.
tum lanii autem, qui concinnant liberis orbas oves,
qui locant caedundos agnos et duplam agninam danunt,
qui petroni nomen indunt verveci sectario,

795 hac platea, *corr. Bothius* 796 *item Nonius 552* (*s.* catapulta): mihi haec balista pugnum est *gramm. de dub. nom. 5, 587 K.* (pugnum Plautus genere neutro dixit) pallista (lista B^2 *in ras.*) *B* 797 ut quemque icero (ut *omisi*) *Pylades:* adquemque iecero 798 dentilecos 800 eius *B* *hinc Terentius Eun. 801* faciam ut huius loci dieique (*sic Bemb. Call.*) meique semper memineris 801 *omitti potest* in cursu (*Bothius*) *sive* extemplo (*Pylades*); *sed res a toto sermone aliena* 806 ue impensiar V^1E^1, impensior V^2E^2, impe— B^1 807 scrophi pasci furfure, *corr. Luchsius in Studemundi stud. 1, 56 sq.* 809 scropham 811 editiones 814 quadrupedancia B^1 815 subbalsicanos *VE* abegit *codd.*, adegit *Priscianus 1, 31* (*testatur* odos) *de basilica ante Porciam quae fuerit cf. ad Curc. 470 sq.; non necessario Romanam indicari dicit Huelsenus roem. mitth. 1894, 283, sed Curc. 472 sq. item cum foro piscatorio basilica coniungitur* 816 ergo *VE* 818 lanu B^1, lanum *VE* 819 dupla *Rostius; desideratur aliquid quale* uetulam, *quam dudum caesi pro agno dent quem quis caedendum conduxerit* (*cf. Aul. 567*) 820 uerueti

eum ego si in via petronem publica conspexero,
et petronem et dominum reddam mortales miserrumos.
Heg. Eugepae, edictiones aedilicias hic quidem habet,
mirumque adeost ni hunc fecere sibi Aetóli agoranomum.
Erg. Non ego nunc parasitus sum, sed regum rex regalior,
tantus ventri commeatus meo adest in portu cibus.
sed ego cesso hunc Hegionem onerare laetitia senem,
quó homine ⟨hominum⟩ adaeque nemo vivit fortunatior?
Heg. Quae illaec est laetitia, quam illic laetus largitur mihi?
Erg. Heus ubi estis? ecquis ⟨hic est? ecquis⟩ hoc aperit ostium?
H. Hic homo ad cenam recipit se ad me. E. Áperite hasce ambas fores
prius quam pultando assulatim foribus exitium adfero.

H. Perlúbet hunc hominem colloqui. Ergásile. E. Ergasilum qui vocat?
Heg. Respíce. Erg. Fortuna quod tibi nec fácit nec faciet, me iubes.
sed quis est? Heg. Réspice ad me, Hégio sum. Erg. Óh mihi,
quántum est hominum óptumorum óptume, in témpore advenis.
Heg. Nescío quem ad portum náctus es ubi cénes, eo fastídis.

E. Cédo manum. H. Manum? E. Manum, inquam, cedo tuam actutum.
Heg. Tene.
E. Gaude. H. Quid ego gaudeam? E. Quia ego impero, age gaude modo.
Heg. Pol maerores mi antevortunt gaudiis. Erg. [Noli irascier]
iám ego ex corpore exigam omnis maculas maerorum tibi.
gaude audacter. Heg. Gaudeo, etsi nil scio quod gaudeam.
Erg. Bene facis. iubé — Heg. Quid iubeam? E. Ignem ingentem fieri.
H. Ignem ingentem? E. Ita dico, magnus ut sit. H. Quid? me, volturi,
tuan causa aedis incensurum censes? Erg. Noli irascier.
iuben an non iubes astitui aúlas, patinas elui,

821 eum *non genetivus. ridicule apodosis ad petronem deflectit, deinde dominum repetit ut 809 sq.* 823 editiones *VE* 824 fecerunt *VE* Aetoli sibi *Guietus* 826 cibus *genetivum esse dicit Priscianus 1, 258* 828 quo ς: qui homine hominum *Camerarius:* hominem *VE* (*sed* em *in ras. E m. 3*), homine *B* 829 illa haec *VE* 830 *supplevit Bothius* hoc B^2: h** B^1, haec *V, om. E* 832 pulsando *Nonius 72* assulatim *testatur Nonius:* uel assultatim *B*, uel absultatim uel assultatim *VE* adfero: dabo *Nonius* 833 periubet *VE* hergasilum *B* 834 facit EB^2: fac** B^1, facis *V* me *Brixius:* hoc me 835 *sq. disp.:* sed — est | hominum — aduenis quis ς: qui *B*, quid *VE* 836 *clausula trochaica* *cf. Amph. 877* 838 credo manu. H. manu *VE* 839 imperio *VE* 840 *cf. 845* (*Acidalius*) 844 uoluri *VE* 845 aedis *Gruterus:* me aedis

÷ laridum atque epulas foveri foculis ferventibus?
alium pisces praestinatum abire? Heg. Hic vigilans somniat.
Erg. Alium porcinam atque agninam et pullos gallinaceos?
Heg. Scis bene esse, si sit unde. Erg. ÷ Pernam atque ophthalmiam,
horaeum, scombrum et trygonum et cetum, et mollem caseum?
Heg. Nominandi istorum tibi erit magis quam edundi copia
hic apud me, Ergasile. Erg. Mean me causa hoc censes dicere?
Heg. Nec nihil hodie nec multo plus tu hic edes, ne frustra sis.
proin tu tui cottidiani victi ventrem ad me afferas.
Erg. Quin ita faciam, ut ⟨tu⟩te cupias facere sumptum, etsi ego vetem.
H. Egone? E. Tune. H. Tum tu mi igitur erus es. E. Immo benevolens.
vin te faciam fortunatum? Heg. Malim quam miserum quidem.
E. Cedo manum. H. Em manum. E. Di te omnes adiuvant. H. Nil sentio.
Erg. Non enim es in senticeto, eo non sentis. sed iube
vasa tibi pura apparari ád rem divinam cito,
atque agnum afferri proprium pinguem. Heg. Cur? Erg. Vt sacrufices.
H. Cui deorum? E. Mi hercle, nam égo nunc tibi sum summus Iuppiter,
idem ego sum Salus, Fortuna, Lux, Laetitia, Gaudium.
proin tu deum hunc saturitate facias tranquillum tibi.
Heg. Esurire mihi videre. Erg. Mi quidem esurio, non tibi.
Heg. Tuo arbitratu, facile patior. Erg. Credo, consuetu's puer.
Heg. Iuppiter te dique perdant. E. Te hercle — mi aequom est gratias
agere ob nuntium; tantum ego nunc porto a portu tibi boni:
nunc tu mihi places. Heg. Abi, stultu's, sero post tempus venis.
Erg. Igitur olim si advenissem, magis tu tum istuc diceres;
nunc hanc laetitiam accipe a me, quam fero. nam filium
tuom modo in portu Philopolemum vivom, salvom et sospitem

---

847 lar**dum (ri *eras.*) *B*, laridarum *E* laridum atque epulae *non recte componuntur;* laridum ac pernas *Schoellius* (*cf. 903. 907*)*; sed illae non tam recte dicuntur foveri f. f. quam epulae. versum intercidisse conicio qualem* ⟨pernas detrudi pendentes, praetruncari tegoribus⟩ laridum 849 *mire positus inter* pisces *et piscium genera, sed loco moveri nequit* 850 pernae *domi sunt, pisce opus est* (percam, muraenam, sepiolam *elegerunt*) ophthalmia *cf.* oculata *Plin. 32, 149* 851 *τὰ ταρίχη recenset: ὡραῖον, σκόμβρον, θύννειον Athen. 3, 120ᵉ sq.* horrẹum *V*, horreum *E* trigonum; trygonem *Bothius, atque mira est media producta* 855 tui tu *Priscianus 1, 258* coctitiani (*ex* cott. ?) *B*, quottidiani *E*, cotidiani *V*, *Prisc.* *Nonius 484* (*s.* uicti *ut Prisc.*) pro uicti quotidiani uentrem ad me adferas 856 ⟨tu⟩ *Bentleius* 859 credo *VE* adiuu*nt *B*, adiuuent *VE* 862 proprium *vindicatur actis ludorum saecularium v. 103 sq., cf. Mommsenus et Schoellius ephem. epigr. 8, 261. fort.* ⟨tibi⟩ afferri 864 fortunax *VE* 865 diuum *Bothius* 866 equidem *Merula, fort.* miquidem *correpta prima* 867 H. — E. *Pylades:* H. *ante* credo

vidi in publica celoce, ibidémque illum adulescentulum
Aleum una et tuom Stalagmum servom, qui aufugit domo,
qui tibi surripuit quadrimum puerum filiolum tuom.
Heg. Abi in malam rem, ludis me. Erg. Ita me amabit sancta Saturitas,
Hegio, itaque suo me semper condecoret cognomine,
ut ego vidi. H. Meum gnatum? E. Tuom gnatum et genium meum.
H. Et captivom illum Alidensem? E. *Μὰ τὸν Ἀπόλλω.* H. Et servolum
meum Stalagmum, meum qui gnatum surripuit? Erg. *Ναὶ τὰν Κόραν.*
H. Iam credo? E. *Ναὶ τὰν Πραινέστην.* H. Venit? E. *Ναὶ τὰν Σιγνίαν.*
H. Certon? E. *Ναὶ τὸν Φρουσινῶνα.* H. Vide sis. E. *Ναὶ τὸν Ἀλάτριον.*
Heg. Quid tu per barbaricas urbes iuras? Erg. Quia enim item asperae
sunt ut tuom victum autumabas esse. Heg. Vae aetati tuae.
Erg. Quippe quando mihi nil credis, quod ego dico sedulo.
sed Stalagmus quoius erat tunc nationis, cum hinc abit?
Heg. Siculus. Erg. At nunc Siculus non est, Boius est, Boiam terit:
liberorum quaerundorum causa ei, credo, uxor datast.
Heg. Dic, bonan fide tu mi istaec verba dixisti? Erg. Bona.
Heg. Di immortales, iterum gnatus videor, si vera autumas.
Erg. Ain tu? dubium habebis etiam, sancte quom ego iurem tibi?
postremo, Hegio, si parva iuri iurandost fides,
vise ad portum. Heg. Facere certumst. tu intus cura quod opus est.
sume, posce, prome quid vis. te facio cellarium.
Erg. Nam hercle, nisi mantiscinatus probe ero, fusti pectito.
Heg. Aeternum tibi dapinabo victum, si vera autumas.
E. Vnde id? H. A me meoque gnato. E. Sponden tu istud? H. Spondeo.
Erg. At ego tuom tibi advenisse filium respondeo.
Heg. Cura quam optume potes. — Erg. Bene ambula et redambula.

---

874 celoce *B:* cęlo te *VE*, celocem *Noni codd. 533* ibidem *Nonius fort. recte* ullum *Noni Harl., Leid.*[2] (*om. Leid.*[1] *Guelf.*) 875 alium 877 saturnitas *B* 878 egio 879 meumne *Bentleius* 880 *μά cf. Most. 973, ubi negat; Herond. 5, 59* appollo *B* He. et *B:* E. ut *E*, E* ut (*eras.* t?) *V* 881 ne tan corā (*B*[2] *in ras.*) 882 credo *L.:* diu; *cf. Men. 176, Ter. Eun. 814, Brixius ad Trin. 1062* netam prenestem; *ludit in genere nominis neutri in e exeuntis* netan signeam 883 *ναὶ τόν L.:* ne tā, *sed B*[2] *in ras.* frusinonem *B*, frusi non est *VE* ne ton *VE*, ne tā *B*[2] *in ras.* alatrium *BV*, alatrina *E* 884 perbarbaricas *B*: barraricas *VE* 885 ue *BE*[2]*:* ille *V et fort. E*[1] 886 E. *Saracenus: om.* 887 quo iusserat nunc *B*[1]*VE* hic abit *B*[1], hic abiit *VE* 888 *nomina om. VE* si cuius *bis, corr. Camerarius* at *Camerarius:* et bolus *B*[1]*VE* 894 uise ad *B*[2]*:* uis erat *VE,* uos e ad *B*[1] *ut vid.* certunst 895 quid uis te *B:* quid iuste *VE* 896. 897. *pers. om. VE* 896 *cf. Donatus ad parasiti verba Eun. 2, 2, 27* cum de alieno maticinor et impendo (*cf. mus. Rhen. 38, 16*) 898 sponde

illic hinc abiit, mihi rem summam credidit cibariam. IV 3
di immortales, iam ut ego collos praetruncabo tegoribus,
quanta pernis pestis veniet, quanta labes larido,
quanta sumini absumedo, quanta callo calamitas,
quanta laniis lassitudo, quanta porcinariis.
nam si alia memorem, quae ad ventris victum conducunt, morast.
nunc ibo, ut pro praefectura mea ius dicam larido,
et quae pendent indemnatae pernae, eis auxilium ut feram. —

PVER IV 4

Diéspiter te dique, Ergasile, perdant et ventrem tuom,
parasítosque omnis, et qui posthac cenam parasitis dabit.
cladés calamitasque, intemperies módo in nostram advenit domum.
quasi lúpus esuriens ⟨ille⟩ metui ne in me faceret impetum.
ubi   impetum
nimisque hércle ego illum male formidabam, ita frendebat dentibus.
advéniens deturbavit totum cum carne carnarium:
arrípuit gladium, praetruncavit tribus tegoribus glandia;
aulás calicesque omnes confregit, nisi quae modiales erant.
cocum pércontabatur, possentne seriae fervescere.
cellás refregit omnis intus reclusitque armarium.
adsérvate istunc, sultis, servi. ego ibo, ut conveniam senem,

---

901 Parasitvs *VEB²* tibariam *VE* 902 per truncabo *VE* tergoribus, *cf. 915 Pseud. 198* 904 absumendo, *corr. Valla* collo *B¹VE* 905 *accedit A* lanus *VE, A n. l.* 907 pro p[rae]fe[ctu]ra mẹạ *A:* praefecturam et *P* *praefectura hic munus significat, minime audacter aut mirifice, etiamsi praefectura iuri dicundo alias non dicatur, v. Festus 233* 908 perne eis *B² in ras.:* pernies *VE,* pernis *A≂ non melius* 909–921 *cf. ad Amph. 248 sq.* 909 Pver *P, spat. A* deique *A* 911 cladẹs *A:* cladis *P* calamitatẹsque *A* modo in *AB:* modom *E,* modam *V* (*eius consuetudinis, quae in Milite regnat, ut vocabulis in vocalem desinentibus* m *addatur, in Captivis nullum vestigium est*) *Cato r. r. 141* calamitates intemperiasque prohibessis 912 esuriens metui ne in me *P:* esuṛi[ens] tịṃụị [ne in] me *A; ille post 909 et 911 non sine ratione addidisse videor;* ⟨ita iam⟩ quasi *J. Langius Fleckeiseni ann. 147, 194 sq.* 912ᵃ *om. P* ubi uoltụṣ [ẹt]ṣụr[gẹ]nṭịṣ — impetum; *atque participium esse videtur* esurientis, *versus igitur priori parallelus; fuisse potest aut tale* ubi uoltus esurientis ⟨uidi, eius extimescebam⟩ impetum *aut* uti uolturi esurientis, *cf. 844* 913 for]m[ịḍ]au[ị *A* 914 [to]tum [ḍẹṭụṛḅạṭ] *A* carnẹ *AP* 915 praẹruncauit *A* tergoribus *P* 916 confringit *P* modialạẹṣ *A*

dicam út sibi penum alium adornet, siquidem sese uti volet;
nam híc quidém, ut adornat, aut iam nihil est aut iam nihil erit. —

HEGIO V 1

Iov́i disque agó gratiás merito mágnas,
quom reducem tuo te patri reddiderunt
quomque ex miseriis plurimis me exemerunt,
† quae adhuc carens dum huc fui sustentabam,
quomque hunc conspicor in potestate nostra,
quomque huius reperta est fides firma nobis.

PHILOPOLEMVS

Sátis iam dolui ex ánimo, et cura mé satis et lacrumis máceravi,
sátis iam audivi tuás aerumnas, ád portum mihi quás memorasti.
hóc agamus.

PHILOCRATES

Quid nunc, quoniam tecum servavi fidem
tibique hunc reducem in libertatem feci? Heg. Fecisti ut tibi,
Philocrates, numquam referre gratiam possim satis,
proinde ut tu promeritu's de me et filio. Philop. Immo potes,
pater, et poteris et ego potero, et dí eam potestatem dabunt
ut beneficium bene merenti nostro merito muneres;

---

920 penum ali[bi] adorn[et *A ut Studemundus supplevit* (*in cod. fuisse potest* alia), penum aliud ornet *P, correxi;* dicam seni curet sibi aliud penus *Priscianus 1, 170 genus neutrum et* penus *testatus* 921 hiç qu[idem ut ado]ṛnat *AP;* hic *adverbium est;* ut ⟨istic homo⟩ *Luchsius* 922 Hegio (heio B^2). philocrates · philopolemvs · stalagmvs (stalacmvs B^2) *P, spat.* AB^1 922 He. B^2*:* philocr. *VE* deisque *A,* diisque *P* 923 cum te reducem tu[o *AP, corr. Brixius; cf. ad Rud. 909* 924 H. *praem. E* ex AB^2*:* et *P* me exemerunt *A et* (me exe *in ras.*) B^2*:* metemerunt *V,* mei emerunt (i *incerta*) *E* 925 quae ạdhuc̣ ç[arens du]ṃ ḥuç fụị *A,* quae adhuc te carens dum hic fui *P;* quas dum te carendum hic fuit *Acidalius, in qua lectione non satisfacit* hic, *praesertim cum in A* huc *omisso* te *indicet correcturam in P factam esse;* carens fui *cf. Rud. 943 Poen. 660 Truc. 125 Pseud. 1041* (*D. Brutus ad Cic. 11, 20, 2* te cautum esse uolo et insidias uitantem) *Reisigi synt. ed. L. 740 sq. fortasse igitur:* adhuc quas, carens dum hoc fui, sustentabam quae *non defendi videtur exemplis quae attulit Vssingius ad Amph. 959* (*cf. idem ad l.*), *cf. Spengelius reformv. 353* 926 conspicio *P, corr. Geppertus* (*cf. Studemundus act. conv. philol. 1882, 52*); *A n. l.* 927 huius *Bothius*: hạẹç *AP* 928 Philopol. *VE, om. B* me satis et *P* (*i. q.* me sat et): satis me *A;* satis me et *Fleckeisenus* maceraui hoc *P,* ma — *A, corr. Camerarius; cf. 930 init.* 932—1007 *deest A* 933 filio ⟨meo⟩ *Camerarius* 935 bene meriti *VE* munerem *Gertzius*

sicut nunc potes, pater mi, facere merito maxume.
HEG. Quid opust verbis? lingua nullast qua negem quidquid roges.
PHILOCR. Postulo abs te, ut mi illum reddas servom, quem hic reliqueram
pignus pro me, qui mihi melior quam sibi semper fuit,
pro bene factis eius ut ei pretium possim reddere.
HEG. Quod bene fecisti referetur gratia id quod postulas;
et id et aliud, quod me orabis, impetrabis. atque te
nolim suscensere quod ego iratus ei feci male.
PHILOCR. Quid fecisti? HEG. In lapicidinas compeditum condidi,
ubi rescivi mihi data esse verba. PHILOCR. Vae misero mihi,
propter meum caput labores homini evenisse optumo.
HEG. At ob eam rem mihi libellam pró eo argenti ne duis:
gratiis a me, ut sit liber, ducito. PHILOCR. Edepol, Hegio,
facis benigne. sed quaeso, hominem ut iubeas arcessi. HEG. Licet.
ubi estís vos? ite actutum, Tyndarum huc arcessite.
vos ite intro. interibi ego ex hac statua verberea volo
erogitare, meo minore quid sit factum filio.
vos lavate interibi. PHILOP. Sequere hac, Philocrates, me intro. —
PHILOCR. Sequor. —
HEG. Age tu illuc procede, bone vir, lepidum mancupium meum. V 2

STALAGMVS

Quid me oportet facere, ubi tu talis vir falsum autumas?
fui ego bellus, lepidus: bonus vir numquam, neque frugi bonae,
neque ero umquam, ne ⟨erres⟩: spem ponas me bonae frugi fore.

---

936 nunc *L.:* tu huic *his versibus* (*934—936, cf. Langenus symb. 224 sq.*) *careri minime potest, quibus solis breviter ac vivide boni adulescentis ingenium repraesentetur. non oppositio fit praesentis ac futuri temporis sed compositio, ut et nunc* (*Tyndaro reddendo*) *et posthac habendam esse gratiam dicatur et a patre et a filio neu Tyndaro reddito satis factum esse beneficiis videatur. tantum efficiendum erat ne v. 936 opponi viderentur personae* (*bene merentis et Philocratis*) 937 opus *VE* 940 ut ei *ς:* uti 941 *post v. 938, corr. ς* refetur *V,* refertur *E* 945 ue 947 libella *VE* 948 cratis aducito, *corr. Lindemannus* 950 *cf. Cist. 649 Pseud. 1261 Stich. 618; fort.* ⟨agite⟩ ite, *cf. Mil. 1351 Pers. 469 Stich. 683* accersite *B,* atcersite *V,* arccersite *E* 951 interibi *ς:* inter ibo (*v. 953* inter ibi) ueruere (-uece *E,* -uerce *V*) auolo *VEB²*, *om. B¹* 954 SENEX. SERVVS FVGITIVVS 957 ne *BE:* neque *V* spem ponas *non alio modo determinatum nihil significare potest nisi quod similia* pallium, tunicas, ornamenta, gladium *et* (*Curc. 536*) uitam ponere, *idem quod* spem deponas *Horat. sat. 2, 5, 26. cum de verbi significatu agatur,* in me *subaudiri ex sequentibus vocabulis nequit. aptius quam* in spe, in spem, *quod ne versui quidem sufficit, visum est quod posui supplementum*

Heg. Propemodum ubi loci fortunae tuae sint facile intellegis.
sí eris verax, tua ex re, facies ex mala meliusculam.
recte et vera loquere, sed neque vere neque ⟨tu⟩ recte adhuc
fecisti umquam. Stal. Quod ego fatear, credin pudeat cum autumes?
Heg. At ego faciam ut pudeat, nam in ruborem te totum dabo.
Stal. Eia, credo ego imperito plagas minitaris mihi.
tandem ista aufer ⟨ac⟩ dic quid fers, ut feras hinc quod petis.
Heg. Satis facundu's. sed iam fieri dicta compendi volo.
Stal. Vt vis fiat. Heg. Bene morigerus fuit puer, nunc non decet.
hoc agamus. iam animum advorte ac mihi quae dicam edissere.
[sí eris verax, ⟨ex⟩ tuis rebus feceris meliusculas.]
Stal. Nugae istaec sunt. non me censes scire quid dignus siem?
Heg. At ea subterfugere potis es pauca, si non omnia.
Stal. Pauca effugiam, scio; nam multa evenient, et merito meo,
quia et fugi et tibi surripui filium et eum vendidi.
Heg. Cui homini? Stal. Theodoromedi in Alide Polyplusio,
sex minis. Heg. Pro di immortales, is quidem huius est pater
Philocrati. Stal. Quin melius novi quam tu et vidi saepius.
Heg. Serva, Iuppiter supreme, et me et meum gnatum mihi.
Philocrates, per tuom te genium óbsecro, exi, te volo.

PHILOCRATES V 3

Hegio, assum. si quid me vis, impera. Heg. Hic gnatum meum
tuo patri ait se vendidisse sex minis in Alide.

---

959 *cf. Vahlenus Herm. 17, 602, relat. acad. Berol. 1888, 11. intellegendum* facies *potius quam* eris *sensus ac verba repetuntur 968; quo loco eius sententiae versum extitisse servi responsio ostendit. contra 960 pendent verba* recte et uera loquere (*cf. Schoellius praef. l. s.*), *quibus respondetur servi petulantiae; poenae levioris promissio non ad hunc locum quadrat, siquidem quae secuntur omnia iracundi sunt, sed ad alterum, post illud* hoc agamus. *ergo versus 958. 959 loco versus male ficti 968 ponendos esse censeo. aliter Seyffertus B. ph. w. 1887, 780 sq.* 960 recta *B; cf. Ter. Ad. 609* (*attulit Schoellius*) *Trin. 268. 380 Asin. 567 sq. Pseud. 110* ⟨tu⟩ *Pylades, ante* recte *Schoellius* 962 roborem *VE*, rumorem *B* 964 He. *hic, non 965 VE* ⟨ac⟩ *Camerarius; scilicet* aufer, mitte, omitte ista *cum altero imperativo rem quae desideratur indicante non componitur sine copula, cf. Asin. 578 Cist. 747 Curc. 245 Most. 1134; bis idem imperatur Poen. 1035;* omitto (*P*) *non* omitte (*A*) *Trin. 1074, similia* (*cf. 967*) *alibi* 965 dictis compendium, *corr. Guietus* 967 ac *Camerarius:* haec 968 ⟨ex⟩ *Camerarius; debuit* ex malis tuis; *cf. ad 959* 970 potisses 971 *post 973 traditum huc reposuit Valla* efficiam *V*, effitiam *E* 973 theodoro medico poliplus io 974 immortalis *VE* 975 philocrates *VE*, philocratis *B*, *corr. Fleckeisenus; cf. Trin. 744* nolii *V*, nolu *E* te, *corr. Weilius* 976 suppreme 977 te *om. VE* ingenium
Philocrates (Phyl. *B*) hegio (heio *B*) stalagmvs (-cmvs *B*)

PHILOCR. Quam diu id factum est? STAL. Hic annus incipit vicensimus.
PHILOCR. Falsa memorat. STAL. Aut ego aut tu. nam tibi quadrimulum
tuos pater peculiarem parvolo puero dedit.
PHILOCR. Quid erat ei nomen? si vera dicis, memoradum mihi.
STAL. Paegnium vocitatust, post vos indidistis Tyndaro.
PHILOCR. Cur ego te non novi? STAL. Quia mos est oblivisci hominibus
neque novisse cuius nihili sit faciunda gratia.
PHILOCR. Dic mihi, isne istic fuit, quem vendidisti meo patri,
qui mihi peculiaris datus est? STAL. Huius filius.
HEG. Vivitne is homo? STAL. Argentum accepi, nil curavi ceterum.
HEG. Quid tu ais? PHILOCR. Quin istic ipsust Tyndarus tuos filius.
ut quidem hic árgumenta loquitur. nam is mecum a puero puer
bene pudiceque educatust usque ad adulescentiam.
HEG. Et miser sum et fortunatus, si ⟨vos⟩ vera dicitis;
eo miser sum quia male illi feci, si gnatust meus.
eheu, quóm ego plus minusve feci quam ⟨me⟩ aequom fuit.
quod male feci crucior; modo si infectum fieri possiet.
sed eccum incedit huc ornatus haúd ex suis virtutibus.

TYNDARVS V 4

Vidi ego multa saepe picta, quae Acherunti fierent
cruciamenta, verum enim vero nulla adaeque est Acheruns
atque ubi ego fui, in lapicidinis. illic ibi demumst locus,
ubi labore lassitudo est exigunda ex corpore.
nam ubi illo adveni, quasi patriciis pueris aut monerulae,
aut anites aut coturnices dantur, quicum lusitent,
itidem mi haec advenienti upupa, qui me delectem, datast.

982 paruulum, *cf. 1013* 984 pecnium uocitatus est 986 nihil, *corr. Merula* 988 huius filius *Philocrati continuatur, servo dedit Brunckius* 989 accipe *VE* 992 educatus est 993 fortunatis *VE* ⟨uos⟩ *Camerarius,* ⟨istaec⟩ *Bachius in Studemundi stud. 2, 220* dicetis *V* (*E*) *post* 994 *versum suppleverunt qualem* eo fortunatus quod gnatum quem perdideram repperi *Geppertus et Vssingius; quam coniecturam sententiae conformatio 994. 995 non commendat* 995 minusque, *corr. Gronovius* (*aut plus mali aut minus boni*) qua *B*[1] ⟨me⟩ *Bentleius* 997 ornatur *VE* haud ex *Muretus:* audax; *cf. Ter. Ad. 176. Rufinus* (*gr. lat. 6*) *561* (Sisenna) in Captiuis sic: hic ornatu. s. (*sic Paris. A,* ornatus *alter Parisinus,* ornatur. s. *cod. Reginae, cf. VE*) litteram metri causa amisit. *quod tantum huc* (*non ad v. 447*) *referri posse vidit Hermannus apud Ritschelium parerg. 384; pronuntiavit Sisenna* ornátu haud éx 998 TYNDARVS. HEGIO (HEIO *B*) PHYLOCRATES (PHIL. *V*) acheronti *VE* 999 acherons *E, Nonius 191* 1000 lapricidinis *VE,* lapricidinas *B* 1001 est *Bentleius:* est omnis 1002 patricus *B*[1], patritus *VE* 1003 aut cotornices *VE,* a coturnices (u *ex* o?) *B* 1004 haec mihi *B* delectet, *corr. Lambinus*

sed erus eccum ante ostium, et erus alter eccum ex Alide
rediit. Heg. Salve, éxoptate gnate mi. Tynd. Hem, quid gnate mi?
attat, scio cur te patrem adsimules esse et me filium:
quia mi item ut parentes lucis das tuendi copiam.
Philocr. Salve, Tyndare. T. Et tu, quoius causa hanc aerumnam exigo.
Philocr. At nunc liber in divitias faxo venies. nam tibi
pater hic est; hic servos, qui te huic hinc quadrimum surpuit,
vendidit patri meo te sex minis, is te mihi
parvolum peculiarem parvolo puero dedit:
illic indícium fecit; nam hunc ex Alide huc reduximus.
Tynd. Quid huius filium? Philocr. Intus eccum fratrem germanum tuom.
[Tynd. Quid tu ais? adduxtin illum huius captivom filium?
Philocr. Quin, inquam, intus hic est. T. Fecisti edepol et recte et bene.
Philocr. Nunc tibi páter hic est: hic fur est tuos, qui parvom hinc te abstulit.
Tynd. At ego hunc grandis grandem natu ob furtum ad carnificem dabo.
Philocr. Meritus est. T. Ergo edepol ⟨merito⟩ meritam mercedem dabo.
sed ⟨tu⟩ dic oro: pater meus tune es? Heg. Ego sum, gnate mi.
Tynd. Nunc demum in memoriam redeo, cum mecum recogito.]
nunc edepol demum in memoriam regredior, audisse me
quasi per nebulam, Hégionem meum patrem vocarier.
Heg. Is ego sum. Philocr. Compedibus quaeso ut tibi sit levior filius
atque huic gravior servos. Heg. Certum est principio id praevortier.
eamus intro, ut arcessatur faber, ut istas compedes
tibi adimam, huic dem. Stal. Quoi peculi nihil est, recte feceris.

1005 *desideratur* erum eccum *aut* erus eccum est. *loco uno consimili* (*cf. Langenus symb. 6, Bachius in Studemundi stud. 2, 412*) *Rud. 1174* est *facile additur; hic nec* erust *gratum et* et *minime abiciendum. ex verbo* rediit *subauditur astandi notio* 1006 redit ⟨o⟩ salue *Spengelius* em *VE* (*B*¹ ?) 1007 esse adsimules *Guietus* 1008 *accedit A; pauca in initiis leguntur usque ad 1015* qu[ịạ *AB:* qui *VE* 1009 quoius *B*²*:* cuius *Nonius 291,* quouis *E,* quouus *B*¹*?,* quẹ uis *V* exigo *VE, Nonius:* exi]gụọ *AB* 1011 surripuit 1014 illic: *fort.* id hic huc *B:* hunc *VE* reducimus, *corr. Pareus* 1015 qu[id] ḥụịus *AP* 1016—1022 *om. A; atque apparet duplicem fabulae exitum* (*1009—1015, 1023 sq. et 1009, 1016–1022, 1024 sq.*) *in P coniunctum esse. summam rei Brixius perspexerat; cf. Havetus rev. de philol. 16* (*1892*) *p. 73* 1016 aduxtin *B* filium captiuum, *corr. Pylades* 1019 hunc *B*²*:* nunc 1020 *nomina om.* ⟨merito⟩ *Gruterus* 1021 ⟨tu⟩ *Havetus p. 72* sūn *B* 1022 cogito, *corr. Gruterus* 1023 audissem me *P,* rẹḍịsse me *A* 1024 ne[bu]l[am *AP, cf. Pseud. 463* 1025 is *A: om. P* 1026 hic *P* H.: *sp. om. A* certust *A* principiọ *A:* principium *P* praeorṭịẹr *A* 1027 accersatur *A* compedis *P, A n. l.* 1028 Servvs *P: sp. om. A*

CATERVA

Spectatores, ad pudicos mores facta haec fabula est,
neque in hac subigitationes sunt neque ulla amatio
nec pueri supposítio nec argénti circumductio,
neque ubi amans adulescens scortum liberet clam suom patrem.
huius modi paucas poetae reperiunt comoedias,
ubi boni meliores fiant. nunc vos, si vobis placet
et si placuimus neque odio fuimus, signum hoc mittite:
qui pudicitiae esse voltis praemium, plausum date.

1029 Caterva *P: v. vac. A* 1030—1036 *in A nihil legitur nisi primae litterae v. 1031 et 1034* 1030 subi cogitationes *VE* Ca[ptivi] — | incip ——— l — (Curculio?) | feliciter *A*, plavti captivi explicit incipit cvrcvlio *P*
Nonius 220 pilleus generis masculini. Plautus Captiuis:

pílleum quem habuit deripuit eumque ad caelum sustulit

(diripuit *et* tollit *codd., corr. Bothius*). *in nomine fabulae erratum esse probabiliter coniecit Schoellius*

CASINA

ARGVMENTVM

Conservam uxorem duo conservi expetunt.
Alium senex allegat, alium filius.
Senem adiuvat sors, verum decipitur dolis.
Ita ei subicitur pro puella servolus
Nequam, qui dominum mulcat atque vilicum.
Adulescens ducit civem Casinam cognitam.

---

argumentum post prologum P; usque ad v. 37 deest A 2 *cf.* 52
3 sors senem adiuuat, *corr. Bothius* 4 pro *om. VE* 5 mulgat, *corr. Pius*

PERSONAE

OLYMPIO, CHALINVS — servi
CLEOSTRATA matrona
PARDALISCA ancilla
MYRRHINA matrona
LYSIDAMVS, ALCESIMVS — senes
COCVS

SCAENA ATHENIS

Cleostratae *nomen ubique trisyllabum, cf. Seyffertus Philol. 29, 387 de* Lysidami *nomine egit Studemundus ind. Gryphisw. 1871/72* Casinam fabulam Plautus inscripsit ab ancillae nomine Casina quam amari a sene introduxit *Paulus 61 s. v.*

PROLOGVS

Salvere iubeo spectatores optumos,
fidem qui facitis maxumi, et vos Fides.
si verum dixi, signum clarum date mihi,
ut vos mi esse aequos iam inde a principio sciam.
qui utuntur vino vetere sapientis puto
et qui libenter veteres spectant fabulas;
⟨atque⟩ antiqua opera et verba cum vobis placent,
aequom est placere ante ⟨alias⟩ veteres fabulas:
nam nunc novae quae prodeunt comoediae
multo sunt nequiores quam nummi novi.
nos postquam populi rumore intelleximus
studiose expetere vos Plautinas fabulas,
antiquam éius edimus comoediam,
quam vos probastis qui estis in senioribus;
nam iuniorum qui sunt non norunt, scio;
verum ut cognoscant dabimus operam sedulo.
haec cum primum acta est, vicit omnis fabulas.
ea tempestate flos poetarum fuit,
qui nunc abierunt hinc in communem locum.
sed tamen absentes prosunt ⟨pro⟩ praesentibus.
vos omnes opere magno esse oratos volo,
benigne ut operam detis ad nostrum gregem.

---

inscr. post Curc.: INCIPIT PROLVGVS IN CASSINA *B*², INCIPIT CASSIANI PROLOGVS *VE* *tempus et originem prologi ostendunt v. 5 sq., cf. Ritschelius parerg. 180 sq. et quae contra disputat Mommsenus mus. Rhen. 10, 122 sq.* 1 (S)alue *VE* 2 et ⟨item⟩ *Ritschelius* 4 esse *om. B¹VE, cf. 376. 247. 488. 500. 722; Seyffertus Berl. phil. w. 1891, 79* 7 *suppl. Hauptius* (*qui scripsit* atqui); antiquaque *Seyffertus Philol. 29, 387* 8 *suppl. Ritschelius* 9 nam nunc *Lond.:* nam hunc *VE*, nunc *B* 10 molto *B* 11 rumorem, *corr. Angelius* 12 uos *om. B¹*, nos *E* 13 antiquam ⟨aliquam⟩ *Hauptius* edidimus commediam *B* 17 primatum *VE* 20 ⟨pro⟩ *Seyffertus* (*cl. Men. 298. 927*) 21 esse oratos *B:* operatos esse *VE*

eicite ex animo curam atque alienum aes *
ne quis formidet flagitatorem suom:
ludi sunt, ludus datus est argentariis;
tranquillum est, Alcedonia sunt circum forum:
ratione utuntur, ludis poscunt neminem,
secundum ludos reddunt autem nemini.
aures vocivae si sunt, animum advortite:
comoediai nomen dare vobis volo.
Clerumenoe vocatur haec comoedia
graece, latine Sortientes. Deiphilus
hanc graece scripsit, post id rursum denuo
latine Plautus cum latranti nomine.
senex hic maritus habitat; éi est filius,
is una cum patre in illisce habitat aedibus.
est éi quidam servos, qui in morbo cubat,
immo hercle vero in lecto, ne quid mentiar;
is servos, sed abhinc annos factum est sedecim,
quom conspicatust primulo crepusculo
puellam exponi. adít extemplo ad mulierem
quae illam exponebat, orat ut eam det sibi:
exorat, aufert; detulit recta domum,
dat erae suae, orat ut eam curet, educet.
era fecit, educavit magna industria,
quasi si esset ex se nata, non multo secus.
postquam ea adolevit ad eam aetatem, ut viris
placere posset, eam puellam hic senex
amat efflictim, et item contra filius.
nunc sibi utérque contra legiones parat,

23 eicite *B:* dicite *V*, diicite *ex* discite *E* ⟨procul⟩ *Geppertus: possis secundum Pyladem* ex animo curas atque alienum aes eicite 24 flagitorem *VE* 25 *post* 26 *posuit Geppertus* 27 neminem poscunt, *corr. Camerarius* 30 comedia 31 clerumoene 32 diphilus *VE* 34 *cf. Paulus 231 (plauti canes auribus languidis, cf. Loewius gl. nom. 213); probabilius Dousa ad canes rettulit baubantes* 38 *accedit A (f. 195^r); cuius fol. 681^r (quod deinde Stichi argumentum recepit) et ipsum habuit huius prologi versus 38—56 postea deletos, ut pauca legi possint (A) quae omnia conspirant cum A (f. 195)* 40 conspicatus est *P* primuḷọ *A:* primo *P, schol. Aen. 10, 615* ('Pl. in Cistellaria') 45 facit *P* 46 si *om. A(A)* *hiatus versuum 47. 48. 49. 50. 58. 59. 79 A cum P communes habet* 47 ea *A(A): om. P* *possis* ut ⟨iam⟩ 48 eam *A(A):* at eam *P* illic *Ritschelius* 49 contra *suspectum* 50 uterque nunc sibi *Pylades*

paterque filiusque, clam alter alterum:
pater adlegavit vilicum, qui posceret
sibi istánc uxorem: is sperat, si ei sit data,
sibi fore paratas clam uxorem excubias foris;
filius is autem armigerum adlegavit suom,
qui sibi eam uxorem poscat: scit, si id impetret,
futurum quod amat intra praesepis suas.
senis uxor sensit virum amóri operam dare,
propterea úna consentit cum filio.
ille autem postquam filium sensit suom
eandem illam amare et esse ímpedimento sibi,
hinc adulescentem peregre ablegavit pater;
sciens ei mater dat operam absenti tamen.
is, ne exspectetis, hodie in hac comoedia
in urbem non redibit: Plautus noluit,
pontem interrupit, quí erat ei in itinere.
sunt hic, inter se quos nunc credo dicere:
'quaeso hercle, quíd istuc est? serviles nuptiae?
servin uxorem ducent aut poscent sibi?
novom attulerunt, quod fit nusquam gentium.'
at ego aio id fieri in Graecia et Carthagini,
et hic in nostra terra + in Apulia;
maioreque opere ibi serviles nuptiae
quam liberales etiam curari solent;
id ni fit, mecum pignus si quis volt dato
in urnam mulsi, Poenus dum iudex siet
vel Graecus adeo, vel mea causa Apulus.

---

51 filiusque *A*(*A*): filius *P* alterum *A*(*A*)*B*: alterumque *VE* 53 istanc *A*(*A*): istam *P*; *cf. Bachius in Studemundi stud. 2, 265* 54 uxore *A et ex spatio* (*A*) 55 is *A*(*A*): *om. P, cf. 767* allegauit *P*: aḍlegat *A*, aḍ[le]gat (*A*) 58 ⟨ei⟩ amori *Muellerus* 59 ⟨ea⟩ una *Camerarius* 60 filium sensit (sensip *t. Schoellio, cf. praef. Most. p. 15*) *A*: sensit filium *P* 62 aḅlegat *A* 63 ei mater *A*: eius mater ei *P* adsenti *A* 64 is *A*: his *P* 65 rediuit *P* 66 in *om. A* 67 sunt hic quos credo nunc inter se dicere *P* *cf. Stich. 446 sq.* 71 aio *A*: alio *B* (*i. e.* aiio), alia *VE* id *A*: hoc *P* carthaginị *A*: cartagini *P* 72 *sic AP* ⟨ipsa⟩ nostra *Reizius; de* Apuliae *prima producta Lachmannus ad Lucr. 37, secundam producit etiam Lucilius v. 760* (*cf. 1112*). *conieci* et hic ⟨quoque etiam⟩ in nostra terra, in Apulis. *cf. 77 Mil. 648* 73 maiorịque *A* opera *P*; *cf. Bacch. 178 et similia; Cist. 713 Pers. 241 Truc. 937* 74 liberalis B^1E 75 pignus *AV*: pingnus B^2 *i. ras.*, pugnus *E* 77 gretiis *VE, B v. l.* appulus *P*

quid nunc? nihil agitis? sentio, nemo sitit.
revortar ád illam puellam éxpositiciam:
quam servi summa vi sibi uxorem expetunt,
ea invenietur et pudica et libera,
ingenua Atheniensis, neque quicquam stupri
faciet profecto in hac quidem comoedia.
mox hercle vero, post transactam fabulam,
argentum si quis dederit, ut ego suspicor,
ultro ibit nuptum, non manebit auspices.
tantum est. valete, bene rem gerite et vincite
virtute vera, quod fecistis antidhac.

---

78 quid *AB*[2]: qui *VE*, quod *B*[1] 79 puellam illam *Pylades* 82 quidquam *A* 84 transacta fabula *P* 88 antid hac *B*: antidac *A*, antid hanc *VE* *subscr.* CASINA, *sequitur argumentum P, paginae reliqua pars vacua A*

OLYMPIO I

Non mihi licere meam rem me solum, ut volo,
loqui atque cogitare, sine ted arbitro?
quid tu, malum, me sequere?

CHALINVS

Quia certum est mihi,
quasi umbra, quoquo tu ibis, te semper sequi;
quin edepol etiam si in crucem vis pergere,
sequi decretumst. dehinc conicito ceterum,
possisne necne clam me sutelis tuis
praeripere Casinam uxorem, proinde ut postulas.
Ol. Quid tibi negotist mecum? Chal. Quid ais, impudens?
quid in urbe reptas, vilice haud magni preti?
Ol. Lubet. Chal. Quin ruri es in praefectura tua?
quin potius quod legatum est tibi negotium,
id curas atque urbanis rebus te apstines?
huc mihi venisti sponsam praereptum meam:
abi rus, abi dierectus tuam in provinciam.
Ol. Chaline, non sum oblitus officium meum:
praefeci ruri recte qui curet tamen.
ego huc quod veni in urbem si impetravero,
uxorem ut istam ducam, quam tu deperis,
bellam et tenellam Casinam, conservam tuam,
quando ego eam mecum rus uxorem abduxero,

---

89 Olympio chalinvs *A*, Olimpio calinvs servi dvo (o. s. c. d *VE*) *P* *Olympioni sermonem tribuit Acidalius, Chalino P, et sic deinceps usque ad v. 97* 90 ted *sic AP* 92 quasi umbra *scil.* sequitur tu ibeis te semper sequi *A:* ibis tu te persequi *P, cf. Aul. 449* 97 negoti mecum est *P* 98 C. *praem.* haud *A:* hic *P* 99 *sq. locuntur quasi praetor urbanus cum praefecto Fundos vel Arpinum misso* 102 mihi *om. P* 106 ṣi *A:* nisi *P* 107 istanc (-nt *VE*) *P* 109 quando [ẹaṃ] mecum *A*

ruri incubabo usque in praefectura mea.
Chal. Tun illam ducas? hercle me suspendio,
quam tu eius potior fias, satiust mortuom.
Ol. Mea praedast illa: proin tu te in laqueum induas.
Chal. Ex sterculino effosse, tua illaec praeda sit?
Ol. Scies hóc ita esse. Chal. Vae tibi. Ol. Quot te modis,
si vivo, habebo in nuptiis miserum meis.
Chal. Quid tu mihi facies? Ol. Egone quid faciam tibi?
primum omnium huic lucebis novae nuptae facem;
postilla, ut semper, improbus nihilique eris:
post id locorum quando ad villam veneris,
dabitur tibi amphora una et una semita,
fons unus, unum ahenum et octo dolia:
quae nisi erunt semper plena, ego te implebo flagris.
ita te aggerunda curvom aqua faciam probe,
ut postilena possit ex te fieri.
post autem érvi nisi tu acervom éderis
aut quasi lumbricus terram, quod te postules
gustare quicquam, numquam edepol ieiunium
ieiunumst aeque atque ego te ruri reddibo.
post id, quom lassus fueris et famelicus,
noctu ut condigne te cubes curabitur.
Chal. Quid facies? Ol. Concludere in fénestram firmiter,
unde auscultare possis quóm ego illam ausculer:
quom mi illa dicet 'mi animule, mi Olympio,
mea vita, mea mellilla, mea festivitas,

---

110 rur · *A,* iure *V,* dure *ut vid E,* *iure (*erasa* r?) *B* 111 tu *P* 112 satius est *P,* satis ẹṣṭ *A* 114 ex stercuilino (sterculino *t. Schoellio praef. Most. p. 15*) *A,* exterculino *VE, cf. Pers. 407* est *P* 115 vae tibi *Olympioni continuat A, contra usum* 118 hic *Seyffertus* 119 nihilque *P* sis *AP, correxi. versum deleverat Guietus, sed dictum oportuit qua de causa Chalinus rus venturus sit* 120 locarum *A* illam *P* 121 amfora *A* 122 aenum *P* 125 *cf. Loewius prodr. 262* 126 erui nisi: ruri n[is]i *AB,* nisi ruri *VE;* eruum *latere primi editores viderunt, sed illud addentes* ruri *retinuerunt omnes; at v. 129* ruri *apte repetitur in clausula, non apte cum* post autem *coniungitur, cum iam inde a v. 120 res ruri geratur. inter* erui *et* nisi *aliquid intercidisse videtur* 128 ịẹịu[niu]ṃ *etiam A* 129 ieiunium est *P,* inunumst *vel* iaiunumst *A, cf. Skutschius in Woelfflini arch. 7, 527 sq., cf. v. 803 Merc. 574 Capt. 466, ad Curc. 72. non expressi sonum fortasse vulgarem* ruri ṛẹḍ[dib]o *AP, Nonius 476* 132 noṇcludere in fenestra *A* (*cf. Epid. 402 et sim., contra Curc. 449*) 133 hauscultarẹ *A* ausculer *A* (osculer *P*) *cum verborum lusu*

sine tuos ocellos deosculer, voluptas mea,
sine amabo ted amari, meus festus dies,
meus pullus passer, mea columba, mi lepus',
quom mi haec dicentur dicta, tum tu, furcifer,
quasi mus, in medio pariete versabere.
nunc ne tu te mihi respondere postules,
abeo intro. taedet tui sermonis. — CHAL. Te sequor.
hic quidem pol certo nil ages sine med arbitro. —

CLEOSTRATA II 1

Obsígnate céllas, reférte anulum ád me:
ego húc transeo ín proxumum ád meam vicínam.
vir sí quid volét me, facite hínc accersátis.

PARDALISCA

Prándium iússerat sénex sibi parari.
CLEOST. St', tace átque abi; néque paro néque hodie coquetur,
quándo is mi et fílio ádvorsatúr suo
ánimi amorísque causá sui,
flágitium illud hóminis. ego illúm fame, ego illúm siti,
maledíctis, malefáctis amátorem ulcíscar,
ego pól illum probe íncommodís dictis ángam,
fáciam uti proínde ut est dígnus vitám colat,
Ácheruntis pábulum,
flágiti persequentem †

---

137 amabo te amari *P*, uero amari te *A* 140 uersabere B^2: uersauere AB^1E, uorsauere *V* '*ut mus e caverna prominet, tu in fenestra te versabis*' 141 C. *praem. P* 142 sermonis tui *P* 143 med *A:* met *P, cf. 90; hic sine necessitate* CLEOSTRATE PARDALISCE *A*, CLEOSTRATA MVLIER · ANCILLA PERDALISCA (PERDOLISCA *VE*) *P* *A disponit ut supra; P sic:* Obsignate — proxumum (*sed* Ego) | Ad — arcersatis | Prandium — abi | Neque — suo | Animi — fame (*sed* Flagitium) | Ego — ulciscar | Ego — dignus | Vitam — nequitiae (*sed* Acheruntis) | Nunc — concrepuit | Atque — incepi *de multis Casinae canticorum locis dixi mus. Rhen. 40, 161 sq.; ubi quae exposita sunt potissimum secuti sunt et Schoellius et Klotzius, qui post librum de re metr. lat. vet. Casinae cantica iterum tractavit in Fleckeiseni annali 143, 834 sq.; in qua disputatione non inveni quo meam recensionem corrigerem* 145 uiciniam *A* 146 hinc *A:* hinc me *P* accersatis *AE:* arcersatis *P* 147 *sq. cf. mus. Rhen. 40, 176* 148 st *adhaeret versui priori A:* sta *P* 149 aduorsatur suo *P:* suo aduersatur *A* 151 *possis* ego ⟨pol⟩ sitę *A* 153—155 pol *AP: om. ς, Hermannus ad Eur. Hec. v. 1* dictis: *fort.* cunctis 156 uti *sic AP* ut *om. P* dignam *A* 158 *verborum constructio ut defendi possit* (persequentem ⟨uiam⟩ *Schoellius, cf. Hermannus l. s.*), *non apte intercedunt inter pabulum et stabulum* (*quae coniunguntur Mil. 304*); flagiti praesepe *Acidalius* (*scil.* praesepem); *cf.* stabulum flagiti *Truc. 587*

stabulúm nequitiae.
nunc húc meas fortúnas eo quéstum ad vicínam.
séd foris concrépuit, atque eápse eccam egreditúr foras:
non pól per tempus iter húc mi incepi.

MYRRHINA II 2

Sequimíni, comites, in próxumum me huc. heus vós, ecquis haec quae lóquor audit? 163 — 165
ego hic éro, vir si aut quispiám quaeret.
nam úbi domi sóla sum, sópor manus cálvitur.
iussín colum ferrí mihi? CLEOST. Myrrhína, salve. 168 — 170
MYRR. Salvé mecastor. séd quid tu es tristís, amabo?
CLEOST. Itá solent omnes quae súnt male nuptae: 172 — 175
domi ét foris aegre quód siet, satis sémper est.
nam ego íbam ad te. MYRR. Et pol ego istuc ad te.
sed quíd est quod tuo nunc ánimo aegrest?
nam quód tibi est aégre, idem mi ést dividiae. 179. 180
CLEOST. Credo écastor, nam vícinam nemínem amo merito mágis quam te
nec † qua in plura sint mihi quae ego velim.
MYRR. Amó te, atque istúc expetó scire quid sit. 183 — 185
CLEOST. Péssumis mé modis déspicatúr domi.
MYRR. Hém, quid est? díc idem (nám pol hau sátis meo

---

161 hinc *P* uicinas *P* 162 atque ea ipsa eccam egreditur foras *P*, atque ipsa ecca egreditur *A* 162 pol *om. A* huc *om. P* *dimetron Reizianum, cf. 172. 177. 179* CLEO MVLIER. ET EIDEM MYRRINA (MVRRINA *V*, MIRRINA *E*) *BVE, om. A* 163—165 comitis *P* loquar *P* 166—199 *sic disponit P:* Ego — sum | Sopor — salue | Salue — omnes (Ita solent omnes *scorsum VE*) | Quae — est | Nam — tuo | Nunc — diuidue | Credo — te | Nec — atque | Istuc — modis (*186*) | Nec (*190*) — hoc (*187*) | Nam — tuas | Obsecro — modis (*189*) | Mira — queunt | Quiu — meo | Educata — amat | Obsecro — est | Vnde — addecet 167 sopor *AP:* soror *Nonius 6* manus caluitur *A, Nonius* (*s.* caluitur): manu scalpitur *P* (manu*sc*alpitur *B*[1]) *metrum fortasse* ⏑ –́ ⏑ – –́ ⏑ – | ⏑ –́ ⏑ – –́ ⏑ – *quale* ἴτ' ὦ ξυνῳδοὶ κακοῖς, ἴτ' ὦ ξυναλγηδόνες 168—170 myrrhina *A:* murrina *P* *dimeter iambicus cum clausula anap., sequitur anapaesticus cum eadem* 172—175 *cf. ad 162* 176 sit *AP* 179. 180 diuidiae *A:* diuidue *P* 181. 182 *uno versu* (*tripartito*) *A* 182 est *deesse vidit Guietus; metrum fort. iambicum* qua in *AP* sunt *P* 183—185 sit *P:* sit ‖ uir *A* 186 *ut s. A:* CLE. Vir me habet pessimis despicatam modis *P ut 189, cf. 187* dic idem hoc; *tamen verba plane repeti non decet. fortasse in A* uir *correcturae vice adiectum est* (*185*), *ut restituere tur* despicat uir domi. *cf. Priscianus 1, 385, 10* *post 186 P habet v. 190: om. A; recto loco iam Acidalius posuerat* 187. 188 *uno versu* (*bipartito*) *A* 187 quid est? *Cleostratae A* idem *A:* idem hoc *P, cf. Bachius in Studemundi stud. 2, 280* haud (aut *E*) *P*

córde accepí querellas tuas) ópsecro.
Cleost. Vír me habet péssumis déspicatám modis,
néc mihi iús meum óptinendi optio est.
Myrr. Míra sunt, véra si praédicas, nám viri
iús suom ad múlieres óptinere haúd queunt.
Cleost. Quín mihi ancíllulam ingrátiis póstulat,
quaé mea est, quaé meo edúcta sumptú siet,
vílico suo sé dare,
séd ipsus eam amat. Myrr. Obsecro
táce. Cleost. Nam hic nunc licet dícere:
nós sumus. Myrr. Ita est. unde éa tibi est?
nám pecul í probam níl habere áddecet
clám virum, ét quae habet, pártum ei haud cómmode est,
quín viro aut súbtrahat aut stupro invénerit.
hóc viri cénseo esse ómne, quidquíd tuom est.
Cleost. Tu quidem advorsum tuam amicam omnia loqueris.
Myrr. Tace sís, stulta, et mi auscúlta. nolí sis tu illi advórsari,
sine amét, sine quod libet íd faciat, quandó tibi nil domi délicuom est.
Cleost. Satin sána es? nam tu quidem ádvorsus tuam istaéc rem loquere.
Myrr. Insípiens,
sempér tu huic verbo vítato abs tuo víro. C. Cui verbo? M. Ei fóras, mulier.
Cleost. St, táce, M. Quid est? C. Ém. M. Quis est, quém vides? C. Vir
eccum ít; intro ábi, adpropera, áge amabó. Myrr. Impetrás, abeo.

---

188 querellas *AVE:* querelas *B* 189—534 *deest A* 189 *cf. Men. 693* 190 *post 186, v. s.* *cf. Mil. 669* 193 mihi *non a* postulat *pendet sed ab eo quod est* postulat uilico suo se dare ingratis 194 educata est *Camerarius; fort.* sumptust, eam 195 *sq. quattuor dimetri trochaici* (*198 fort. iamb.*) 196 obsecro — sumus *Myrrhinae,* ita est *Cleostratae: corr. Acidalius* 197 *fort.* non hic licet dicere? (*Lachmannus*) 198 nos sumus *cf. Ar. Thesm. 472 αὐταὶ γάρ ἐσμεν, cf. Ach. 504, Plat. leg.* 836^b, *Herond. 6, 70, Hermannus opusc. 1, 314; Amph. 930, Poen. 891* 196 *sq. post alios Seyffertus Berl. phil. w. 1891, 79 ante* nunc, nos, unde *verba intercidisse coniecit; at ne* sed *quidem ante* unde *desideratur, si tantum ut nunc fit colloquium interrumpitur* 200 et: set *vel* sei *Seyffertus* commodi, *corr. Lipsius* 201 uero *VE* 203 *anapaesti quales Ar. Ach. 285 item singulares; v. infra 645. 952; sed possis discribere paroemiacum sequente monometro, cf. v. sq.* 206 *Varro de l. l. 7, 106* (*Flor.*) in Casinea esses sine quod lubet id facias quando tibi domi nihil delicuum est, *in* delicuum (*sic cum Plauti codd.,* deliquum *Paulus 73*) *et suam et Aureli et Claudi interpretationem adferens* 207—210 ista *BV,* istam *E* 211 ab B^1VE mulier C. st *Gruterus:* mulier est 212 *sq. disp.:* Tace — it | Intro — abeo | Mox — loquar (*sed* Igitur) | Nunc — ualeas *item anapaesti* 212 hem 213 M. intro B^2 *et* CLE. impetras *B, deinde* M. mox *et* CLE. valeas *codd., corr. Dissaldeus*

Cleost. Mox mágis cum otium mi et tibi érit, igitur
tecúm loquar. nunc vale. Myrr. Váleas. —

LYSIDAMVS II 3

Omnibus rebus ego amorem credo et nitoribus nitidis antevenire,
nec potis quicquam commemorari quod plus salis plusque leporis hodie
habeat; cocos equidem nimis demiror, ⟨tot⟩ qui utuntur condimentis,
eos eo condimento uno ⟨non⟩ utier, omnibus quod praestat.
nam úbi amor condiméntum inerit, cuivis placituram ⟨escam⟩ crédo;
neque sálsum neque suave ésse potest quicquam, úbi amor non admíscetur:
fel quód amarumst, id mél faciet, hominem éx tristi lepidum ét lenem.
hanc égo de me coniécturam domi fácio magis quam ex aúditis;
qui quóm amo Casinam, mágis niteo, munditiis munditiam ántideo:
myropólas omnes sollicito, ubicúmque est lepidum unguéntum, unguor,
ut illi placeam; et placeo, út videor. sed uxór me excruciat, quía vivit.
tristem ástare aspició. blande haec mihi mála res appellánda est.
uxór mea meaque amoénitas, quid tu agis? C. Abi atque abstine manum.
Lys. Heiá, mea Iuno, nón decet esse té tam tristem tuó Iovi.
quo núnc abis? C. Mítte me. L. Mane. C. Non máneo. L. At pol ego té sequar.
Cleost. Óbsecro, sanun est? Lys. Sánus quom téd amo.
Cleost. Nólo ames. Lys. Nón potes impetrare. Cleost. Énecas.
Lys. Véra dicás velim. Cleost. Crédo ego istúc tibi.
Lys. Réspice, o mi lepos. Cleost. Nempe ita ut tú mihi es.
unde híc, amabo, unguénta olent? Lys. Oh périi, manufestó miser
téneor. cessó caput pállio detérgere?

---

217 stalitio (Stalino *VE*) senex mvlier cleos *BVE* itidis anteuenire *cf. Pseud. 417* 219 babeat: at *e corr. B* cocos (coquos *E*) *cf. 764* nimis demiror *cf. Amph. 765* ⟨tot⟩ *Pylades, Guietus* 220 ⟨non⟩ ς *ceterum v. 217—220 emendatio nihil profecit, neque est praeter metrum quod offendat. omnium minime abiciam* nitoribus nitidis. *de anapaestis constat, systema indicatur syllabis excrescentibus* 221 namque *Camerarius* inierit ⟨escam⟩ *Seyffertus* (*post* nam; *post* placituram *Klotzius in Fleckeiseni ann. 143, 837*); placiturum ς 222 saluum *B*[1] 224 *cf. Cist. 204* 225 quom *Reizius:* quam niteo *Gulielmius:* inicio (-tio *VE*) qui quám amo Casinam mágis, tanto *Seyffertus Berl. ph. w. 1891, 110. sed Munditiam se anteire, id satis amplificationis est* munditianti deo, *corr. Camerarius* 226 miro pol has es 227 placeat et 228 res: mers *Brixius* 229 manum abi atque abstine *Seyffertus st. Pl. 9* (*Aul. 270 Ter. Ad. 917, Vahlenus ind. lect. 1880, 16*) 230 esse *cf. Pers. 260* 232 *sq. disp.:* Obsecro — non | Potes — ego | Istuc — es | Vnde — perii | Manufesto — detergere 232 quam te damo *vel* clamo *B*[1], te clamo *VE* 233 enegas 235 oh 236 unguent adolent *VE*[1], unguenta adolent *B* 237 *cf. 628, mus. Rhen. 40, 176*

út te bonus Mercúrius perdat, mýropola, quia haec míhi dedisti.
Cleost. Ého tu nihili, cána culex, vix téneor quin quae décent te dicam,
sénecta aetate únguentatus pér vias, ignáve, incedis?
Lys. Pól ego amico dédi cuidam operam, dum émit unguenta. Cl. Vt
cito comméntust.
écquid te pudet? Lys. Ómnia quae tu vís. Cleost. Vbi in lustrá iacuisti?
Lys. Égone in lustra? Cleost. Scío plus quam tu me árbitrare.
Lys. Quíd id est? quid scis?
Cleost. Té sene omniúm ✝ senem néminem esse ignáviorem.
únde is, nihili? ubí fuisti? ubí lustratu's? úbi bibisti?
mádes mecastor: víde, palliolum ut rúgat. Lys. Di me et te ínfelicent,
si égo in os méum hodie viní guttam índidi. Cleost. Immo age, út lubet,
bíbe, es, disperde rem. Lys. Óhe, iam satis, uxór, comprime te,
nímium tinnis,
relínque aliquantum órationis, crás quod mecum lítiges.

séd quid ais? iam domuisti animum, potius ut quod vir velit
fieri, id facias, quam adversere contra? Cleost. Qua de re? Lys. Rogas?
super ancilla Casina, ut detur nuptum nostro vilico,
servo frugi atque ubi illi bene sit ligno, aqua calida, cibo,
vestimentis, ubique educat pueros quos pariat ✝ potius
quam illi servo nequam des, armigero nili atque improbo,
cui homini hodie peculi nummus non est plumbeus.
Cleost. Mirum ecastor, te senecta aétate officium tuom
non meminisse. Lys. Quid iam? C. Quia, si facias recte aut commode,
me sinas curare ancillas, quae mea est curatio.
Lys. Qui, malum, homini scutigerulo dáre lubet? Cleost. Quía enim filio

---

238 miropola qui *Lambinus* 239 nihil hic anaculix 240 unguentis B^1, unguentus *VE* 241 commendatus est, *corr. Pylades* 243 quid tu scis *BVE*, tu *del. Geppertus*, quod tu scis ς, *cf. ad Bacch. 54* 238 *sq. fort. anapaesti* (240 *duo paroemiaci;* 241 ego ⟨eam⟩; 242 ubi in lústra iacuísti? egone ín lustra?), *deinde* scío plus quam tu me árbitrare. | quid id ést? quid tú scis? 244 *fort.* sen⟨um equid⟩em 245 his uiuisti B^1VE *Nonius 135* (*s.* lustratus: luxuriosus) unde es nihil ubi lustretur ibi bibatur 246 adest, *corr. Schoellius* *cf. frg. inc. 45 G.* di *B:* de *VE* infilicent *B*, infilicem *VE* 247 hodie *om.* B^1VE iubet *VE, item 262* 248—250 dispererdere B^1 satis uxor est *codd., cf. Stich. 734* tinnes 253 quam *Pylades:* potius quam 254 casi nam *ut vid.* B^1, cassina *E* ut *B:* S. ut *VE* 256 potius *incipit v. sq., cf. 252. 268;* pariat ⟨bene⟩ potius *deinde omisso* nisi *Camerarius, rectius* potius *omisit Vssingius* (probe *Geppertus*) 257 nihili *Merula:* nisi 260 recte ς*:* certe aut *B in ras.:* et *VE* 261 curare me sinas *VE* 262 filio *cum* (*v. sq.*) unico *permutavit Bothius: sed aptius* unico *eo loco legitur quo in libris est*

nos oportet opitulari único. Lys. At quamquam unicust,
nihilo magis ille unicust mihi filius quam ego illi pater:
illum mi aequiust quam me illi quae volo concedere.
Cleost. Tu ecastor tibi, homo, malam rem quaeris. Lys. Subolet, sentio.
egone? Cleost. Tu. nam quid friguttis? quid istuc tam cupide cupis?
Lys. Vt enim frugi servo detur potius quam servo improbo.
Cleost. Quid si ego impetro atque exoro a vilico, causa mea
ut eam illi permittat? Lys. Quid si ego autem ab armigero impetro,
⟨ut⟩ eam illi permittat? atque hóc credo impetrassere.
Cleost. Convenit. vin tuis Chalinum huc evocem verbis foras?
tú cum orato, ego autem orabo vilicum. Lys. Sane volo.
Cleost. Iam hic erit. nunc experiemur, nostrum uter sit blandior. —
Lys. Hercules dique istam perdant, quod nunc liceat dicere.
ego discrucior miser amore, illa autem quasi ob industriam
mi advorsatur. subolet hoc iam uxori quod ego machinor:
propter eam rem magis armigero dat operam de industria.
qui illum di omnes deaeque perdant. II 4

CHALINVS

Te uxor aiebat tua
me vocare. Lys. Ego énim vocari iussi. Chal. Eloquere quid velis.
Lys. Primum ego te porrectiore fronte volo mecum loqui;
stultitia est ei te esse tristem, cuius potestas plus potest.
probum te et frugi hominem iam pridem esse arbitror. Chal. Intellego.
quin, si ita arbitrare, emittis me manu? Lys. Quin id volo.
sed nihil est, me cupere factum, nisi tu factis adiuvas.
Chal. Quid velis modo id velim me scire. Lys. Ausculta, ego eloquar.
Casinam ego uxorem promisi vilico nostro dare.
Chal. At tua uxor filiusque promiserunt mihi. Lys. Scio.

---

264 ille unicust *Geppertus:* unicus est ille 265 equius est 266 s. s. *Cleostratae, corr. Lambinus. cf. 277* 267 egon *Varro de l. l. 7, 104* Maccius (*nomen corruptum*) in Casina a fringuilla (*cf. Paulus 90 s.* fringilla): quid fringuttis — cupis. *cf. Nonius 7* nam quid friguttis — cupis (*idem 308* nam quid friguttis? nam quid istud cupide petis?, *cf. L. Muellerus*), *Fulgentius 562* (*14 L.*) quidnam friguttis? 270 permittam *VE* 271 ⟨ut⟩ *Guietus; cf. Trin. 591* credo ⟨me⟩ *Camerarius, Reizius* 272 uin *Geppertus:* uuis *B,* uius *VE* 273 uilico 276 autem illa, *corr.* B^2 industria; *cf. 805* 279 SERVVS SENEX *BVE* alebat 280 iussit 281 ego *ex* enim *B* porrectiorem frontem (-te *E*) 282 C. *praem.* B^2 esset B^1VE 283 S. *praem.* B^2 pro bone frugi, *corr. Seyffertus Berl. phil. woch. 1888, 239* (*qui scripsit* probum et frugi, *cum deinde* te *inserat Londinensis*), *cf. Most. 133 Trin. 320 Merc. 521* 287 me scire *Merula:* miscere loquar, *corr. Muellerus* 289 *expecte* mihi promiserunt

sed utrum nunc tu caelibem te ésse mavis liberum
an maritum servom aetatem degere et gnatos tuos?
optio haec tua est: utram harum vis condicionem accipe.
Chal. Liber si sim, meo periclo vivam; nunc vivo tuo.
de Casina certum est concedere homini nato nemini.
Lys. Intro abi atque actutum uxorem huc evoca ante aedis cito,
et sitellam huc tecum efferto cúm aqua, et sortis. Chal. Satis placet.
Lys. Ego pol istam iam aliquovorsum tragulam decidero.
nam si sic nihil impetrare potero, saltem sortiar.
ibi ego te et suffragatores tuos ulciscar. Chal. Attamen
mi obtinget sors. Lys. Vt quidem pol pereas cruciatu malo.
Chal. Mi illa nubet, machinare quid lubet quo vis modo.
Lys. Abin hinc ab oculis? Chal. Invitus me vides, vivam tamen. —
Lys. Sumne ego miser homo? satin omnes ⟨res⟩ sunt advorsae mihi?
iam metuo, ne Olympionem mea uxor exoraverit
ne Casinam ducat: si id factum est, ecce me nullum senem;
si non impetravit, etiam specula in sortist mihi.
si sors autem decolassit, gladium faciam culcitam
eumque incumbam. sed progreditur optume eccum Olympio.

OLYMPIO II 5

Vna edepol opera in furnum calidum condito
atque ibi torreto me pro pane rubido,
era, qua istuc opera a me impetres quod postulas.
Lys. Salvos sum, salva spes est, ut verba audio.
Ol. Quid tu me tua, era, libertate territas?
qui si tu nolis filiusque etiam tuos,
vobis invitis atque amborum ingratiis
una libella liber possum fieri.
Lys. Quid istúc est? quicum litigas, Olympio?
Ol. Cum eadem qua tu semper. Lys. Cum uxoré mea?
Ol. Quam tu mi uxorem? quasi venator tu quidem es:
dies átque noctes cum cane aetatem exigis.

---

290 *vel* ted 296 site iam $B^1 E$ 297 tragula B^1 298 potuero *B* 301 quod lubet B^1 303 ⟨res⟩ *Lond.* 304 olimpionem 305 casiam *B* 306 insortita sunt mihi, *corr. Camerarius et Guietus; cf. ad Mil. 595* 307 decollassit *B*, decolla sit *VE; cf. Capt. 497* 308 olimpio 309 SERVVS OLIMPIO SENEX *BVE* edepol: edet *Festus 355, cf. 262 s.* rubidus 311 quam istam opera (-ram *V*), *corr. Brixius* 313 tua era *L.*: uera 314 quid, *corr. Acidalius* (quin *vel* qui) 315 ingratus *VE* 317 ligatis *V*, legitas *E* 318 uxoren *Pylades* 320 aetate *VE* *cf. 973*

Lys. Quid agit, quid loquitur tecum? Ol. Orat, obsecrat,
ne Casinam uxorem ducam. Lys. Quid tu postea?
Ol. Negavi enim ipsi me concessurum Iovi,
si is mecum oraret. Lys. Di te servassint mihi.
Ol. Nunc in fermento totast, ita turget mihi.
Lys. Ego edepol illam mediam diruptam velim.
Ol. Credo edepol esse, siquidem tu frugi bonae es.
verum edepol tua mihi odiosa est amatio:
inimica est tua uxor mihi, inimicus filius,
inimici familiares. Lys. Quid id refert tua?
unus tibi hic dum propitius sit Iuppiter,
tu istos minutos cave deos flocci feceris.
Ol. Nugae sunt istae magnae. quasi tu nescias,
repente ut emoriantur humani Ioves.
responde: si tu Iuppiter sis mortuos,
cum ad deos minoris redierit regnum tuom,
quis mihi subveniet tergo aut capiti aut cruribus?
Lys. Opinione melius res tibi habeát tua,
si hoc impetramus, ut ego cum Casina cubem.
Ol. Non hercle opinor posse, ita uxor acriter
tua instat, ne mihi detur. Lys. At ego sic agam:
coniciam sortis in sitellam et sortiar
tibi et Chalino. íta rem natam intellego:
necessum est vorsis gladiis depugnarier.
Ol. Quid si sors aliter quam voles evenerit?
Lys. Bene dice. dis sum fretus, deos sperabimus.
Ol. Non ego istud verbum émpsim tittibilicio;

---

321 ait *VE* tecum loquitur *Pylades;* tecum *etiam ad* agit *pertinet* 322 casiam *B*¹ 323 ipse *B*¹ 326 edepol ego 327 velle *Seyffertus* 332 munitos *VE* 334 humane *B*¹ 335 responde *L.:* sed tandem; *cf. Bacch. 816 all.* iupiter *B* emortuus, *corr. Acidalius* 337 subueniens 338 opinionem eius, *corr. Saracenus* habet *Camerarius, sed futuro aut coniunctivo opus est; cf. Herm. 18, 584* 341 instar *V,* istar *E,* instare *ut vid. B*¹ S. At *B:* Sat *VE* 342 conitiam 343 natam ⟨esse⟩ *Camerarius* 344 necessu *B,* necesse est versis gladiis repugnarier *schol. Verg. georg. 3, 222* 346 sperauimus (*cf. 352*), *item schol. Aen. 1, 543* 347 *Paulus 366 s.* tittibilicium: non ego istud uerbum empsi cum (empsiculem *O. Muellerus*) tittibilicio; *cf. Fulgentius 562* (*14 L.*) non ego hoc verbum emi textiuilicio istuc *V* emisim *V,* emissum *BE, corr. Acidalius; fort.* empsim ⟨uno⟩ tit (ut *E, om. B*) tibi stalitio; *cf. Buechelerus in Woelfflini arch. 2, 119, in* tittibi- *codd. et Paulus* (*ed. Th.*) *conspirare videntur*

nam omnes mortales dis sunt freti, sed tamen
vidi ego dis fretos saepe multos decipi.
Lys. St, táce parumper. Ol. Quid vis? Lys. Eccum exit foras
Chalinus intus cum sitella et sortibus.
nunc nos conlatis signis depugnabimus.

CLEOSTRATA II 6

Fáce, Chaline, certiorem me, quid meus vir me velit.

CHALINVS

Ille edepol videre ardentem te extra portam mortuam.
Cleost. Credo ecastor velle. Chal. At pol ego hau credo, sed certo scio.
Lys. Plus artificum est mihi quam rebar: hariolum hunc habeo domi.
quid si propius attollamus signa eamusque obviam?
sequere. quid vos agitis? Chal. Adsunt quae imperavisti omnia:
uxor, sortes, situla atque egomet. Ol. Te uno adest plus quam ego volo.
Chal. Tibi quidem edepol ita videtur; stimulus ego nunc sum tibi,
fodico corculum; adsudascis iam ex metu, mastigia.
L. Tace, Chaline. Ch. Comprime istum. Ol. Immo istunc, qui didicit dare.
Lys. Adpone hic sitellam, sortis cedo mihi. animum advortite.
atque ego censui aps te posse hoc me impetrare, uxor mea,
Casina ut uxor mihi daretur; et nunc etiam censeo.
Cleost. Tibi daretur illa? Lys. Mihi enim — ah, non id volui dicere:
dum mihi volui, huic dixi, atque adeo mihi dum cupio — perperam
iam dudum hercle fabulor. Cleost. Pol tu quidem, atque etiam facis.
Lys. Huic — immo hercle mihi — vah, tandem redii vix veram in viam.
Cleost. Per pol saepe peccas. Lys. Ita fit, ubi quid tanto opere expetas.
sed te uterque tuo pro iure, ego atque hic, oramus. Cleost. Quid est?
Lys. Dicam enim, mea mulsa: de istac Casina huic nostro vilico
gratiam facias. Cleost. At pol ego néque facio neque censeo.

---

349 d. f.: disertos *VE* decepi *VE* 350 S. ς: *om.* s* (*eras.* t ?) *B*, sed *VE* parum* (*eras.* p ?) *B*, parum *VE* 351 calinus 352 consolatis *VE* depugnauimus B^1VE 353 MVLIER SERVVS EIDEM *BVE* me quid *Lond.*: equide B^1V, equidem EB^2 me uir ς 354 metuam, *corr. Ritschelius* 355 crede *VE* uellem VEB^2 C. *post* ego *B*, *om. VE* (*ut fere nomina per hanc scaenam*), *corr. Pareus* haud B^2, haut *V* 356 abeo *BE* 357 attolamus *Lond.*, *cf. Keilius ad Diom. 380, 19* famusque B^1VE 358 impetrauisti B^1 *ut vid.*, *VE* 359 O. *Ladewigius:* S *B* 361 eo dico, *corr. Bentleius* adsuda scis (c *sup. v.*) *B*, adsudasis *VE* 362 L. *Merula:* M *B* CH. *Camerarius: om.* istunc istuc B^1 qui didicit *Lipsius:* quid dicit *vilicus urbanum dicit* 363 aduorte *B* 364 me *Lambinus:* mecum 369 redi uix ueram *B:* uixeram *VE* 370 *denuo peccat* 371 atque ego, *corr. Camerarius* 373 *vel* nec facio

Lys. Tum igitur ego sortis utrimque * iam. Cleost. Quis votat?
Lys. Optimum atque aequissimum istud esse iure iudico.
postremo, ⟨si⟩ illuc quod volumus eveniet, gaudebimus;
sin secus, patiemur animis aequis. tene sortem tibi.
vide quid scriptum est. O. Vnum. Ch. Iniquom est, quia isti prius quam mihi dedit.
Lys. Accipe hanc sis. Chal. Cedo. mane, unum venit in mentem modo:
vide ne quae illic insit alia sortis sub aqua. Lys. Verbero,
men te censes esse? Cleost. Nulla est. habe quietum animum modo.
Chal. Quod bonum atque fortunatum sit mihi — Ol. Magnum malum
tibi quidem edepol credo eveniet; novi pietatem tuam.
sed mane dum: num ista aut populna sors aut abiegnast tua?
Chal. Quid tu id curas? Ol. Quia enim metuo, né in aqua summa natet.
Lys. † Auge cave. conicite sortes nunciam ambo huc. eccere.
uxor, aequa. Ol. Noli uxori credere. Lys. Habe animum bonum.
Ol. Credo hercle, hodie devotabit sortis si attigerit. Lys. Tace.
Ol. Taceo. deos quaeso — Chal. Vt quidem tu hodie canem et furcam feras.
Ol. Mihi ut sortito eveniat — Chal. Vt quidem hercle pedibus pendeas.
Ol. At tu ut oculos emungare ex capite per nasum tuos.
Chal. Quid times? paratum oportet esse iam laqueum tibi.
Ol. Periisti. L. Animum advortite ambo. O. Taceo. L. Nunc tu, Cleostrata,
ne a me memores malitiose de hac re factum aut suspices,
tibi permitto: tute sorti. Ol. Perdis me. Chal. Lucrum facit.
Cleost. Bene facis. Chal. Deos quaeso — ut tua sors ex sitella effugerit.
Ol. Ain tu? quia tute es fugitivos, omnes te imitari cupis?

---

374 *deest verbum quale* diuidam 376 *om.* B^1VE ⟨si⟩ *Camerarius* 378 est *om.* B^1VE ini quum (*ex* cum) est *B,* inicus est *VE, fort. recte* dedit *L.:* est 380 quae *Priscianus 1, 320:* qua insit B^2, *Priscianus:* sit B^1 *ut vid., E* (*sed ex* sit̃), sint *V* sortis *testatur Priscianus:* soris *B ante corr. ut vid., VE,* sors B^2 381 cesses *VE* (censes *in ras. B*) nulla *om.* B^1 quietum B^2*:* quae tum 382 Ch. *Acidalius:* Ol. quid, *corr. Camerarius* fortunatum tuum sit, *corr. Guietus* Ol.: Cal. 383 Ol. *praem.* 384 mane *Priscianus 1, 76* (mane, manet, mone *codd.*)*:* ne istaec *Priscianus* abiegnast B^2, *Priscianus:* abiegnas (-am *E*) 386 aeuge (euge ϛ) B^2, nugas *Richterus Studem. stud. 1, 525;* euge cate *Acidalius; fort.* recte habet sortis *VE* amabo, *corr. Pius* eccere *servis dedit Schoellius* (*spat. B*) 388 deuotabit *Lond.:* deuobit (*i. e.* deuouebit?) hodie *ad* attigerit 389 ut B^2*:* aut tu *fort.* B^1, aut *VE* hodie tu *Muellerus* 390 sortitio (-cio *ex* -tuo *ut vid. B*), *corr. Spengelius* Ch. *Acidalius: om.* 391 Ol. ϛ*:* C occulos *B* 392 Ch. *Bothius: om.* quid times? *cf. Pseud. 710 et* ne pave *Mil. 894* 393 peristi amabo, *corr. Pius* 394 suspicere B^2, suscipere B^1 *ut vid., VE, corr. Pylades* 395 lucrum facit *scil.* '*quia tu nihili es*' *Lambinus; quasi una pars orationis est* 396 fors *B* 397 unitari *VE*

utinam tua quidem, sicut ⟨factum esse⟩ Herculeis praedicant
quondam prognatis, in sortiendo sors deliquerit.
CHAL. Tu ut liquescas ipse, actutum virgis calefactabere.
LYS. Hoc age sis, Olympio. OL. Si hic litteratus me sinat.
LYS. Quod bonum atque fortunatum mihi sit. OL. Ita vero, et mihi.
CHAL. Non. OL. Immo hercle. CHAL. Immo mihi hercle. CLEOST. Hic
vincet, tu vives miser.
LYS. Percide os tu illi + hodie. age, ecquid fit? ne obiexis manum.
OL. Compressan palma an porrecta ferio? LYS. Age ut vis. OL. Em tibi.
CLEOST. Quid tibi istunc tactio est. OL. Quia Iuppiter iussit meus.
CLEOST. Feri malam, ut ille, rursum. OL. Perii, pugnis caedor, Iuppiter.
LYS. Quid tibi tactio hunc fuit? CHAL. Quia iussit haec Iuno mea.
LYS. Patiundum est, siquidem me vivo mea uxor imperium exhibet.
CLEOST. Tam huic loqui licere oportet quam isti. OL. Cur omen mihi
vituperat? LYS. Malo, Chaline, tibi cavendum censeo.
CHAL. Temperi, postquam oppugnatum est os. LYS. Age, uxor, nunciam
sorti. vos advortite animum. prae metu ubi sim nescio.
perii, cor lienósum, opinor, habeo, iam dudum salit,
de labore pectus tundit. CLEOST. Teneo sortem. LYS. Ecfer foras.
CH. Iamne mortuo's? OL. Ostende. mea ⟨haec⟩ est. CH. Mala crux éast quidem.
CLEOST. Victus es, Chaline. LYS. Cum nos di iuvere, Olympio,
gaudeo. OL. Pietate factum est mea atque maiorum meum.
LY. Intro abi, uxor, atque adorna nuptias. CLEOST. Faciam ut iubes.
LYS. Scin tu rus hinc esse ad villam longe quo ducat? CLEOST. Scio.
L. Intro abi et, quamquam hoc tibi aegre est, tamen fac accures. CL. Licet. —
LYS. Eamus nos quoque intro, hortemur ut properent. O. Numquid moror? —
LYS. Nam praesente hoc plura verba ⟨fieri⟩ non desidero. —

398 *supplevit Bachius in Studemundi stud. 2, 326* herculei *BVE*¹ 399 quandam *Nonius 334* in *Nonius:* ista in sors deliquerit *B, Nonius:* sorde liquerit *VE; cf. Buechelerus mus. Rhen. 38, 520* 400 tute *B ante ras.* calefacta uere B^1V 401 olimpio 402 sit *Pylades:* est OL. — CH. — CL. ς, *Acidalius:* C. — M. — S. 404 L. ς: *om.* praecide, *corr. Turnebus; cf. Pers. 283* odio *Seyffertus; desideratur nomen quale* cornici, *vel etiam* impudico sit B^1VE ne *Vssingius:* M. ne; *manus obicitur tuendi causa, dicit hoc Chalino.* cave *Bothius, cf. Studemundus act. conv. philol. 1882, 54* oblexis, *corr. Lambinus* 405 OL. hem *Lond.:* rem 407 rursum *vi propria i. q.* uicissim 409 imperii *VE* 410 loqui qui liceree (-re B^2, -ret B^1) 412 tempori B^2 uxor mea iam nunc, *corr. Camerarius, Bentleius* 413 prae metu *Pistoris:* praebe tu 414 OL. *praem.* iam *Pylades:* iam iam 416 ⟨haec⟩ *Geppertus* crux ea est *Camerarius:* crucias 417 diu uiuere, *corr. Spengelius* 418 meorum 420 ruri esse, *corr. Langenus* 422 hortamur B^1, ortamur *VE* 423 ⟨fieri⟩ *Camerarius*

CHALINVS II 7

Si nunc me suspendam, meam operam luserim
et praeter operam restim sumpti fecerim
et meis inimicis voluptatem creaverim.
quid opus est, qui sic mortuos? equidem tamen
sorti sum victus, Casina nubet vilico.
atque id non tam aegrest iam, vicisse vilicum,
quam id expetivisse opere tam magno senem,
ne ea mihi daretur atque ut illi nuberet.
ut illé trepidabat, ut festinabat miser;
ut sussultabat, postquam vicit vilicus.
attat, concedam huc, audio aperiri foris,
mei benevolentes atque amici prodeunt.
hinc ex insidiis hisce ego insidias dabo.

OLYMPIO II 8

Sine modo rus veniat: ego remittam ad te virum
cum furca in urbem tamquam carbonarium.

LYSIDAMVS

Ita fieri oportet. Ol. Factum et curatum dabo.
Lys. Volui Chalinum, si domi esset, mittere
tecum obsonatum, ut etiam in maerore insuper
inimico nostro miseriam hanc adiungerem.
Chal. Recessim cedam ad parietem, imitabor nepam;
captandust horum clanculum sermo mihi.
nam illorum me alter cruciat, alter macerat.
at candidatus cedit hic mastigia,
stimulorum loculi. protollo mortem mihi;
certum est, hunc Acheruntem praemittam prius.
Ol. Vt tibi ego inventus sum obsequens. quod maxime
cupiebas, eius copiam feci tibi.
erit hodie tecum quod amas clam uxorem. Lys. Tace.

---

424 servvs *BVE* nunc *B:* non *E,* ne *V* suspendam me *Reizius* 427 *fort.* mortuom aequiperem tamen (*non dixerit* mortuos aequem) *cf. Trin. 1126* 433 susultabat 434 atat VE^2 operiri E^1, operari *V*, opperiri *B* foras, *corr. Merula* 435 mihi, *corr. Muellerus* beneuolentis (-ti VE^2) amici *Gulielmius:* ame *BV,* am me *E* 436 hisce *Camerarius:* hic (*i. e.* hisc) 437 servi · II · senex *BVE* eueniat, *corr. Camerarius* 443 *ut supra codd.:* retrouorsum cedam imitabor nepam *Nonius 145,* dabo me ad parietem imitabor nepam *Paulus 164, uterque s.* nepa 444 captandus est 446 canditatus B^1 *ut vid., E* 447 mortem protollo *Brugmannus; ad 357* 449 maime B^1

ita me di bene ament, ut ego vix reprimo labra
ob istánc rem quin te deosculer, voluptas mea.
Chal. Quid, deosculere? quae res? quae voluptas tua?
ecfodere hercle hic volt, credo, vesicam vilico. †
Ol. Ecquid amas nunc me? Lys. Immo edepol me quam te minus.
licetne amplecti te? Chal. Quid, amplecti? Ol. Licet.
Lys. Vt, quia te tango, mel mihi videor lingere.
Ol. Vltro te, amator, apage te a dorso meo.
Chal. Illuc est, illuc, quod hic hunc fecit vilicum:
eidem me pridem, cum ei advorsum veneram,
facere atriensem voluerat sub ianua.
Ol. Vt tibi morigerus hodie, ut voluptati fui.
Lys. Vt tibi, dum vivam, bene velim plus quam mihi.
Chal. Hodie hercle, opinor, hi conturbabunt pedes:
solet hic barbatos sane sectari senex.
Lys. Vt ego hodie Casinam deosculabor, ut mihi
bona multa faciam ⟨clam⟩ meam uxorem. Chal. Attatae,
nunc pol ego demum in rectam redii semitam.
hic ipsus Casinam deperit. habeo viros.
Lys. Iam hercle amplexari, iam osculari gestio.
Ol. Sine prius deduci. quid, malum, properas? Lys. Amo.
Ol. At non opinor fieri hoc posse hodie. Lys. Potest,
siquidém cras censes te posse emitti manu.
Chal. Enim véro huc aures magis sunt adhibendae mihi:
iam ego uno in saltu lepide apros capiam duos.
Lys. Apud hunc sodalem meum atque vicinum mihi
locus est paratus: ei ego amorem omnem meum
concredui; is mihi se locum dixit dare.
Ol. Quid eius uxor? ubi erit? Lys. Lepide repperi.
mea uxór vocabit huc eam ad se in nuptias,
ut hic sit secum, se adiuvet, secum cubet;

---

454 deosculer, *corr. Meursius* 455 credo hercle ecfodere hic volt *Bothius* (*cf. Brixius in Fleckeiseni ann. 123, 53, Kellerhoffius in Studemundi stud. 2, 62 sq.*); *potius corruptum* credo. *versum post 458 posuit Lambinus* 456 ecquis B^1 *ut vid., VE* 459 *armigeri, corr. Merula* 461 et idem, *corr. Lambinus; cf. Mil. 1207* 465 iis, *corr. Lambinus* (*i. e.* his, *cf. Curc. 507*) 466 senex sectari *B* 468 ⟨clam⟩ *Pius* Arm. attate B^2 *in ras.* (*eras.* clā pol attate?): attate Arm. (*sed* artare, *sup. scr.* aptate *E*) *VE* 470 sen. abeo, *corr. Pylades* 471 L. *om.* 472 pius *VE* operas *VE* 474 mitti manu *VE*, manumitti *B, corr. Camerarius* 478 omnem amorem, *corr. Pylades* 480 reperi *B*, repedri *E ante corr.* 482 adiutet *E*, aduitet *V*

ego iussi, et dixit se facturam uxor mea.
illa hic cubabit, vir aberit faxo domo;
tu rus uxorem duces: id rus hic erit
tantisper dum égo cum Casina faciam nuptias.
hinc tu ante lucem rus cras duces postea.
satin docte? OL. Astute. CHAL. Age modo, fabricamini,
malo hercle vestro tam vorsuti vivitis.
LYS. Scin quid nunc facias? OL. Loquere. LYS. Tene marsuppium,
abi atque obsona, propera, sed lepide volo,
molliculas escas, út ipsa mollicula est. OL. Licet.
LYS. Emito sepiolas, lepadas, lolligunculas,
hordeías. CHAL. Immo triticeías, si sapis.
LYS. Soleas. CHAL. Qui quaeso potius quam sculponeas,
quibus báttuatur tíbi os, senex nequissime?
OL. Vin lingulacas? LYS. Quid opust, quando uxor domi est?
ea lingulaca est nobis, nam numquam tacet.
OL. In re praesenti ex copia piscaria
consulere quid emam potero. LYS. Aéquom oras, abi.
argento parci nolo, obsonato ampliter.
nam mihi vicino hoc etiam convento est opus,
ut quod mandavi curet. OL. Iamne abeo? LYS. Volo. —
CHAL. Tribus nón conduci possum libertatibus,
quin ego illis hodie comparem magnum malum
quinque hanc omnem rem meae erae iam faciam palam.
manifesto teneo in noxia inimicos meos.
sed si nunc facere volt era officium suom,
nostra omnis lis est. pulchre praevortar viros.
nostro omine it dies; iam victi vicimus.

---

484 huc *VE* uir aberit *Camerarius:* siuir abierit 485 hoc, *corr. Gulielmius* 488 docte OL. astute *L.:* at tute OL. docte B^2, at tute B^1V, arture *corr. in* aptute *E; cf. Epid. 280 sq. Rud. 927. 1240 Most. 1069, Poen. 111 Pers. 148: ubique antecedit* docte 493 emitto *BV, Prisciani 1, 108 codicum pars* lepidas *codd., Priscianus, corr. Camerarius, cf. Rud. 297, Paras. med. frg. 3* (lopadas); *ceterum* lepada *ἡ λεπάς in Latinorum ore fiebat* lepida lolligunculas (lolig. *codicum pars*) *testatur Priscianus:* lolligiungas 494 *ὁρδεία* hordia, *cui ille ludens regerit quasi τριτικείας, qui piscis sit ignoramus; corp. gloss. 2, 480 ψῆσσα ὁ ἰχθύς* ordatia *attulit Schoellius* 495 *pers. add. Camerarius* 496 babtuatur os tibi *Muellerus; cf. Lindsay journ. of phil. 21, 209* 497 opus est 498 *cf. Paulus 117 Nonius 50* 500 potero B^2*: om.* abis, *corr. Camerarius* 507 noxa, *corr. Pylades* 509 pulcra re, *corr. Pius* praevortar *φθήσομαι contra Plauti usum;* pervortam *Langenus symb. 80* 510 homine VE^1 *cf. Sen. Agam. 869 Liv. 26, 41, 9*

ibo intro, ut id quod alius condivit cocus,
ego nunc vicissim ut alio pacto condiam,
quo id quoi paratum est ut paratum ne siet
sitque ei paratum quod paratum non erat. —

LYSIDAMVS III 1

Núnc amici ánne inimici sís imago, Alcésime,
mihi sciam, nunc specimen specitur, nunc certamen cernitur.
cur amem me castigare, id ponito ad compendium,
'cano capite' 'aetate aliena' eo addito ad compendium,
'cui sit uxor' id quoque illuc ponito ad compendium.

ALCESIMVS

Miseriorem ego ex amore quam te vidi neminem.
Lys. Fac vacent aedes. Alc. Quin edepol servos, ancillas domo
certum est omnis mittere ad te. Lys. Oh, nimium scite scitus es.
sed facito dum merula + pervorsus quos cantat colas:
cum cibo suo quique facito ut veniant, quasi eant Sutrium.
Alc. Meminero. Lys. Em, nunc enim te demum nullum scitum scitiust.
cura, ego ad forum modo ibo: iam hic ero. Alc. Bene ambula.
Lys. Fac habeant linguam tuae aedes. A. Quid ita? L. Cum veniam, vocent.
Alc. Attatae, caedundus tú homo es: nimias delicias facis.
Lys. Quid me amare refert, nisi sim doctus ⟨ac⟩ dicaculus?
sed tu cave in quaesitione mihi sis. — Alc. Vsque adero domi. —

---

513 quo id *VE²:* quod id *B,* quid *E¹* (quo *scil.* pacto) quoi *Muellerus pros. add. 32:* quod 514 sietque 515 SENES · II · *BVE* amicine *Acidalius* (*cf. Rud. 1069 B et CD*) 516 *cf. Bacch. 399* 517 cur amem me *Buechelerus:* curam exime *B,* cura meme curam exime *VE* 518 *om. V* coaddito *ς* 522 eho, *corr. Seyffertus* 523 merula per uersus quod *Festus 310* (*s.* Sutrium), merui aperuorsus quos *BVE,* maeoni aper uersus quos *Turnebi schedae;* per ⟨uer⟩ *Buechelerus, sed res quae sit non satis apparet* (*cf. Truc. 931; in* MERVLA *latere possit* INFABVLA, *fort.* in fabula puer). memineris versus quos cantat Colax *Valla, cf. Lindsay Class. rev. 1892, 124. v. 524 non ipsos versus praebet magis quam senis verba ad illos quae adludant.* colas *cf. Capt. 222* 524 cum cibo cum qui qui *codd.,* cum suo cuique *Festus, corr. Acidalius; cf. Buechelerus mus. Rhen. 35, 402 sq., Eubul. frg. 20 K.;* quique *i. e.* quisque, *ut* queique *in tab. Bantina; cum Poen. 536. 588* cum quiqui *composuit Studemundus apud Prehnium* (*progr. Argent. 1887, 2*), *non apte huic loco* 525 *totus Alcesimi, corr. Camerarius* tu demum nullo scito scitus es, *corr. Dousa* 527 uocent *scil.* uacent, *cf. 521, Buechelerus Fleckeiseni annal. 87, 782;* ut uocent *Bothius, idem E¹* 528 attate 529 doctus dicax uiuus *B,* doctus dicas uiuis *VE, corr. Kiesslingius* 530 inquisitione (-i *B*)

CLEOSTRATA III 2

Hoc erat ecastor quod me vir tanto opere orabat meus,
ut properarem arcessere hanc ⟨huc⟩ ad me vicinam meam,
liberae aedes ut sibi essent, Casinam quo deducerent.
nunc adeo nequaquam arcessam, ⟨ne illis⟩ ignavissumis
liberi loci potestas sit, vetulis vervecibus.
sed eccum égreditur, senati columen, praesidium popli,
meus vicinus, meo viro qui liberum praehibet locum.
non ecastor vilis emptu est, modio qui venit salis.

ALCESIMVS

Miror huc iam non arcessi in proxumum uxorem meam,
quae iam dudum, si arcessatur, ornata exspectat domi.
sed eccam, opino arcessit. salve, Cleostrata. CLEOST. Et tu, Alcesime.
ubi tua uxor? ALC. Intus illa te, si se arcessas, manet;
nam tuos vir me orávit, ut eam ístuc ad te adiutum mitterem.
vin vocem? CLEOST. Sine eam * nolo si occupata est. ALC. Otium est.
CLEOST. Nil moror, molesta ei esse nolo; post convenero.
ALC. Non ornatis istic apud vos nuptias? CLEOST. Orno et paro.
ALC. Non ergo opus est adiutrice? CLEOST. Satis domist. ubi nuptiae
fuerint, tum istam convenibo. nunc vale, atque istanc iube. —
ALC. Quid ego nunc faciam? flagitium maxumum feci miser,
propter operam illius hirqui ímprobi, edéntuli,
qui hoc mihí contraxit; operam uxoris polliceor foras,
quasi catillatum. flagitium hóminis, qui dixit mihi
suam úxorem hanc arcessituram esse; éa se eam négat morarier.
atque edepol mirum ni subolet iam hoc huic vicinae meae.

SENEX · DV *VE*, MVLIER CLEOSTRATA B^2 531 *post* 532, *corr. Brixius* (*cl. Men. 1135 Asin. 863 Merc. 711*) 531 quod *Camerarius:* id quod tanto pere *B* 532 ⟨huc⟩ *Kochius, cf. Bachius in Studem. stud. 2, 206* 533 deduceret *B* 534 ne *suppl. Saracenus,* illis *Kochius* 535 *accedit A* uẹtulis *A:* uitulis (-lus *E*) *P* uerbecibus *A non sine exemplo* 536 progreditur *Muellerus, cf. 796* popḷ- *A:* populi *P* 537 praebet *P* 538 uilis emptus *A,* uilis emptus est *P, Turnebi cod., corr. Lambinus* modius *AP, corr. Dousa. hoc dicit: modio salis constat, ut amicus, tamen hic magno* 539 ALCESIMVṢ CLEOSTRATA *A,* SENEX MVLIER *BVE* miroṛ AB^2*:* miro *E, rubricator B,* iro B^1V 541 op]inoṛ *AP* accersit *P* 542 illam *A,* ellam *Seyffertus* 543 orauit *et* istuc *AP, cf. ad Asin. 501, Buechelerus carm. lat. ep. 1 p. 29* mitteret *A* 544 sinẹ ẹamịṭ *A,* sine *P,* sine eam, te *Goetzius; fort.* sine maneat 546 isti *A* nos *P* 548 ịstanc *A:* istam *P* 550 irqui *A* improbi ⟨olidi⟩ *Palmerus* (*Men. 864*) 552 catillatum *AP:* catillac tum *Turnebi schedae; cf. Fulgentius 563* (*16 L.*) 553 esse *del. Acidalius*

verum autem altrovorsum quóm eam mecum rationem puto,
si quid eius esset, esset mecum postulatio.
ibo intro, ut subducam navim rusum in pulvinaria. —
Cleost. Iám hic est lepide ludificatus. miseri ut festinant senes.
nunc ego illúm nihili decrepitum meum virum veniat velim,
ut eum ludificem vicissim, postquam hunc delusi alterum.
nam ego aliquid contrahere cupio litigi inter eos duos.
sed eccum incedit. at, quom aspicias tristem, frugi censeas.

LYSIDAMVS III 3

Stultitia magna est, mea quidem sententia,
hominem amatorem ullum ad forum procedere,
in eum diem quoi quod amet in mundo siet;
sicut ego feci stultus: contrivi diem,
dum asto advocatus cuidam cognato meo;
quem hercle ego litem adeo perdidisse gaudeo,
ne me nequiquam sibi hodie advocaverit.
nam meo quidem animo qui advocatos advocet
rogitare oportet prius et ⟨per⟩contarier,
adsitne ei animus necne adsit, quem ádvocet:
si neget adesse, exanimatum amittat domum.
sed uxorem ante aedis eccam. ei misero mihi,
metuo ne non sit surda atque haec audiverit.
Cleost. Audivi ecastor cum malo magno tuo.
Lys. Accedam propius. quid agis, mea festivitas?
Cleost. Te ecastor praestolabar. Lys. Iamne ornata res?
iamne hanc traduxti huc ad nos vicinam tuam,
quae te adiutaret? Cleost. Arcessivi, ut iusseras.
verum hic sodalis tuos, amicus optumus,
nescio quid se sufflavit uxori suae:

555 altro uersum *P*, alterouorsum *A*, *gloss. Plaut.* (*Prisc. 2, 58, 4*) cum *P*, quo *A* ratione *P* 556 esset esset *A:* esset *P* 557 *Cleostrata incipit P, corr. Salmasius* nauem *A* rursum inpuluinarium *P* 560 *cf. Brixius ad Trin. 665* 563 LYSIDAMVS CLEOSTRATA *A*, SENEX MVLIER *VE*, STALICIO SENEX CLEOSTRATA MVLIER B^2 565 quoi *A*, cui *P;* in eum diem *ad* in mundo siet, *non ad* procedere *pertinere exempla docere possunt a Kampmanno congesta* (*de* in *praep. 39 sq.*) amat *A* 568 perdidisse *A*, B^1 *ut vid.:* perdisse VEB^2 570 *om. P* 571 contarier *AB*, contrarier *VE*, *corr. Pylades* 572 adsitne *A:* at (ab *B ex* ade?) sitne (sine B^1 *ut vid., E*) *P* necne *AP:* necne ⟨ei⟩ *Seyffertus* 578 L.: *spat. om. A* res *Bothius:* res [est] *AP* 579 traduxti huc (*sed* traduxit *B ante corr.*) *P:* traduxti *A; cf. 597* 580 arc[es]siui *A*, accersiui *P*

negavit posse, quoniam arcesso, mittere.
Lys. Vitium tibi istuc maxumum est, blanda es parum.
Cleost. Non matronarum officiumst, sed meretricium,
viris alienis, mi vir, subblandirier.
i tu atque arcesse illam: égo intus quod factost opus
volo accurare, mi vir. Lys. Propera ergo. Cleost. Licet.
iam pol ego huic aliquem in pectus iniciam metum;
miserrumum hodie ego hunc habebo amasium. —

ALCESIMVS III 4

Viso huc, amator si a foro rediit domum,
qui me atque uxorem ludificatust, larua.
sed eccum ante aedis. ad te hercle ibam commodum.
Lys. Et hercle ego ad te. quid ais, vir minimi preti?
quid tibi mandavi? quid tecum oravi? Alc. Quid est?
Lys. Vt bene vocivas aedis fecisti mihi,
ut traduxisti huc ad nos uxorem tuam.
satin propter te pereo ego atque occasio?
Alc. Quin tu suspendis te? nempe túte dixeras,
tuam arcessituram esse uxorem uxorem meam.
Lys. Ergo arcessivisse ait sese, et dixisse te
eam nón missurum. Alc. Quin eapse ultro mihi
negavit eius operam se morarier.
Lys. Quin eapse me adlegavit, qui istam arcesserem.
Alc. Quin nihili facio. Lys. Quin me perdis. Alc. Quin benest,
quin etiam diu morabor, quin cupio tibi —
Lys. Quin — Alc. Aliquid aegre facere. Lys. Quin faciam lubens.
numquam tibi hodie 'quin' erit plus quam mihi.
Alc. Quin hercle di te perdant postremo quidem.
Lys. Quid nunc? missurusne es ad me uxorem tuam?
Alc. Ducas, easque in maxumam malam crucem

---

583 arcers- B^1, -so *A* 585 officiumst *A:* parum est officium *P* 587 accerse *A* facto est *P*, factust *A* 588 *pers. om. P* 590 hodie ego hunc habebo *A:* hodie hunc ego habeo (ego *om. B*) *P* ALCESIMVS LYSIDAMVS *A*, SENES DVO (·II· DV *VE*) VEB^2 594 et hercle ego *A:* at (atque *VE*) ego hercle *P* 596 uaciuas *P* 599 suspendes *P* nem . . ute *A* 600 accersituram *A*, arcersituram *B* uxorem uxorem *A:* uxorem *P; cf. 556* 601 accersiuisse *AV*, *E ex corr.*, arcersiuisse *B*, accessiusse *E ante corr.*, *cf. 604* 602 ea ipsa ultro *P*, eapsaltro *A* 604 ẹạpse *A:* ea ipsa *P* accesserem *AVE*, arcerserem *B; cf. Buechelerus mus. Rhen. 39, 414* 605 qui nichili *P* 606—609 *sine personis AP, corr. Bothius* (*etiam 606* L. — A.) 606 morabor *scil. uxorem* (*cf. Langenus symb. 177*) 609 dei *P* te di *Langenus, cf. Seyffertus stud. Pl. 6* 610 missurunnẹ *A*

cum hác cum ístac, cumque amica etiam tua.
abi et aliud cura, ego iam per hortum iussero
meam istúc transire uxorem ad uxorem tuam. —
LYS. Nunc tu mi amicus es in germanum modum.
qua ego hunc amorem mi esse avi dicam datum
aut quid ego umquam erga Venerem inique fecerim,
cui sic tot amanti mi obviam eveniant morae?
attat,
quid illúc clamoris, opsecro, in nostrast domo?

PARDALISCA III 5

Núlla sum, núlla sum, tóta, tota óccidi,
cor metu mortuomst, membra miserae tremunt,
nescio unde auxili, praesidi, perfugi
mi aut opis copiam comparem aut expetam:
tanta factu modo mira miris modis
intus vidi, novam atque integram audaciam.
cave tibi, Cleostrata, apscede ab ista, opsecro,
né quid in té mali fáxit ira pércita.
eripite isti gladium, quae suist impos animi.
LYS. Nam quid est quod haec huc timida atque exanimata exsiluit foras?
Pardalisca. PAR. Perii, unde meae usurpant aures sonitum?

---

612 *sic AP, cf. ad Most. 392* 613 aliquid *A* 616 aui *A:* aut *P* 617 quod *AP, corr. Gronovius* *post verbum quod est* dicam *interrogatio* quid fecerim *ita posita est quasi dicat* quid me fecisse dicam; *similis constructionum commixtio Pseud. 562 sq.:* uos suspicarier me promittere — neque sim facturus, *cum intercedat* quo uos oblectem; *cf. ad Poen. 5* 618 cui *AP, cf. Bachius de attractione inv. 21* eueniunt *A* 619 attat *proprio versu A, sq. praem. P* 620 nostrast domo *A,* nostra domo est *P* PARDALISCA LYSIDAMVS *A,* ANCILLA SENEX (s. a. *VE*) *P* 621—628 *disp. ut supra A, sic P:* Nulla — est | Membra — praesidii | Perfugii — expetam | Tanta — nouam | Atque — abscede (*sed* Caue) | Ab — percita, *atque versus clausi nullum indicium est ante clausulam trochaicam* 624 opum *AP, correxi; cf. praeter alia Mil. 220 Rud. 204; cum pluralibus iunctum Capt. 517 Amph. 1053 Rud. 664 Phorm. 470 cf. Rud. 274. 349* 625 factis *AP, corr. Scioppius; harum duarum corruptelarum causa una esse videtur* miris *A:* ueris (ueras *B*[1]) *P* 627 apsede *A* 629—631 *ut s. disp. AP, ergo* eripite — Pardalisca *duos octonarios trochaicos facere cum Bergkio (op. 1, 412) non licet;* 629—634 *tetrametros troch. brachycatalectos (cf. mus. Rhen. 40, 179, Klotzius metr. 423 sq., Fleckeiseni ann. 143, 838) fecit Schoellius. ionicos esse iudico cum tripodia dactylica, de qua monuit Wilamowitzius. cf. 644 sq.* 629 impos: *de prosodia vocabuli non constat. metrum* – ⏑⏑ – – ⏑⏑ – – ⏑ – – – ⏑⏑ – (*vel ithyph., cf. Men. 110*) 630 exiluit foras *P,* exsiliuit *A* – ⏑ – ⏑ – – ⏑⏑ – – ⏑⏑ – – ⏑⏑ – ⏑ – 631 pardilisca *P* peri *fuisse videtur A* sonum *A, quo septenarius troch. fiat, sed vocabulo Ennius et Pacuvius utuntur, non Plautus* – ⏑ – ⏑ ⏑⏑ – ⏑⏑ – – – – – ⏑⏑ – *ut 629*

LYS. Respice modo ad me. PAR. O ere mi — LYS. Quid tibi est?
quid timida es? PAR. Perii.
LYS. Quid, periisti? PAR. Perii, et tu periisti. L. A, perii? quid ita?
PAR. Vae tibi. L. Immo, vae tibi sit. P. Ne cadam, amabo, tene me.
LYS. Quidquid est, eloquere mihi cito. PAR. Contine pectus,
face véntum, amabo, pállio. LYS. Timeo hóc negoti quíd siet,
nisi haéc meraclo se úspiam percússit flore Liberi.
PAR. Óptine aurís, amabo. LYS. I ín malam a mé crucem,
péctus, aurís, caput téque di pérduint,
nám nisi ex té scio, quídquid hoc ést, cito, hoc
iám tibi istúc cerebrúm dispércutiam, éxcetra tu,
ludibrio pessuma adhuc quae me habuisti.
PAR. Ere mí — LYS. Quid vis mea me áncilla? PAR. Nimiúm
saevis. LYS. Numeró dicis.
sed hóc quidquid ést eloquere, ín pauca cónfer:
quid íntus tumúlti fuít? PAR. Scibis, aúdi.
malúm pessumúmque hic modo intus ápud nos
tua áncilla hoc pácto exordíri coépit,

632—634 *disp. P:* Respice — est | Quid — peristi | Perii — tibi | Immo — me, *635 ut A* 632 oh *A: om. P* est *P:* es *A* peri *A* – ◡ ◡ ◡ ◡ – – – ◡ ◡ ' – – ◡ ◡ (?) ◡́ ◡ ◡ – ◡ ◡ – 633 qui *A* peristi *AP* peris[ti ape]ri *A,* periisti SEN. aperi *P* (peristi B^1) ita *A:* tibi *P* – ◡ ◡ – – ◡ ◡ – – ◡ ◡ – ◡́ ◡ ◡ – ◡ ◡ ◡ 634 immo uae *A:* immo istuc *P non deterius* nec ad amabo *P* – ◡ – – – ◡ – – – ◡ ◡ – – ◡ ◡ – 635 quicquid *AP* loquere *A* contine pectus *propter cor nimium saliens, ut* optine auris (*641, cf. 642*) *propter nimios tinnitus* – ◡ – – ◡ ◡ ◡ ◡ ◡ ◡ – – ◡ ◡ – –: *desinit in catalexi* 636 fac *A* negotium quid est *P* 640 meraclo se *schedae Turnebi:* mera glose (emera glose *E*) *P,* meraco se *A* percussit *A, sch. T.:* percursit *P* liberi *A:* libico *P,* libyco *sch. T.; cf. Fulgentius 562* (*v. ad 267*) 641—645 *disp. P:* Obtine — pectus | Auris — scio (*sed* Nam) | Quicquid — execrata (*sed* Iam); *645 ut A* 641 aures *A* i in *B:* lin *A,* in *VE* a me *om. P; cf. Epid. 78* 642 aures *A* perdiunt *VE, A n. l.* 643 est cito *A:* scito *P* hoc *A: om. P;* '*scil. scipione*' *Schoellius* 644 dispercuciam *B,* dispertiam *VE; A n. l.* excitra tu *A,* execrata *P, cf. Pseud. 217 Pers. 3* *repetita tripodia dact. metrum Diphileum fit, v. Curc. 96 sq.; Seyffertus Berl. phil. w. 1891, 112* 645 – ◡ ◡ – – ◡ ◡ – – – ◡ ◡ – – (med), *cf. 635* 646 *sq. disp. P:* Ere — seuis | Numero — refer (*sed* Sed *et* In) 646 mea me (*minus probabiliter* mea tu, *cf. Schoellius praef. Most. p. 15*) *A:* mea *P, Festus 170* saeu[is] *A,* seuis *P:* saepius *Festus* 647 loquere inpauca refer *P* 648 que *cf. Bacch. 192* 649. 650 *sic AP, cf. item* ◡ – – ◡ – – ◡ – ◡ – – *v. 658. 662. 665. 673 —675. 685. 694—696. 702; cf. mus. Rhen. 40, 187 sq.; Bergkius op. 1, 415 sq.* 651—682 *disp. P:* Tua — atticam | Condecet — prae|Pedit — istuc | Ex — tuo | Vilico — est | Imitatur — inter Minatur — est | Interemere — gla-

quod haúd Atticám condecét disciplínam.
Lys. Quid ést id? Par. Timór praepedít dicta línguae.
Lys. Possúm scire ego ístuc ex té quid negótist? Par. Dicam.
tua áncilla, quám tu tuó vilicó vis
dare úxorem, ea íntus — Lys. Quid íntus? quid ést?
Par. Imitátur malárum malám disciplínam,
viró quae suo ínterminetur: vitam —
Lys. Quid érgo? Par. Ah — L. Quid ést? P. Interémere ait vélle vitam,
gladium — Lys. Hém. Par. Gladium — Lys. Quid eúm gladium?
Par. Habet. Lys. Eí misero mihi, cúr eum habet?
Par. Inséctatur ómnis domí per aedis,
nec quémquam prope ád se sínit adire:
ita ómnes sub árcis, sub léctis laténtes
metú mussitánt. Lys. Occidi átque intérii.
quid ílli obiéctumst malí tam repénte?
Par. Insánit. Lys. Sceléstissimum me esse crédo.
Par. Immó si sciás dicta quaé dixit hódie —
Lys. Istúc expetó scire. quíd dixit? Par. Aúdi.
per ómnis deós et deás deierávit,
occísurum eum hác nocte quícum cubáret.
Lys. Men óccidet? Par. Án quippiam ád te attinét? Lys. Vah.
Par. Quid cúm ea negóti tibíst? L. Peccavi:
illúc diceré, vilicúm, volébam.

---

dium | Quid — habet | Insectatur — adire | Ita — mussitant | Occidi — repente Insanit — scias | Dicta — dixit (*sed* Quid) | Audi — hac | Nocte — quippiam | Ad — est | Peccaui — via | In — minatur | Tibi — rem | Quia — uiri | Vitam — di(cerem) | Ab — miser, *i. e. versibus fere aequis metro neglecto* 651 coepit *cf. 701; Merc. 533* 652 aṭticạ *et fort.* d]isciplin[a *A* 654 possum *A:* quid est possum *P* [n]ẹgo ẹst *A* dicam (*AP*) *nusquam nisi hic aptum; trimeter cum clausula ut 659; secundum P* dicám, tua ancílla quam tuó uilicó uis 655 tuam ancillam *Bergkius op. 1, 414* (*Bachius de attr. inv. 33*) tu *om. P* 656 *versum quae acatalectum faciat probabilis coniectura non inventa est* 658 quae suo interminẹtur (*vel* — atur) *A:* suo qúae inter minatur *P* uitam (*AP*) *si hic deletur, ubi adhuc auditur* viro suo, *sane v. 659 adiciendum est* ei 659 inter ẹmere *AP* 660 Sen. hem *P:* hem *A* 661 cur *A* 662 omnes domi *i. e. πάντας τοὺς κατ᾽ οἶκον* 663 quaemquam *A* *cf. Bergkius op. 1, 415; metrum quale sit docent v. 691 et 703* 664 omnis *P* 666 illi *AP, sed a clausula incipientes versus non sunt in hoc cantico;* illic *Spengelius* m]al[i t]am *A:* maltiam *E,* malitiam (— ciam *B*) *BV* 670 dẹlẹrauit *A,* deiurauit *P* 671 occisurum *P:* se | occisuram *A, cf. ad 693* 672 men *A:* me *P* 673 quid cum ea *proprio versu A* 674 illud *A* dicere *cf. ad Pseud. 140 et dactylica alia*

Par. Sciéns de via ín semitám degrédere.
. Lys. Numquíd mihi minátur? Par. Tibi ínfesta solist
plús quam cuiquam. L. Quam ob rem? P. Quia se dés uxorem Olýmpioni,
neque se tuam nec se suam neque viri vitam sinere in
crástinum protólli: id huc míssa sum tibi ut dícerem,
áb ea uti caveás tibi. Lys. Perii hércle egó miser. Par. Dígnus ⟨es⟩.
Lys. Neque ést neque fuít me senéx quisquam amátor
adaéque misér. Par. Ludo ego húnc facete;
nam quaé facta díxi omnia huíc falsa díxi:
era átque haec dolum éx proxumo húnc protulérunt,
ego húnc missa súm ludere. Lys. Heús Pardalísca.
Par. Quid ést? Lys. Est — P. Quid? L. Ést quod volo éxquirere éx te.
Par. Moram óffers mihi. Lys. Át tu mihi óffers maerórem.
sed étiamne habét nunc Cásina gladium?
Par. Habét, sed duós. Lys. Quid, duós? Par. Alteró te
occísurum aít, alteró vilicum hódie.
Lys. Occísissimús sum omnióm qui vivont.
lorícam induám mi optumum ésse opinor.
quid úxor mea? nón adiit átque ademit?
Par. Nemo aúdet prope áccedere. Lys. Éxoret. Par. Órat:
negát ponere álio modo úllo proféсto,
nisí se sciát vilicó non datum íri.
Lys. Atque íngratiís, quia non vólt, nubet hódie.

---

675 deg[re]dẹre *AP*, degredire *Bentleius* 676 num *P:* nam *A* 678—681 *disp. A:* neque — in | crastinum — dicerem | ab — dig-; *atque in P quoque (v. ad 651 sq.)* crastinum — dicerem *unum versum fuisse ostendunt mutilata ibi vocabula* sinere in *et* dicerem . *octonarius baccheos sequitur ut v. 706; deinde trochaeos agnovit Schoellius* 677 olimpioni *P* 678 se *om. A, quo aegre caremus* sinere in *A:* sin *P* néque se tuam nec suám neque | uíri uitam sinere ín [diem] *Schoellius; dispesta vocabula* in | crastinum *systema indicant, velut* uitam ⟨asseuerat⟩ 679. 680 dice[re]ṃ *A:* di *P* (dicam *B*[2]) 681 ut *AP* dignus es: dịg — *A, om. P*, dignu's tu *Schoellius* (*qui in A vidit* dig — u, *cf. praef. Most. p. 16*) 686—707 *disp. P:* Nam — dolum (*sed* Era) | Ex — ludere | Heus — est | Quod — tu | Mihi — gladium (*sed* Sed) | Habet — occisurum | Ait — uiuunt | Loricam — uxor (*sed* Quid) | Mea — accedere | Exoret — profecto | Ni — uult | Nubet — coepi | Vt — uilico | Sepicule — obsecro | Dic — et | Redire — orato | Et — audin 688 huṇ[c *A:* huc *P* 689 *notae pers. commutatae in P* ẹx̣ te *A:* ate *P* 691 sed *adhaeret priori versui A* nunc *AP: om. Gellius 1, 7, 11* *cf. ad 663* 692 quid duos *AP:* quibus *Gellius* 693 occisurum *P, quod testatur Gellius:* occisuram *A; cf. 671* hodie *om. Gellius* 694 o[mnium] qụị ụịụụnṭ *AP* 696 ⟨an⟩ non *Weisius* adit *A* adimit *P* 699 nisị *A:* ni *P* 700 atqui *A* ingra[ti]is *A:* ingratis *P*

nam quór non ego íd perpetrém quod coépi,
ut núbat mihi? íllud quidém volebam,
nostró vilico. PAR. Saepícule peccas.
LYS. Timór praepedít verba. vérum, obsecró te,
dic méd uxorem órare ut éxoret íllam,
gládium ut ponat ét redire me íntro ut liceat. PAR. Núntiabo.
L. Ét tu orato. P. Et ego órabo. L. At blande órato, ut solés. sed audin?
si efféxis hoc, soleás tibi dabo, et ánulum in digitum aúreum et bona plúruma.
PAR. Operám dabo. LYS. Face ut ímpetres.
PAR. Eo núnciam, nisi quíppiam
remoráre me. LYS. Abi et cúra.
redit éccum tandem opsónatu meus ádiutor, pompám ducit. 713—719

OLYMPIO III 6

Vide, fúr, ut sentis súb signis ducás.

CITRIO

Qui vero hi súnt sentis?
OL. Quia quód tetigere, ilíco rapiunt, si eás ereptum, ilíco scindunt:
ita quóquo adveniunt, úbiubi sunt, duplicí damno dominós multant.
CIT. Heia. OL. Áttat. cesso mágnufice patriciéque amicirier átque ita
ero meo ire ádvorsum?

---

701 nam cur *P:* numquam, *sed fort.* numquom *A* 702 uolebam *Priscianus 1, 104:* dicere uolebam *A*, uolebam non sed *P*, uolebam cum *Prisciani codicum pars* 703 [sae]p[ic]u[le] *A*, sepicule *P:* saepiuscule *Priscianus, gloss. Plaut. cf. 691* 704 ṭẹ *incertissimum A: om. P* 705 me *P, A n. l.* 706 *cf. 677* ut liceat *P:* licea[t *A* 707 a]udi *A* 708—712 *perpauca leguntur A* 708. 709 *sic disponit:* sị — ẹṭ | (anulum) — pl[ur]ịṃa, *item P* (Et bona)*; systema quinque metrorum, desinens in brevem* 709 digito, *corr. Muellerus pros. 165, cf. Epid. 640. nam de anulo senis cogitare ineptum est* 710—712 *monometris discribit A, sic P:* operam — iam | nisi — cura; *systema sex metrorum cum catalexi* 710 ḟạç[e] *AP* 711 eo *B:* ed *VE, A n. l.* 712 rememorare *P; A n. l.* 719 redit *AB²:* reddit *P* opsonatu meus *A:* opsonatum eius *P* ducit *AB²:* dicit *P* OL]YMPIO LYS[IDA]MVS CỊTRỊỌ *A* (*quod coci nomen in ipsa fabula non magis apparet quam Lysidami* (*cf. ad 744*)*; originem eius ne habeamus* citrum *magna dubitatio obstat, ne κέδρον maior; videtur Χυτρίων esse*), SERVVS SENEX COCI *P; personarum notis praeter ultimos versus spatia inexpleta habet P. versus fere ut A disponit P* 720 si]gnis *A:* signum *P; cf. Lambinus* quid *A* hi *om. P* sentes *P* 721 scidunt *A* 722 dominos *AB²: om. B¹VE; pronuntiandum* domnos, *cf. Ter. Heaut. 628* multạnṣ *A* 723 eia (*Olympionis*) *P* patricieque amicịrieṛ atque | ita *A:* patriceque amiceque | ita *P* (*deinde* enim uero meo ac ire *B, sed VE cum A*)*;* patrice *esset πατρικῶς* (*cf. 739*), *sed* patricie *ad verbum* (*cf. Pers. 307*) *et rem aptius quadrat; cf. Capt. 1002. versus in A et P bipartitus est, ut casu utrubique minor pars ab* ita *incipiat neque inde novum metrum incipiendum sit. pertinet a 720 ad catalexin systema XXI metrorum*

Lys. Bone vír, salve. Ol. Fateór. Lys. Quid fit? Ol. Tu amás:
ego ésurio et sitio. 724 — 725
Lys. Lepide éxcuratus incéssisti. Ol. Aha, hodie * *
Lys. Mane véro, quamquam fástidis. Ol. Fu fú, fetet tuos míhi sermo.
Lys. Quae rés? Ol. Haec res. etiámne adstas? enim véro πράγματά
μοι παρέχεις.
Lys. Dabo tibi μέγα κακόν,
ut ego opinor, nisi resistis. Ol. Ὦ Ζεῦ, 730
potin a me abeas, nisi me vis vomere hodie?
Lys. Máne. Ol. Quid est? quis hic ést homo?
Lys. Erus súm. Ol. Quis erus? Lys. Cuius tú servo's. Ol. Servós
ego? Lys. Atqué meus. 733 — 735
Ol. Non súm ego líber?
meménto, meménto. Lys. Mane átque asta. Ol. Omítte.
Lys. Servós sum tuós. Ol. Optumést. Lys. Opsecró te,
Olýmpisce mí, mi patér, mi patróne. Ol. Em,
sapis sáne. Lys. Tuos sum équidem. 740
Ol. Quid mi ópust servo tam néquam?
Lys. Quid núnc? quam mox recreás me?
Ol. Cená modo si sit cócta.
L. Hisce érgo abeant. O. Properé cito intró ite ét cito deproperáte. 744. 745
ego iam íntus ero, facite cenam mihi ut ebria sit.

---

725 esurio *P:* [re]surio *A* (*non tam probabile* essurio), et esurio *Joachimus de Theophr.* περὶ ζῴων *p. 67* et sicio *sequentem v. incohat P* 726 *post* hodie *nihil habet P, 15 fere litteras quarum ultimae* — lus *A; cf. e. g. Most. 885 sq.* 727 fi fi *Pareus:* ey ey (*i. e.* fy fy) *P,* [ede]pol *A; cf. Richterus in Studem. stud. 1, 530 sq.* 728 etiam ne astas *Lysidami P, tantum ante* enim *pers. spat. A, correxi* πραγματα μοι παρεχεις | dabo tibi *A:* pragmata moe parechis (perechis *VE*) dabo *P* 729 *et* 731 *cola quae spatiis distinui propriis versibus habet A* (*cf. Pers. 17*); *sic disp. P:* Meca — zeu | Potin — hodie; *cf. mus. Rhen. 40, 186 sq.; ad meros creticos trochaeos anapaestos haec referre nunc dubito* 729 tibi *om. P, sched. Turnebi* μεγα κακον *A, sch. T.:* me cacacon *E,* me cacaon *V,* meo acacon *B* (*bis scriptum*) 731 me uis *P* (me ** uis *B*)*:* meus *A* uomire *A* 732 homo est *P* 733—735 qui[s] *AB:* qui *VE* seruus es *AP* *disp. P:* Erus — es | Seruus — liber 738 tuus *AP, fort.* tuos iam te *om. P* 739 olimpisce mi mi *P,* olympice mi *A* *spat. ante* em *om. A* 740 *duo versus A, quorum alter* (sapis sane) *priori adhaeret, alter* (tuus sum equidem) *sequentem incohat P* 741 opust seruo *A:* seruo opus est *P* 742. 743 *coniungit P* 744—749 *initia mutilata P* 744. 745 hisce *om. P* habeant *P* propere cito *cf. 295 Cist. 639 alia;* Citrio *Schoellius praef. Most. p. 15* properate *A; cf. Poen. 321* 746 ego *om. P* facito *AP:* facito *Geppertus, quo modo et metrum fit et melior sermo, cf. 748* stasne cena *A* est P

sécl lepide nitidéque volo, nīl moror barbaricó bliteo.
stasne etiam? i sis, ego hic habeo. numquid est ceterum quod morae sit?
Lys. Gladiúm Casinam intus habére ait, qui me átque te intérimat.
Ol. Scio. síc sine habére;
nugás agunt: nóvi
ego illás malas mérces.
quin tu í modo mécum
domum. Lys. At pól malum métuo.
i tú modo, perspicitó prius quid íntus agátur.
Ol. Tam míhi mea víta
quam túa tibi cárast.
verum í modo. Lys. Si tú iubes, em íbitur tecum.

PARDALISCA IV 1

Nec pol ego Nemeae credo neque ego Olympiae
neque usquam ludos tam festivos fieri
quam hic intus fiunt ludi ludificabiles
seni nóstro et nostro Olympioni vilico.
omnes festinant intus totis aedibus,
senex ín culina clamat, hortatur coquos:
'quin agitis hodie? quin datis, si quid datis?
properate, cenam iam esse coctam oportuit.'
vilicus is autem cum corona, candide
vestitus, lautus exornatusque ambulat.

---

747 sed *om. P* bliteo *A:* ritu *P; cf. Diphilus ἐν Ἀπλήστῳ* (14 *K.*) *πάντα τἀγαθά — οὐδὲν μὰ Δία τοῖς ἐμοῖς βλίτοις ὅμοια πράγματα dactylicum metrum anapaestico probabilius esse dixi mus. Rhen. 40, 199* 748 stasne *A:* ne *P* ịtịạm *A* habẹo *A:* habito *P; haec sane servus dicit* more sit *VE,* mora[ẹ ṣị]ẹṭ *A, om. B; de versu incerta res propter* morae *vocis mensuram* 749 gladium *om. P* aiunt *ς* qui *sq. proprio versu A* intẹrimat *A:* inuitat *P* 750—752 *uno versu P* 753. 754 *coniungit P* 755—758 *disp. P:* I — mea | Vita — tecum 755 *duo versus* (i *sq. et* prior *sq.*) *A* prioṛ *A; sed senex intrare non vult antequam Olympio perspexerit quid intus agatur* 756 ṭam *AVE:* iam *B* 757 quam tua *P:* tua quam *A* 758 *duo versus* (verum *sq. et* iubes *sq.*) *A* verum i modo *seni tribuitur, corr. Seyffertus Berl. phil. w. 1891, 108* i *A: om. P* em *Schoellius:* im *A* (em *t. Schoellio praef. Most p. 16*), in *P* 759 Pardalisca *A*, Ancilla dv *P* olimpię *P* 762 olimpioni *P* 764 c̣ọquos *A,* cocos *P* 766 iam *om. A* oporṭụịṭ *A:* oppo *P* 767 ịs *A:* hic *P non recte vilicum ut intus versantem seni opponens; utroque v. 762 nominato de sene egit, nunc pronomen repetit vilicum, cf. 51 sq.* 768 lautus ẹxornatusqụẹ amḅulat *A:* laute exornatusque ambulabat *VE,* ambulat *B* (*versu praeter hoc vocabulum omisso B*)

illae autem armigerum in cubiculo exornant duae,
quem dent pro Casina nuptum nostro vilico.
sed nimium lepide dissimulant, quasi nil sciant
fore huius quod futurumst; digne autem coqui
nimis lépide ei rei dant operam, ne cenet senex,
aulas pervortunt, ignem restingunt aqua:
illarum oratu faciunt; illae autem senem
cupiunt extrudere incenatum ex aedibus,
ut ipsae solae ventres distendant suos.
novi ego illas ambestrices: corbitam cibi
comesse possunt. sed aperitur ostium.

LYSIDAMVS IV 2

Si sapitis, uxor, vos tamen cenabitis,
cena ubi erit cocta; égo ruri cenavero.
nam novom maritum ét novam nuptam volo
rus prosequi, novi hominum mores maleficos,
ne quis eam abripiat. facite vostro animo volup.
sed properate istum atque istam actutum emittere,
tandem ut † veniamus luci; égo cras hic ero.
cras habuero, uxor, ego tamen convivium.
PAR. Fit quod futurum dixi: incenatum senem
foras extrudunt mulieres. LYS. Quid tu hic agis?
PAR. Ego eo quo me ipsa misit. LYS. Veron? PAR. Serio.
LYS. Quid hic speculare? PAR. Nil equidem speculor. LYS. Abi:
tu hic cunctas, intus alii festinant. PAR. Eo. —
LYS. Abi hinc sis ergo, pessumarum pessuma.
iamne abiit illaec? dicere hic quidvis licet.

---

769 armigerum ilico exornant duaẹ *A*. incubiculo armigerum ornant *P* 770 nostro uiliçọ *A:* nostra *P* 771 lepide *AB²:* ledi *P* qụạsi nihil sciant *A: om. P* 773 rei *om. A* 776 incenatum *A:* incenam *B ex corr.*, *V*, incemem *B ante corr.*(?), incenem *E* 778 ạṃḅ[as e]sṭṛices *AP ad sententiam recte; corr. Lomanus, Spengelius* corbitam *et fort.* [cibi] *in sq. v. initio A*, corbitant tibi *P* 779 — ç]ọṃ[ẹ]ṣṣ[e *A*, comes esse *P* LYSIDAMVṢ P̣[AR-DA]ḶỊṢÇẠ *A*, ANCILLA SENEX DV *P* 781 *ut supra AP;* ruri ⟨post⟩ *Muellerus* 782 *ut supra AP;* maritum ⟨hinc⟩ *Pylades* 784 uolupe *P* 785 mittere *A* 786 *in A quae leguntur* (— [uen]ịạ[mus] luci ego cra[s hi]ç ẹṛọ) *spatiis concinunt cum P; post* tandem *interpungit Langenus*, ⟨rus⟩ luci *Muellerus; cum nec* tandem *mutari debeat nec* veniamus *sufficiat, aliquid intercidisse conieci, puta* tandem ut ⟨proficisci liceat — | rus ut⟩ ueniamus cras ego *Guietus* 791 hic *B: om. VE; A n. l.* 792 hic *Acidalius:* hinc *P; A n. l.* 794 quid vis *Londinensis:* quod vis *P, A n. l.*

qui amat, tamen hercle, si esurit, nullum esurit.
sed eccúm progreditur cum corona et lampade
meus socius, compar, commaritus vilicus.

OLYMPIO IV 3

Áge tibicen, dum íllam educunt húc novam nuptám foras,
suavi cantu concelebra omnem hanc plateam hymenaeo.
hymen hymenaee o hymen.
LYS. Quid agis, mea salus? OL. Esurio hercle, atque adeo hau salubriter.
LYS. At ego amó. OL. At ego hercle nihili facio. tibi amor pro cibost,
mihi ieiunitate iam dudum intestina murmurant.
LYS. Nam quid illaéc nunc tam diu intus remorantur remeligines?
quasi ob industriam, quanto ego plus propero, procedit minus.
OL. Quid si etiam suffundam hymenaeum, si qui citius prodeant?
LYS. Censeo, et ego te adiutabo in nuptiis communibus.
LYS. OL. Hymen hymenaee o hymen.
LYS. Perii hercle ego miser, dirumpi hymenaeum cantando licet:
illo morbo quo dirumpi cupio, non est copia.
OL. Edepol ne tu, sí equos esses, esses indomabilis.
LYS. Quo argumento? O. Nimis tenax es. L. Num me expertu's uspiam?
OL. Di melius faciant. sed crepuit ostium, exitur foras.
LYS. Di hercle me cupiunt servatum. iam oboluit Casinus procul.

---

795 nullum *P, A n. l.; cf. ad Bacch. 90* 797 soc̣ius *A:* socerus *P* Ọḷ[YMPIO] LY[SI]ḌAṂVS *A*, SERVVS SENEX DV (DV *om. VE*) *P* 799 hymenaẹọ *A*, himeneo *P; exitus versus correptam diphthongum ostendit* (hýmeneo), *cf. 806. 809* (e *in septenariis P*, ae *in cantu 800. 808*); *cf. ad Asin. 333. graece Ter. Ad. 905, Pacuv. 113. hiatus* (*ac fortasse etiam* concelēbra *legerunt editores antiqui*) *hoc modo removeas:* concelebra⟨to tu mi⟩ omnem 800 ṃịω† (*vel* miωi) hymen hymenaeo hyṃen *A*, meio hymen hymen ae (et *V*, ac *ex* īd *ut vid. E*) eo hymen *P* μιω *vel* meio *quid significet obscurum, nisi tibicinem notat; ad priorem versum trahere* (hymenaee io *Spengelius, possis* hymeneo meo) *non licet; cf.* ω *Trin. 1189* (*Schoellius Cas. p. 162*) 801 hau salubriter *A:* haud sicio (-tio *VE*) *P* 802 nihil *P* pro cibọṣṭ *A:* pericli *P* 803 inanitate *P*, ịamnụnịṭạṭẹ *A, corr. Schoellius* (*Merc. 574*) *cf. ad 129* ịaṇḍụdum *A* 804 illaec *AP:* illae *Festus 277* remorantur remeligines (*sed* remiligines *A*) *A, Festus:* remoratur *P; cf. Mil. 1030, Fabia rev. de phil. 1894, 139 sq.* 805 proc̣ẹḍit *A:* tanto *P* 806 etiam sị offendam *A*, etiam offendam *P, correxi* hymeneum *P* si quị [ci]ṭịus prodeant *A: om. P* 807 adiuuabo *A, cf. Truc. 559* 808 hymen hymenaeo hymen *A*, hymen hymen ae eo hymen *P* 809 pẹri *A* ḍịrṛụmpị hymenaeo cantando *A*, dirumpi cantando hymeneum *P* 810 dirrumpi *A* copiaẹ *A* 812 quod *A* 813 exit *A, V* 814 casinus *AP, cf. 859* (*Schoellius*); casina *Londinensis, quod nomen versui aptare facile est, probabili coniectura difficile.* iam — procul *non est tibicinis, cum quo ioci fieri*

PARDALISCA IV 4

Sensim supera tolle limen pedes, mea nova nupta;
sospes iter incipe hoc, uti viro tuo
sémper sis superstes,
tuaque út potior polléntia sit vincásque virum victríxque sies,
tua vóx superet tuomque imperium: vir te vestiat, tu virum despolies.
noctúque et diu ut viro súbdola sis,
ópsecro, memento.
OL. Malo máxumo suo hercle ílico, ubi tántillum peccássit.
LYS. Tace. OL. Nón taceo. L. Quae rés? O. Mala malaé male monstrat.
LYS. Faciés tu hanc rém mi ex paráta imparátam.
id quaérunt volúnt, haec ut ínfecta fáciant.
PAR. Age Olýmpio, quando vís, uxorem
áccipe hanc ab nobis.
OL. Date érgo, datúrae si umquam éstis hodie.
LYS. Abíte intro. PAR. Amábo, integrae átque imperítae huic
impército. OL. Futurum est.
PAR. Valéte. OL. Ite iám. LYS. Ite. PAR. Iám valete.
LYS. Iamne ábscessit úxor? OL. Domíst, ne time. LYS. Eúax,

---

possunt, ipse iocari non potest. si Casinus *verum est, Pardaliscae aut ipsius Chalini verba sunt exeuntis* 815 PARDALISCA CHALINVS *A*, ANCILLAE · II · SERVVS SENEX *P, cf. 835* supera tolle *A:* super attolle *P; facilius quam* super *a nomine segregari videtur* supera *novicia praepositio, cf. Curc. 477* (*ubi versus item* supera *indicat*) *et Pers. 819;* infra *demum Ter. Eun. 489* mea *om. P metrum eius generis, ut potius* tolle limen (– ⏑ – –) *posuerit quam* limen tolle (– – – ⏑), *fort. ionici* – ⏑́ ⏑ ⏑ – – ⏑ – – ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ 816. 817 *uno versu P* incipere *P* ut *P* superstes: *non semel, sed semper; ludit igitur quasi significet superiore loco stantem. cf. Festus 305* (*Artem. frg.* 1) *metrum item incertum; fort. dimeter cret. cum trip. troch. catal. et ithyph., ut 888; incertae prosodiae* sospes 818 tuaque *A:* atque *P* 819 tua uox *om. P* uir te AB^2*:* uirtute *P; non probabile evadit systema 818–821;* uir *delevit Muellerus* 820 noctuque *A, Nonius 98: om. P* sis *A, Nonius:* sies *P de metro cf. 829 sq.* (*mus. Rhen. 40, 175*) 822—825 malo *om. P* tantulum *P* 826 tace *om. P* taceo *sup.* eo *scr.* t *B,* tacet E^1 mala male male *P:* male malae *A; sane Casinam malam dicit* monstrant *A* 827 facies tu *om. P* mihi rem *Bothius* 828 uolunt *P:* id uolunt *A* 829. 830 *uno versu P* 830 a *P, cf. 861* 831–836 *disp. P:* Date — intro | Amabo — impercito | Futurum — uxor | Domi — liber 831 *senis et* abite intro *vilici: corr. Pistoris* hodie *Bothius:* hodie uxorem *P,* hodie uxorem mihi *A* 833 impercito AB^2*:* impera cito B^1 *ut vid., V,* impera atque *E Cleostratae haec Seyffertus dedit probabiliter* 834 *sic A* (*spatia ante utrumque* ite *et alterum* iam): ualete ite iam ualete *sine pers. P fort.* ⏑ ⏑́ – ⏑ ⏑́ ⏑ – ⏑ ⏑́ ⏑, *cf. ad 663; 840* 835 *etiam ante* ne time *pers. spat. A*

nunc pól demum ego sum líber.
meúm corculúm, melculúm, verculum. Ol. Heús tu,
malo, sí sapies, cavébis;
meást haec. Lys. Sció, sed meus fructus est prior.
Ol. Tene hánc lampadem. Lys. Ímmo ego hánc tenebo.
Venus múltipotens, bona múlta mihi
dedísti, hůius cúm copiám mihi dedísti. Ol. O
corpúsculum malaculum,
mea uxórcula. quae res?
Lys. Quid est? Ol. Ínstitit plantam
quasi lúca bos. Lys. Tacé sis,
nebula haúd est mollis aeque atque huius pectus est.
Ol. Edepol papillam bellulam — ei misero mihi.
Lys. Quid est? Ol. Péctus mi icit non cubito, verum ariete.
Lys. Quid tu ergo hanc, quaeso, tractas tam dura manu?
at mihi, qui belle hanc tracto, non bellum facit.
Ol. Vah. Lys. Quid negotist? Ol. Opsecro, ut valentulast,
paene exposivit cubito. Lys. Cubitum ergo ire volt.
Ol. Quin imus ergo? Lys. I, belle belliatula. —

MYRRHINA V 1

Accéptae bene ét commode éximus íntus
ludós visere húc in viam nuptiális.

---

837 *sq. disp. P:* Meum — sapis | Cavebis — prior melculum *A, Priscianus 1, 102:* melliculum *B, Paulus 61* (*s.* corculum), mellicumlum *E,* mелliclum *V* 838 sapies *A:* sapis *P; cf. Baierus de Pl. fab. rec. 92* 839 prior est *Bothius* 840 lampadem *AP, Priscianus 1, 330 hunc accusativum testatus, ubi* lampadam *nonnulli codices* hanc *A, Priscianus:* iam *P* 841 multa bona *A,* bonam uitam *P, corr. Studemundus; cf. Pers. 734* 842 *post. pers. spat.* o *A: om. P* 843. 844 *uno versu P* 843 malacum *A,* melliculum *P, corr. Geppertus* 844 vil. *praem. P* quae res *om. P* 845. 846 *uno versu P* 845 insistit *A* plantam *AP:* planta *Fleckeisenus ann. 103, 706.* 846 luca bos *A:* iocabo *P* tace sis *om. P* tacé sis *cf. Pers. 413 Epid. 398* 847 aeque *om. P* est pectus *A,* est *P, corr. Geppertus* 848 *ante* ei *pers. spat. A* 849 icit *A:* agit *P* verum ariete *om. P* 850 dura manu *A: om. P* 851 bellum facit *A* (bellum *paulo probabilius quam* vallum, *cf. apogr. p. 491*)*: om. P; cf. Cato ap. Gell. 6, 3, 35* quod bellum populo R. facere voluissent, *Seneca ep. 114, 17, Woelfflini arch. 9, 167* 852 vah *A:* vaha *priori v. adhaerens P* quid *P:* quid id *A* 854 quin imus *A:* qui nimis *P* i belle belliatula *A:* bella bellatula *P* 855 Cleostrata myrrina pardalisca *A,* Mvlier ancillae · II · C. (C *om. B*) *P* Mvl. *B*², Ancil. *Londinensis, fort. recte, nam* acceptae *et Myrrhina et Pardalisca* (*cf. Pseud. 1254*) *dicere potest, non Cleostrata, cui A tribuere videtur. deinde usque ad 872 pers. notae nullae sunt nisi quas inde a v. 868 addidit B*² 856 uiam *A:* uia *P*

numquam écastor úllo dié risi adaéque,
neque hóc quod relícuom est plus rísuram opínor.

PARDALISCA

Lúbet Chalinum quíd agat scire, nóvom nuptum cum nóvo marito.
Myrr. Nec fállaciam ástutiórem ullus fécit
poéta, atque ut haéc est fabré facta ab nóbis.

CLEOSTRATA

Optúnso ore núnc pervelím progredíri
seném, quo senéx nequiór nullus vívit.
ne illum quidem
néquiorem árbitror ésse, qui locum
praébet illí * ⟨té⟩ nunc praesidem
volo hic, Pardalísca, esse, qui hínc exeat
eum ut lúdibrio hábeas.
Par. Libens fecero et solens.
Myrr. * spectato: hinc omnia, intus quid agant *
Pard. * pone me, amabo. Myrr. Et ibi audacius licet
quaé velis líbere próloqui. Pard. Tace,
vostrá foris crépuit.

---

857 *fort. Myrrhina loquitur* 858 ṛẹḷịquọṃ *A*, reliquum *P* 859 *versum, qui sententiarum structuram interrumpit, Pardaliscae dedit Schoellius; potest Cleostratae esse. post 856 posuit Bothius. cf. Langenus symb. 22* libet — nuptum *adfert Priscianus 1, 370 et 377* (*pro* Chalinum *altero loco* etiamnum, *altero* charinum) 860–873 *disp. P:* Nec — est | fabre — progrediri | Senem — quidem | Nequiorem — praesidem | hic — ut | ludibrio — solens | spectato — agant | pone — licet | Quae — crepuit 861 ab *BV:* a *E*, *A n. l.* 862–871 *paucissima servata in A* 862 *sq. Cleostratae dedit Schoellius* 863–871 *in A 10 versus sunt, quorum primus habet* [se]nem quo [se]ṇẹx [nequior] ṇ —, *tertius* ṇ —, *quintus* (*867*) voḷo hiẹ p̣ —, *septimus* f̣ —, *octavus* ilẹ . . ạẹẹṭ *ut possit* e *vel* p *pro* i, u *vel* i *pro* e, m *pro* ac, o *vel* g *pro* c, i *pro* t *fuisse. atque 863–867 possunt in A eadem verba fuisse quae sunt in P, deinde certo alia accedunt* 864 ne: nisi *Brixius, scil.* nisi — esse *bacchei* (arbitro), *ut vulgo; metra abhinc omnia incerta; 865 cf. 872* 865 arbitrare 866 *spatium ante* nunc *B.* te *Valla inseruit; ad* locum *epitheton expectes* liberum (*Schoellius*) 867 volo *A: om. P* (*spat.*) 868 ludibrio B^2*:* dibrio B^1VE 869 Ancl. B^2*: om.* 870 *cf. A* (*v. s.*)*; qualia amissa sint docere possunt loci quales Asin. 880 sq. Bacch. 831 sq. post. spat.* spectato B^2*:* ectato B^1, etato VE^2, erato E^1 intus quid *B:* intus quid intus *VE;* quid *i. e.* quidquid, *sic singularis fortasse explicatur; cf. 202.* agant *coniunctivum verba olim sequentia fulciebant. metrum fort. anapaesticum* 871 *post spat.* pone B^2*:* one B^1VE; sta *supplevit Geppertus* Mvl. B^2*: spat.* B^1V 872. 873 *ut supra A, uno versu P* uis *P*

OLYMPIO V 2

Neque quó fugiam neque ubí lateam neque hoc dédecus quo modo célem
scio, tántum erus atque ego flágitio superávimus nuptiis nóstris,
ita núnc pudeo atque ita núnc paveo atque ita inrídiculo sumus ámbo.
sed ego ínsipiens nova núnc facio: pudet quém prius non puditum úmquamst.
operám date, dum mea fácta itero: est operaé pretium auribus áccipere,
ita rídicula auditu, íteratu ea súnt quae ego intus túrbavi.
ubi intro hánc novam nuptam déduxi, rectá via in conclave ábduxi.
sed ténebrae ibi erant tamquam ín puteo; dum sénex abest ‘decumbe’ ínquam.
cónloco fúlcio móllio blándior,
út prior quám senex núp⟨tias pérpetrem⟩.
tárdus esse ílico coépi, quoniam *
respecto identidem, ne senex *
inlecebram stupri principio eam savium posco,
réppulit míhi manum, néque enim dare sibi sávium me sivit.
enim iám magis adproperó, magis iam libet ín Casinam inruere *
cupio íllam operam seni súrripere, forem óbdo, ne senex me ópprimeret.
Myrr. Ágedum, tu adi hunc. Cleos. Ópsecro, ubi túa nova núptast?
Ol. Perii hércle ego, manifésta res. Cleos. Omnem órdine rem
fatéri ergo aequom est. quíd intus agitur? quíd agit Casina?

875 Olympio *A*, Servvs eidem *P* 876 erus *A:* frus *P* 877 ita inridiculum *P*, inridiculo *A* 878 quem *A:* que *P* puditumst umquam *A* 879 opera *P* operae pretium auribus accipere *A:* opere auribus accipere *VE*, opere auribus percipere *B; cf. Trin. 828* 880 turbaui *A:* tu *P* 881 recta uia in conclaue *A:* uia recta *et post spat.* clauem *P* abduxi *sq. versum incohat P* 882 sed *Vssingius:* sed tamen *AP*, sed tum *schedae Turnebi* in puteo dum (*vel* tum, *non* cum) *A: om. P* senex ạdẹst decumbe inquam *A:* nex (nec B^2, nox *ascr.* B^2, senex *sch. T.*) abste decumbe in (decumbem *EV*, *sch. T.*) *P* 883 ḅlandior *A: om. P* 884—956 *deficit A, locum lacerum habet P, per spatia plerumque lacunis indicatis; ubi quod sententia fere non obscura est, metrum saepe incertum, supplementa proponere nihil attinet* 884 *supplevit Schoellius* 886 identidem ne senex *om. B* 887 incelebram *VE*, incelebrem B^1 *fort.* –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – –́ ⏑ ⏑ – – 888 *cf. Seyffertus Berl. phil. w. 1891, 78* repulit *B* 889. 890 iam magis *Bothius:* iam magis iam; *cf. ad Mil. 323* 891 forem obdo: *cf. Ov. ex Pont. 2, 2, 40 fast. 1, 281* (*Seyffertus l. s. 115*); *fort.* formido *sive* (*quae non mea coniectura est*) operam do *sequentes versus integri esse videntur, tamen de* opprimeret *dubitari potest* 892 *usque ad finem scaenae pers. notae nullae, addidit Camerarius* (*Cleostratae partes Pardaliscae dedit Schoellius, non recte mea sententia*) 892 *de metro v. 934. 936. 956, Most. 893; sequi videntur duo Reiziani* (*alter colis non segregatis*), *deinde dimetri iambici* 895 res *Geppertus:* res est omnem in ordinem, *corr.* ς 896 aegum B^1*VE*, aegrum B^2, *corr. Camerarius* casina *seq. versum incohat*

satin mórigera est? OL. Pudet dícere.
CLEOS. Memora órdine, ut occéperas.
OL. Pudet hércle. CLEOS. Age audacter *
⟨post⟩quám decubuisti, índe volo memoráre quid est factum *
OL. * flagitium est. CLEOS. Cavebunt qui audierint. faciant *
OL. * hoc magnus est. CLEOS. Perdis. quin tu pergis? OL. Vbi
* us suptus porro *
CLEOS. Quid? OL. Babae. CLEOS. Quid? OL. Papae.
CLEOS. * est? OL. Oh, erat maximum.
* ⟨ferrum ne⟩ haberet metui: id quaerere occepi *
dum gladium quaero, * ne habeat, arripio capulum.
séd cum cogitó, non habuit gládium, nam esset frígidus.
CL. Éloquere. OL. At pudét. CL. Num radix fúit, OL. Non fuit. CL. Num cucumis?
OL. Profecto hercle * non fuit quicquam holerum,
nisí, quidquid erat, cálamitas profécto attigerat númquam.
íta, quidquid erat, grande erat.
MYRR. Quíd fit denique? edisserta. OL. Vbi appello Casinam, + inquit
'amábo, mea uxórcula, cur vírum tuom sic me spérnis?
nimis tú quidem hercle immérito
meó mi haec facís, quia mihí te expetívi.'
ílla haud verbum fácit et saepit véste id qui estis ⟨múlieres⟩.
úbi illum saltum vídeo opsaeptum, rógo ut alteró sinat ire.
volo, ut obvertam, cubitis im *
ullum muttit e *

---

897 dicere me *versum claudit* (*B*), *deinde post spatium* (*BEV*) mora, *cum nihil desideretur* 898—900 *uno versu possis* age ⟨loquere⟩ 901 postquam decubuisti *Lambinus:* quam (uam *BV*) debuisti 902 O. ⟨at⟩ *Camerarius fort.* face iam ⟨pergas⟩; *cf. Studemundus act. conv. philol. 1882 p. 55* 903 magnus *fort. pudor* 904. 905 suptus *Catoni quidem notum alias non habet; sed apte* suptus porrigit 906 *cretici,* 907 *colon troch. post creticos* 907 *etiam* erat *inter spatia E* 908 ⟨gladium ne⟩ *ς* (ferrum *Schoellius*); *trochaei: e. g.* iam ferrum *et* occepi ilico *sequitur versus vacuus in B, spatium in V; ac probabile est versum intercidisse, ut deinde ad gladium apte rediri possit* 909 ne habeat *cum* quaeri *coniungi non potest* arripio *inter spatia VE fort. sic:* quaero, ⟨habeat nec⟩ne hábeat, arripio caplum (caplum *Scaliger*) 910 esse 911 eloquere *priori v. adhaeret* 912 *post* hercle *spatium; sententiae nihil deest, metrum fort. ut sq. v.:* hercle ⟨istuc nescio, sed⟩ 915 apello inquid *VE Casina haud verbum facit;* ibi appello, 'Casina' inquam ⟨'mea'⟩ *praeter* mea *Bothius* mea *ς:* me; *fort.* mea te 921 illam ⟨mulieres⟩ *Lomanus* 922 *fort.* rogo ⟨iam⟩ sinat ire *Londinensis:* sin adire *BVE,* sinat adire *ς*

surgo, ut in eam in *
atque illam in *
MYRR. Perlepide narrat *
OL. Savium *
itá quasi saetis lábra mihi compúngit barba,
contínuo in genua ut ástiti, pectús mihi pedibus pércutit.
decído de lecto praécipes: subsílit, optundit ós mihi.
indé foras tacitus prófugiens exeo hóc ornatu quó vides,
ut sénex hoc eodem póculo, quo egó bibi, biberet. CLEOS. Óptume est.
séd ubi est palliolúm tuom? OL. Hic íntus relíqui.
CLEOS. Quid núnc? satin lepide adita est vobís manus? OL. Mérito.
séd concrepuerúnt fores. num illa mé nunc séquitur?

LYSIDAMVS V, 3

Máxumo ego ardeo flágitio néc quid agam meis rébus scio,
néc meam ut uxorem áspiciam cóntra oculis, ita dísperii;
⟨óm⟩nia palam súnt probra,
ómnibus modis óccidi miser.
* ita mánufesto faucíbus teneor
* ⟨nec⟩ quibus modis purgem scio me meae uxori.
* ⟨at⟩que expálliatus súm miser,
* ⟨cla⟩ndestinae núptiae.
* censeo
* mihi optumum est.
* intro ad uxorem meam
súfferamque eí meum térgum ob iniúriam.

---

925 *scil.* ut in eam in*petum novum faciam* 929 labram *sequente spatio, ut videatur septenarius fuisse* (labra mea mihi) *non ut legitur Reizianus* (*cf. 934 sq.*) 930 ut astiti *Seyffertus Berl. phil. w. 1891, 110:* astituti 931 preceps, *cf. Rud. 671. 1158 Commor. frg.* (*Seyffertus*) 932 preficiens, *corr. Redslobius* sex eo cor natu, *corr.* ς, *Palmerius* (*cf. 974*) 935 saltim *vel* salum B^1, saltin V^1 addita, *corr. Camerarius; cf. Pers. 796* OL. *Acidalius: om.* 936 *fort.* illaec me huc SENEX EIDEM *BVE* 937 *sq. dactylos agnovit Seyffertus; clausi versus nullum indicium ante* disperii 939. 940 *uno versu* 939 omnia *Camerarius:* nia 941 facibus *B; anapaesti ut v. sq.* 942 ⟨nec⟩ ς 943 atque *Geppertus:* quę ⟨scipionem perdidi atque⟩ *Schoellius probabiliter, cl. v. 975. 1009* 944 clandestinae *Londinensis:* n destine (-me *E*) 945 *scil. domum redeundum* 947. 948 *sic B:*

ea dux uxorem meam
riam
sed ec quis est qui homo minus uelit fungier prome

atque ea duxọ uxorem meam riam (*sine spatio*) sed *e. q. s. E,* ea dux uxorem meam (*cum spatio*) sed *e. q. s.* promeriam *V; accedit Nonius 397 s.* sufferre

sé́d ecquis est quí homo munús velit fúngier
pró me? quid núnc agam néscio, nisi ut ímprobos
famulos imiter ac domo fugiam.
nam salus nulla est scapulis, si domum redeo.
* nugas istic dicere licet. vapulo hercle ego invitus tamen
etsi malum merui.
hac dabo protinam ⟨me⟩ et fugiam. Chal. Heus, sta ílico, amátor.
Lys. Óccidi, revocór: quasi non aúdiam, abibo.
Chal. Vbi tu es, qui cólere mores Mássilienses póstulas? V, 4
nunc tu si vis subigitare me, probast occasio.
redi sis in cubiculum; periisti hercle. age, accede huc modo.
nunc ego tecum aequom arbitrum extra considium captavero.
Lys. Perii, fusti defloccabit iam illic homo lumbos meos.
hac iter faciundumst, nam illac lumbifragiumst obviam.
Cleos. Iubeo te salvere, amator. Lys. Ecce autem uxor obviamst:
[nunc ego intér sacrum saxumque sum nec quo fugiam scio.]
hac lupi, hac canes: lupina scaeva fusti rem gerit;
hercle opinor permutabo ego illuc nunc verbum vetus:

---

ex Casina afferens intro ad uxorem meam sufferamquae et meum tergum ob iniuriam (*corr. Mercerius*), *quae huc pertinere vidit Seyffertus; in* ea d — *latere* intro eam ad uxorem *coniecit Schoellius* 950 quid — fugiam *uno versu* 952 capulis 953 *accedit A* istuc *P* *conspirant AP* (*cf. 955*), *sed metrum incertum, sententia nulla sine negatione* (*cf. Vssingius*). *anapaesti incipere videntur a v. 951* (*a v. 949 Klotzio in Fleckeiseni annali 143, 844*): famulós imiter ac dómo fugiam nam sálus nullast scapulís si domum redeó: nugas istíc dicere ⟨miseró credo non⟩ lícet, vaplo hercle ego invítus tamen etsí malum mérui 954. 955 *uno versu P* 955 me et ς, *Geppertus:* et *AP;* me in fugam *Camerarius, quo recepto versus evadit qualis 956* sta ilico *A:* stalicio *P* *haec Olympioni Camerarius dedit, Cleostratae Vssingius; sed nulli praeter Chalinum conveniunt*; *uxor non loquitur ante v. 969. scaenae titulus rem pervertit ut v. 814* 956 occide *P* 963 *v. vac. sine titulo A;* Servvs (servi *VE*) eidem *P* qui *AP:* ⟨hic⟩ qui *Geppertus; cf. Aul. 268 Curc. 162, Men. 379* 964 siue is *P* subiçitare *AP* 965 redi sis in cubiculum *om. P* peristi *AP* modo *om. P* 966—972 *om. P* (*relicto spatio VIII versuum B, sex et dimidii V, unius E*); *VII versuum bipartitus est primus A* 966 considium, *cf. Studemundus Herm. 1, 287; res admodum dubia* 967 pẹṛii f[u]ṣ[ti] ḍefloccabit *Nonius 7* (*s.* defloccare) Pl. Cas.: perit flocco habebit iam (tibiam *Harl. 1 m.*) illic homo lumbos meos *scriptura non varia sed corrupta* 969 ecce autem *cf. Merc. 748* (*fallitur Bachius Studem. stud. 2, 391*) 970 *cf. Capt. 617; aptus hic esset versus, nisi cum sequente proverbio pugnaret* 971 *cf. Hor. sat. 2, 2, 64* 972 p[e]rmu[ta]ḅọ ẹgo *verbum vetus, scil. inter lupos et canes nullam salutem esse* *cf. Bergkius op. 2, 759, Vssingius*

hac ibo, caninam scaevam spero meliorem fore.
Myrr. Quid agis, dismarite? Cleos. Mi vir, unde hoc ornatu advenis?
quid fecisti scipione aut quod habuisti pallium?
Myrr. In adulterio, dum moechissat Casinam, credo perdidit.
Lys. Occidi. Ch. Etiamne imus cubitum? Casina sum. L. I in malam crucem.
Chal. Non amas me? Cleos. Quin responde, tuo quid factum est pallio?
Lys. Bacchae hercle, uxor — Cleos. Bacchae? Lys. Bacchae hercle,
uxor — Myrr. Nugatur sciens,
nam ecastor nunc Bacchae nullae ludunt. Lys. Oblitus fui,
sed tamén Bacchae — Cleos. Quid, Bacchae? Lys. Sin id fieri non potest —
Cleos. Times ecastor. Lys. Egone? Cl. Mentire hercle. nam palles male.
n . . . . quid me ve . . . . us . . . . . am me rogas?
male r mihi
gratulor.
qu senex
ho on u
unc casinust | — |
qui hic lem frus . . . . . ram . . dis
(Ol.) qui étiam me miserum famosum fecit flagitiis suis.
Lys. Non taces? Ol. Non herle vero taceo. nam tu maxumo
me opsecravisti opere, Casinam ut poscerem uxorem mihi
túi amoris causa. Lys. Ego istuc feci? Ol. Immo Hector Ilius

---

973 *sq. nullae pers. notae P* (*spatia in mediis v. B*) 974 M.: Cl. ≈ dismarite *vel* bismarite *A:* tu marite *P; cf. Cic. pro Planc. 30; Paulus s.* duicensus, duis, duidens Cl.: *spat. A, om. B* ornatu hoc *P* 975 scipionem *AP, corr. Lambinus* 976 *ancillae dedit Camerarius* moech . . at *A* (-izat?) 977 occidit *P* i *om. P* (*nullum pers. spat. A*) 978 responde *P* (*idem de A testatur Schoellius praef. Most. p. 16*), respondes *sive* responde *sequente pers. spatio A; alterius generis exempla v. ap. Beckerum in Studem. stud. 1, 137, alterius p. 175* 979 *sq. ubique* bacchae *A,* bache *P* 979 hercle *A:* ergo hercle *P* (*priore loco*) *ante secundum et tertium* bacchae *pers. spat. A, ante tertium B* 981 sin id *sine pers. sp. A:* inid *item P* 982 *pers. spatia habet B, sp. post* egone *om. A;* times ecastor *mulierem,* mentire hercle *virum loqui iurandi formulae indicant* mentire *A:* haud mentire *P; cf. Herm. 18, 575* pa[lle]s male *A:* pa *P* 983—991 *om. P, relicto IX versuum spatio B, quinque et dimidii V, unius E; VIII versuum bipartitus sextus ut vid. A* (*cf. 966 sq.*); *paucissima leguntur praeter 991* 983 quid me — *senem loqui,* [et]iam me rogas (*Schoellius*) *Cleostratam apparet; ceterum nihil* 988 *cf. 814* 989. 990 hic: r *vel* n *pro* h *esse potest* o *vel* q *pro* c 991 *adfert Nonius 305* (Pl. in Asinaria *quod corr. Studemundus*) fec[it]: facit *Nonius* 992 maxime *P* 993 opere *A:* ob (*sq. lacuna B*) *P* 994. 995 *ante* immo *pers. spat. om. A* hectore illius *P* (*cf. Acc. 610*), *corr. Palmerus Hermath.*

te quidem oppresset. Lys. Feci égo istaec dicta quae vos dicitis?
Cleos. Rogitas etiam? Lys. Si quidem hercle feci, feci nequiter.
Cleos. Redi modo huc intro: monebo, si qui meministi minus.
Lys. Hercle, opinor, potius vobis credam quod vos dicitis.
sed, uxor, da viro ⟨tuo⟩ hanc veniam. Myrrhina, ora Cleostratam;
si umquam posthac aut amasso Casinam aut occepso modo,
ne ut eam amasso, sí ego umquam adeo posthac tale admisero
nulla causast, quin pendentem me, uxor, virgis verberes.
Myrr. Censeo ecastor veniam hanc dandam. Cleos. Faciam ut iubes.
propter eam rem hanc tibi nunc veniam minus gravate prospero,
hanc ex longa longiorem ne faciamus fabulam.
Lys. Non irata es? Cleos. Non sum irata. Lys. Tuaen fidei credo? Cl. Meae.
Lys. Lepidiorem uxorem nemo quisquam quam ego habeo hanc habet.
Cleos. Age tu, redde huic scipionem et pallium. Chal. Tene, si lubet.
mihi quidem edepol insignite factast magna iniuria:
duobus nupsi, neuter fecit quod novae nuptae solet.

Spectatores, quod futurumst intus, id memorabimus.
haec Casina huius reperietur filia esse ex proxumo
eaque nubet Euthynico nostro erili filio.
nunc vos aequomst manibus meritis meritam mercedem dare:
qui faxit, clam uxorem ducet semper scortum quod volet;

12, 83: ecastor ilius (*pro priore* i *fort.* e *vel* t *vel* p) *A; cf. schol. Aen. 1, 268* (Ilia pro Iliensis) ut Plautus Hector Ilius (*sic Cass. ut vid.*, hectoribus *Paris.*) *fort.* ⟨haud⟩ Hector: *non ipse Hector te quidem oppressisset, scil. ita properasti* (*472. 812*)*; cf. Men. 201. sed sententiam non satis aperte enuntiatam esse video et opprimendi verbum aliter positum quam Plautus soleat. cf. Asin. 281* (*Palmerus cum aliis* oppressit, *quod aptum sensum praebere nego*) 996 oppresset *A:* oppressisset *P* *pers. sp. ante* feci *om. P* ista haec *P* dicta quae vos dicitis *non tango: quae dicunt, si non fecit, dicta sunt, non facta* 998 qui *A:* quidem *P, fort. recte;* si quid *Bothius* 999 ercle *A* 1000 da *om. A* uero *A* ⟨tuo⟩ *Muellerus alio loco* myrrina *P* 1001 aut *B:* aui *A*, ut *VE* 1002 ne ut *cf. Buechelerus ind. Bonn. 1878/79 p. 24. ad formulam iuris pertinere videtur* eam amasso *B:* ea amasso *VE*, eamasso *A* si adeo *ut saepius* sive adeo (*Langenus symb. 144*) 1004 *sic AP;* dandam, ⟨ignoscas⟩ *Schoellius* 1005 nunc *A:* nunc rem *P* 1006 ne *A:* ni *P* 1007 irata es: iratas *A* tuaen *A:* tuae *P* 1008 uxorem nemo quisquam *P:* nemo uxorem *A* 1009 si *Bothius:* se *A, om. P* 1010 insigne te *P* 1012 *sq. gregi dedit Camararius* memorabimus *A:* memorauimus *EV, om.* (*inde a* futur) *B* 1014 eythynico *A*, te ut hynico *P* 1015 meritam meritis *Schoellius; cf. 354, ubi sane de constructione nulla dubitatio est* 1016 flaxit *P* ducat *P* uole *P*

verum qui non manibus clare, quantum poterit, plauserit,
ei pro scorto supponetur hircus unctus nautea.

1017 qui *A:* que *VE,* quac *B* poterit *AE:* proterit *P* plus erit *P, cf. Marxius ad Herenn. p. 165* 1018 ei *AP:* huic *Donatus ad Eun. 5, 3, 3* ircus *A* nautea *A, Donatus, Festus 166 (s.* nautea, *ubi servatum* — o scorto sup —): nausea *P* T · Macci plavti casina explicit inc · cistellaria feliciter *A,* Plavti casina explicit incipit cistellaria *P*

Cledonius 5, 58 K. taedeo in Casina Plauti legimus, *cf. Schoellius testim. ad v. 141, qui ad versus destructos 983 sq. rettulit*

CISTELLARIA

ARGVMENTVM

Comprimit adulescens Lemnius Sicyoniam,
Is redit in patriam, et gnatam generat nuptiis.
Sicyonia aeque parit puellam. hanc servolus
Tollit átque exponit, ét ex insidiis aucupat.
Eam sublatam meretrix alii detulit.
Lemno post rediens ducit quam compresserat
Lemnique natam spondet adulescentulo
Amore capto illius proiecticiae.
Requirens servos reperit quam proiecerat.
Itaque lege et rite civem cognitam
Alcesimarchus, ut erat nactus, possidet.

INCIPIT CISTELLARIA 1 lemnus liconiam (-a *EV*) 2 nuptus aaeque B^1 *ut vid.* *V* pariit *BE* 4 'tolit voluit auctor' *Schoellius* 3 sycioni B^1, sycion *VE* 6 redens B^1VE quam com compresserat 7 despondit, *corr. Bothius* 8 pro lecticiae B^1, pro leticie *E*, proletitie *V* 9 repperit *BV*, reperit *E* 10 itaquc: *produxit alteram, ut acutam* 11 alcessi marchus (-cus *E*)

PERSONAE

SELENIVM meretrix
GYMNASIVM meretrix
LENA
AVXILIVM deus
ALCESIMARCHVS adulescens
SERVVS
SENEX
LAMPADIO servus
MELAENIS lena
PHANOSTRATA matrona
HALISCA ancilla
DEMIPHO senex

SCAENA SICYONE

GYMNASIVM *Prisciano* (*v. ad v. 1*) Antiphila *est.* LENA *cf. ad 408.*

SELENIVM I 1

Cum ego ántehac te amávi et mi amícam esse crévi,
mea Gýmnasium, et mátrem tuám, tum id mihi hódie
apéruistis, tu átque haec: sorór si mea ésses,
qui mágis potuerítis mihi honórem ire habitum,
néscio, nisi, ut meus est animus, fieri non posse arbitror;
íta omnibus relictis rebus mihi frequentem operam dedistis.
éo ego vos amo ét eo á me magnam iniistis gratiam.

GYMNASIVM

Pol isto quidem nos pretio facile est frequentare
tibi utilisque habere:
ita in prándio nos lepide ác nitide
accépisti apúd te, ut sempér meminerímus.
Sel. Lubénti edepol ánimo factum ét fiet á me,
quae vós arbitrábor velle, éa ut expetéssam.

MERETRICES · II · S (s *om. VE*) GYMNASIVM ET SELENIVM · LENA *BVE* 1 SELE *B,* SILEN · *VE, de quibus nominis scripturis cf. Studemundus Hermae 19, 456* 1 cum: quia *Varro de l. l. 7, 98* cum ego te amavi, mea Antiphila, et mihi amicam esse crevi *ex Cistellaria adfert Priscianus 1, 529* 2 gimnasium *B,* gimnassium *E* 3 aperuisti 4 potueris *B* 6 mi *Varro de l. l. 7, 99* 7 eo ego *B:* et ego *VE* inistis 8 ⟨ist⟩o *Varro:* istoc *versum item ut codices definitum habebat Varro, qui haec adfert post v. 6, ut sunt in F:* -o quidem nos pretio ptanti est frequentare, ita in prandio nos lepide ac nitide accepisti (*omisso v. 9*)*; pro* ptanti *eum legisse* facile (perfacile *O. Muellerus*) *interpretatio docet* 'apparet dicere: facile est curare ut adsimus, cum tam bene nos accipias.' *de metro non constat, fortasse duo bacchei cum paroemiaco, v. 9 iambicus* 9 tibi *ad* frequentare utilis que *B:* ut illis que *VE* haberi B^2, haberes E^1 10 ac *VE, Varro:* atque *B* 11 memineris *VE,* meminer B^1 12 lubentique *B,* iubentique *VE, corr. Bothius* 13 arbitror, *corr. Camerarius* expetes, *corr. Gronovius*

LENA

Quód ille dixit, quí secundo vénto vectus ést tranquilló mari,
véntum gaudeo — écastor ad téd, ita hodie hic acceptaé sumus
suávibus modis,
néc nisi disciplina apud te fuit quicquam ibi quin mihi placeret.
SEL. Quid ita, amabo? LENA. Raro nimium dabat quod biberem, id
merum infuscabat.
GYMN. Amábo, hicine ístud decét? LENA. Iusque fásque est:
nemo álienus híc est. SEL. Meritó vostro amó vos,
quía me colitis et mágni facitis. LENA. Decet pol, mea Selenium,
hunc ésse ordiném benevoléntis intér se
béneque amicitia útier,
ubi istás videas summó genere natás, summatis mátronas,
ut amícitiam colunt átque ut eam iunctám bene habent intér se.
si idem istúd nos faciamús, si idém imitémur, itá tamen víx vivimús
cum invídia summa. suárum opum nos vólunt esse indigéntes.
nostrá copiá nil volúnt nos potésse
suíque omniúm rerum nós indigére,
út sibi simus súpplices.
éas si ádeas, abitum quam aditum malis, ita nostro ordini
palám blandiúntur, clam, si óccasio usquam est,
aquám frigidám subdolé suffúndunt.
virís cum suís praedicánt nos solére,
suás paelicés esse aiúnt, eunt depréssum.
quia nós libertinaé sumus, et ego ét tua mater, ámbae
meretrices fuimus: illa te, ego hanc mihi educavi
ex patribus conventiciis. neque ego hanc superbiai
causa pepuli ad meretricium quaestum, nisi ut ne ésurirem.

---

14 GY. *praem. B*, LEGY *V*, legī *E* ille: ibi *Varro de l. l. 5, 72* mari *Varro, testatur Charisius 61 et 137* (*sed* mare *in codice utrubique*): mare 15 te hic *om. B* *metrum v. 14 et 15 quale Lysistr. 624. 646 καταλαβεῖν τὰ χρήμαθ᾽ ἡμῶν τόν τε μισθον ἔνθεν ἔζων ἐγώ* 16 *clausula adhaeret versui 15* 17 naec (*sed* n *ex* h *ut vid.*) *B*, haec *VE* 18.19 raro *sq. lenae,* amabo *sq. Gymnasio dedit Saracenus:* GY. — SELE. 19.20 hiccine LE. *Gruterus:* GY. B^2 *in ras., spat. VE* 21 LEGY *praem. VE* 22 magnis⁻ *cf. 516* silenium *B* 23 beniuolentis *B* 24 *adhaeret priori; cf. 32* 27 imitamur, *corr. Camerarius* uiuimus *bisyllabum* 29. 30 nihilo, *corr. Pylades* 32 *adhaeret priori* 33 si eas *Muellerus* 34 est usquam est B^1 35 *duo bacchei cum clausula; fort.* subdole ⟨eaedem⟩ 37 eunt *B:* eum *VE* 40 conuentus *B,* conticus *VE, corr. Gulielmius* ego neque, *corr.* ς superbiae 41 causa *versu diremptum a nomine sine exemplo; comparari potest Curc. 490* repuli, *corr. Spengelius*

Sel. At satius fuerat eam viro dare nuptum potius. Lena. Heia,
haec quidem ecastor cottidie viro núbit, nupsitque hodie,
nubet mox noctu: numquam ego hanc viduam cubare sivi.
nam si haec non nubat, lugubri fame familia pereat.
Gymn. Necesse est, quo tu me modo voles esse, ita esse, mater.
Lena. Ecastor haud me paenitet, si ut dicis ita futura es.
nam si quidem ita eris ut volo, numquam senecta fies
semperque istam quam nunc habes aetatulam optinebis,
multisque damno et mihi lucro siné meo saepe eris sumptu.
Gymn. Di faxint. Lena. Sine opera tua di horunc nil facere possunt.
Gymn. Equidem hercle addam operam sedulo; sed tu aufer istaec verba.
meus oculus, mea Selenium, numquam ego te tristiorem
vidi esse. quid, cedo, te obsecro tam abhorret hilaritudo?
neque munda adaeque es, ut soles (hoc sis vide, ut petivit
suspiritum alte) et pallida es. eloquere utrumque nobis,
et quid tibi est et quid velis nostram operam, ut nos sciamus.
noli, obsecro, lacrumis tuis mi exercitum imperare.

Sel. Méd excrucio, mea Gymnasium: male mihi est, male maceror;
doleo ab animo, doleo ab oculis, doleo ab aegritudine.
quid dicam, nisi stultitia mea me in maerorem rapi?
Gymn. Indidem unde oritur facito ut facias stultitiam sepelibilem.
Sel. Quid faciam? Gymn. In latebras abscondas pectore penitissimo.
tuam stultitiam sola facito ut scías sine aliis arbitris.
Sel. At mihi cordolium est. Gymn. Quid? id unde est tibi cor? commemora obsecro;
quod neque ego habeo neque quisquam alia mulier, ut perhibent viri.
Sel. Siquid est quod doleát, dolet; si aútem non est — tamen hoc hic dolet.
Gymn. Amat haec mulier. Sel. Eho an amare occipere amarum est, obsecro?
Gymn. Namque ecastor Amor et melle et felle est fecundissimus;
gustui dat dulce, amarum ad satietatem usque oggerit.

42 *nomina addit* B^2 43 cotidie 45 lucubre 48 senecta *L.:* et haec ate B^1*VE*, haecate B^2 (*Hecalen intulerunt contra ingenium fabulae Romanae*). *ad ablativum* senecta (*cf. Bacch. 1079*) *anticipari dico aetatulam; cf. Most. 217 Herond. 1, 89 ἐμοὶ δὲ Μυρτάλη τε καὶ Σίμη νέαι μένοιεν, Naev. com. 36* 51 gy. *add.* B^2 nihil di horunc (horrunc *E*) *VE* 52 hercle *cf. Gellius 11, 6;* hanc *Seyffertus, fort.* ergo equidem aufer *Vssingius:* inter 53 silenium *B* 57 uelit 58 exercitus *ut Rud. 296, sed ambigue, cf. Capt. 153* 59 mea excrucior, *correxi* 61 rapit, *corr. Gulielmius* 62 *fort.* face (*cf. 64, Pseud. 157. 166*) 63 condas pectori *Charisius 190* 65 cor *Bentleius:* cordolium 67 siquidemst *V*, siquidem *E* 70 *accedit A; pauca leguntur v. 70—76* gu[stu] *AP; ego expecto* sed gustu

SEL. Ad istam faciem est morbus, qui me, mea Gymnasium, macerat.
GYMN. Perfidiosus est Amor. SEL. Ergo in mé peculatum facit.
GYMN. Bono animo es, erit isti morbo melius. SEL. Confidam fore,
si medicus veniat qui huic morbo facere medicinam potest.
GYMN. Veniet. SEL. Spissum istuc amanti est verbum, veniet, nisi venit.
sed ego mea culpa et stultitia peius misera maceror,
quom ego illum unum mi exoptavi, quicum aetatem degerem.
LENA. Matronae magis cónducibilest istuc, mea Selenium,
unum amare et cúm eo aetatem exigere quoi nuptast semel.
verum enim méretrix fortunati est oppidi simillima:
non potest suam rem obtinere sola sine multis viris.
SEL. Hoc volo agatis. qua accersitae causa ad me estis, eloquar.
nam mea mater, quia ego nolo me meretricem dicier,
obsecutast de ea re, gessit morem morigerae mihi,
ut me, quém ego amarem graviter, sineret cúm eo vivere.
LENA. Stulte ecastor fecit. sed tu enumquam cum quiquam viro
consuevisti? SEL. Nisi quidem cum Alcesimarcho, nemine.
neque pudícitiam meam mi álius quisquam imminuit. LENA. Obsecro,
quó is homo insinuavit pacto se ad te? SEL. Per Dionysia
mater pompam me spectatum duxit. dum redeo domum,
conspicillo consecutust clanculum me usque ad fores.
inde in amicitiam insinuavit cum matre et mecum simul
blanditiis, muneribus, donis. LENA. Mihi istunc vellem hominem dari,
ut ego illum vorsarem! SEL. Quid opust verbis? consuetudine

---

75 istud *P, A n. l.* 77 quoṃ *A:* quia *P* unum *om. A* aetate *P* 79 ẹx̣[iger]e *AB:* exige *VE* 80—85 *priores versuum partes leguntur A* 80 forṭuṇ — *etiam A; desidero* oppugnati opidi *VE, A n. l.* 82 volo *P:* ṇụ — *A* 83 meritricem *B* ditier *V*, dictier *E* 84 obsecutast, gessit morem ọṛạ[nti m]ọ[rigerae mihi] *A ut videtur* (oranti *Studemundus explevit*), *non melius, etiamsi* morigere *scribas.* de ea re *cf. Pseud. 123 sim.* 86 nunquam *B*² quṃ *A* 87 alchesimarcho *P*, [alce]ssimar[ch]o *A* 88 nec pudicitiam imminuit meam mihi quisquam [al]ius. † opsecro *A non deterius* 89 dionisia *BE*, dyonisia *V, A n. l.* 90—92 *initia et ultima leguntur A* 91 conspicio— *A, an scriptum fuit* conspicio illum? *cf. Paras. med. frg. 1, corp. gloss. 5, 15. 58* consecutus est 93 GY., *corr. Bothius* [mihi i]stunc u[el]lem họ[mi]nem dari *A:* mihi istum hominem uellem dari *P* 89—93 *cf. Menandri frg. 558 K.* (*πυθομένου γάρ τινος κόρης πῶς εἴη διεφθαρμένη, σεμνῶς ἀφηγήσατο πρᾶγμα αἰσχρὸν ὀνόμασι βελτίστοις Hermogenes*)*: Διονυσίων ἦν πομπή* (*verba compendi facta*)*, ὁ δέ μ' ἠκολούθησεν μέχρι τοῦ πρὸς τὴν θύραν· | ἔπειτα φοιτῶν καὶ κολακεύων τὴν μητέρα ἔγνω με, ubi ἐμέ τε καί post κολακεύων addidit Dobraeus, plura inter καί et κολακεύων omissa esse videntur* 94 opus est *P*

coepi amare contra ego illum, et ille me. Lena. O mea Selenium,
adsimulare amare oportet. nam si ames, extempulo
melius illi multo, quém ames, consulas quam rei tuae.
Sel. At ille conceptis iuravit verbis apud matrem meam,
me uxorem ducturum esse: ei nunc alia ducendast domum,
sua cognata Lemniensis, quae habitat hic in proxumo.
nam eúm pater eius subégit. nunc mea mater iratast mihi,
quia non redierim domum ad se, postquam hanc rem resciverim,
eum uxorem ducturum esse aliam. Lena. Nihil amori iniuriumst.
Sel. Nunc te amabo ut hanc hic ⟨unum⟩ triduom hoc solum sinas
esse et hic servare apud me. nam ad matrem accersita sum.
Lena. Quamquam istud mihi erit molestum triduom, et damnum dabis,
faciam. Sel. Facis benigne et amice. sed tu, Gymnasium mea,
si me absente Alcesimarchus veniet, nolito acriter
eum inclámare (utut erga me est meritus, mihi cordi est tamen).
sed, amabo, tranquille: ne quid, quod illi doleat, dixeris.
accipias clavis: si quid opus tibi erit prompto, promito.
ego volo ire. Gymn. Vt mi excivisti lacrimas. Sel. Gymnasium mea,
bene vale. Gymn. Cura te, amabo. sicine immunda, obsecro,
ibis? Sel. Immundas fortunas aequom est squalorem sequi.
Gymn. Amiculum hoc sustolle saltem. Sel. Sine trahi, cum egomet trahor.
Gymn. Quando ita tibi lubet, vale atque salve. Sel. Si possim, velim. —
Gymn. Numquid me vis, mater, intro quin eam? ecastor mihi
visa amare. Lena. Istoc ergo auris graviter obtundo tuas,
ne quem ames. abi intro. Gymn. Numquid me vis? Lena. Vt valeas.
Gymn. Vale. —

I 2
Lena. Idem míhi magnae quod parti est vitium mulierum

95 selenium *A:* selenium quid est (quidē) *P* 96 extempḷ- *A* 97 quem *P:* q[ui] *vel* q[ue] *A* 100 leniensis *VE, A n. l.* 101 pater eius *P:* [pạṭ]eru[ṣ *A* 102 quia *P:* quẹ- *A* hanc *A:* eam *P* 103 amori *vel* amore *A:* amore *P;* nihil amore iniuriust *Dousa, cf. Pers. 408* 104 ṭẹ *A:* tue *P* hic unum triduom hoc *Kampmannus, Seyffertus:* ḥị *et quadrante spatio* — c *A,* triduum (-ium *VE*) hoc *P* 106—145 *paucissima, in initiis fere, leguntur A, paulo plura tantum 120—122 et 142—145* 106 mihi istud *VE* dampnum dabis *etiam A* 108 alchesimarchus 109 utut *Pylades:* et ut *vel* med, *sed cf. Amph. 1101* mihi cordi *Camerarius:* incordi 110 deleat *VE* 111 accipe has *Muellerus probabiliter* tibi opus, *corr. Muellerus* erit ς*:* est erit promptu, *corr. Studemundus* (*Prehn qu. Plaut. 17*) promitto B^1VE 112 lacrimis B^1VE 114 sualorem *B* 116 lubet B^2*:* iuuet *uel* uiuet 117 nuṇcqụ- *A* 119 ne quem ames *Lond.:* nẹq- *A,* neque meas *P* 120 lena restitit dv (dv *om. B*) *BVE, spat. A* idem miḥiṣṭ q — *A i. e.* idem mihist quod magnae parti uitium mulierum (*Schoellius*), *non melius*

quae hunc quaestum facimus: quae ubi saburratae sumus,
largiloquae extemplo sumus, plus loquimur quam sat est.
nam ego illanc olim, quae hinc flens abiit, parvolam
puellám proiectam ex angiportu sustuli.
[adulescens quidam hic est adprime nobilis
| quin ego nunc quia sum onusta mea ex sententia
quiaque adeo me complevi flore Liberi,
magis líbera uti lingua conlibitum est mihi,
tacere nequeo misera quod tacito usus est. |
Sicyone, summo genere; ei vivit pater.
is amore misere hanc deperit mulierculam,
quae hinc modo flens abiit. contra amore eum haec deperit.]
eam meae ego amicae dono huic meretrici dedi,
quae saepe mecum mentionem fecerat,
puerum aut puellam alicunde ut reperirem sibi,
recens natum, eapse quod sibi supponeret.
ubi mihi potestas primum evenit, ilico
feci eius ei quod me oravit copiam.
postquam eam puellam á me accepit, ilico
eandem puellam peperit quam a me acceperat,
sine obstetricis opera et sine doloribus,
item ut aliae pariunt, quae malum quaerunt sibi.
nam amatorem aibat esse peregrinum sibi
suppositionemque eius facere gratia.
id duae nos solae scimus: ego quae illi dedi
et illa quae a me accepit, praeter vos quidem.
haec sic res gesta est. si quid usus venerit,
meminisse ego hanc rem vos volo. ego abeo domum. —

---

121 quae nunc questum faciemus *P* 122 sumus *P:* et *vel* ei *A* 123 illam ego, *corr. ς, Pareus* 124 angui portu sustulit (-i B^2) 125 *et* 130—132, *a Windischmanno notati, eo consilio adiecti sunt ut Auxilii oratio omitti posset;* 126—129 *om. A amplificationem versuum 120 sq.* (*post v. 122 posuit Acidalius, sed* quin *pro* uelut *non recte eos adiungat*) 126 quia sum onusta *Camerarius:* quasi sum honesta 130 sycione *B*, sycyone *E* *de distinctione cf. 190, arte adhaeret ad 125* 132 [ẹuṃ ḥạẹ]c deperit *A:* eum haec perdita est *P* 134 fecerit 135 repperire (-et *ante correcturam E*) *VE* 136 capse *VE* 139 *vel* med 143 aiebat *P, A n. l.* 144 suppositionemque [ẹi]us *A:* suppositionem eius rei *P* (eius *in ras.* B^2) 145 scimus soḷ[ae] *A* 146—232 *deest A* 147 sic B^2*:* si, *cf. v. 197* si quidem *VE* 148 habeo *VE* domum auxilium, *deinde* PROLOGVS DV (DV *om. B*) *BVE* (auxilium *erasit et* AVXILII DEI *adiecit* B^2)

AVXILIVM I 3

Vtrumque haec, et multiloqua et multibiba, est anus.
satin víx reliquit deo quod loqueretur loci,
itá properavit de puellae proloqui
suppositione. quod si tacuisset, tamen
ego eram dicturus, deus, qui poteram planius.
nam mihi Auxilio est nomen. nunc operam date,
ut ego argumentum hoc vobis plane perputem.
fuere Sicyoni iam diu Dionysia.
mercator venit huc ad ludos Lemnius,
isque hic compressit virginem, adulescentulus,
⟨vi⟩, vinulentus multa nocte in via.
is ubi malam rem scit se meruisse, ilico
pedibus perfugium peperit, in Lemnum aufugit,
ubi habitabat tum. ílla quam compresserat
decumo post mense exacto hic peperit filiam.
quoniam reum eius facti nescit qui siet,
paternum servom sui participat consili,
dat eam puellam ei servo exponendam ad necem.
is eam proiecit. haec puellam sustulit.
ille clam óbservavit servos ⟨qui eam proiecerat⟩
quo aut quas in aedis haec puellam deferat.
ut eampse vos audistis confiterier,
dat eam puellam meretrici Melaenidi,
eaque educavit eam sibi pro filia
bene ac pudice. tum illic autem Lemnius
propinquam uxorem duxit, cognatam suam.
ea diem suom obiit, facta morigera est viro.
post⟨quam⟩ ille uxori iusta fecit, ilico
huc commigravit; duxit uxorem hic sibi
eandem quam olim virginem hic compresserat,
et eam cognoscit esse, quam compresserat;
illa illi dicit, eius se ex iniuria

150 satine loci *παρέλκει, pendet a* quod 152 sitacuisset *B:* sitatius esset *VE* 154 est Auxilio *Camerarius* 155 argumentum, *sed* umentum *B*[2] *in ras., B'*, argentum *E* 156 sycioni *B* dionisia 159 ⟨vi⟩ *Pareus* 161 lemnium *VE* 162 tum habitabat *Guietus; spondeus non vitiosus est. Gellius 3, 16, 2* (*decimo mense exacto hominem gigni*) *verba adfert a* tum illa *incipiens, non recte* 168 *supplevit Camerarius* 169 quo: quod *B*[1] 170 eam ipse *VE* 176 ⟨quam⟩ ς 177 dixit *VE* 179 et: ut *Weisius, nescio quam recte*

peperisse gnatam átque eam se servo ilico
dedisse exponendam. ille extemplo servolum
iubet illum eundem persequi, si qua queat
reperire quae sustulerit. ei rei nunc suam
operam usque assiduo servos dat, si possiet
meretricem illam invenire, quam olim tollere,
cum ipse exponebat, ex insidiis viderat.
nunc quod relicuom restat volo persolvere,
ut expungatur nomen, ne quid debeam.
adulescens hic est Sicyoni, ei vivit pater;
is amore proiecticiam illam deperit
quae dudum flens hinc abiit ad matrem suam,
et illa hunc contra, qui est amor suavissimus.
ut sunt humana, nihil est perpetuom datum.
pater adulescenti dare volt uxorem; hoc ubi
mater rescivit, iussit accersi eam domum.
haec sic res gesta est. bene valete et vincite
virtute vera, quod fecistis antidhac;
servate vostros socios, veteres et novos,
augete auxilia vostra iustis legibus,
perdite perduelles, parite laudem et lauream,
ut vobis victi Poeni poenas sufferant. —

ALCESIMARCHVS II 1

Credo égo Amorem primum ápud homines carníficinam comméntum.
hanc égo de me coniécturam domi fácio, ni foris quaéram,
qui omnés homines supero [atque] ántideo cruciábilitatibus ánimi.
iactór [crucior] agitor stimulór, versor
in amóris rota, miser éxanimor,
feror dífferor distrahor díripior,

---

181 perisse *VE* eamque *Pylades* 184 repperire *VE* 188 reliquum 189 expugnatur *VE* (n *ex* g *B*) 190 sicioni *BE* 192 dudum *Londinensis*: dum 193 huc *E*, huc et *V* 194 huma *B*¹ 196 eam *B:* ad eam *VE* 197 haec res gesta sic est, *corr. Bothius* 200 uostris, *corr. Vssingius* iustis *B:* uictis *VE* 201 perdielles *VE* laudem *Londinensis:* laudeam 202 ut ς: et ALCHESIMARCHVS ADOLESCENS · C ·*BVE* 204 ne ς foras 205 [atque] *Hermannus elem. 396* (*ubi* super antideo *operarum esse videtur*) 206—210; 213—220; 223—228 *systemata longiora* (*hiatus inter cola v. 213*) 206 *sq. disponit B:* Iactor — miser | Exanimor — mentem | Animi — animus | Ita — continuo (*intra versus a maiusculis incipiunt* Stimulor Feror Differor Vbi Ibi Vbi Quod) 206 [crucior] *Fleckeisenus;* crucior *post 205 sermonem debilitat* 208 deripior

ita núbilam mentem animi hábeo.
ubi sum, íbi non sum, úbi non sum, íbist animus,
ita mi ómnia sunt ingénia;
quod lúbet, non lubet iam id cóntinuo,
ita me Amor lassum animi lúdificat,
fugat, ágit, appetit, raptát, retinet,
lactát, largitur: quód dat non dat; déludit:
modo quód suasit, ⟨id⟩ díssuadet,
quod díssuasit, id osténtat.
maritúmis moribus mecum experitur
ita méum frangit amantem ánimum;
neque, nísi quia miser non eó pessum,
mihi úlla abest perdito pérmities.
ita páter apud villam détinuit
me hos diés sex ruri cóntinuos.
neque lícitum interea est méam amicam visére *
estne hóc miserum memorátu?
* *
nudiussextus (frg. I)

(Alc.) Pótine tu homo facinus facere strenuom? (Servvs) Aliorum affatim est (frg. II)

---

209. 210 nullam *E*, nulla *V* 212 ingenia sunt, *corr. Spengelius* 213 iubet non iubet *VE* 214 *sq. disp. B:* Ita — Appetit | Raptat — deludit | Modo — ostentat (*in versibus* Fugat Agit Iactat Largitur Quod) 216 *fort.* agitat petit 217 iactat, *corr. Scioppius* lagitur *B* quod *et* deludit *interpolata esse conieci, non propter metrum. Rud. 1068* habeo non habeo 218 ⟨id⟩ *Reizius* dissuasit, *corr. Pylades* 219. 220 quo *B* 221 *sq. disp. B:* Maritumis — amantem | Animum — abest | Perdito — sex | Ruri — uisere | Estne *e. q. s.* 221 expetitur *dubitabile* ĕxperitur 222 amentem B^1 223 non eo pessum *B:* ne oppessum *VE* 224 *aut hiatus post* mihi *aut paroemiacus* pernicies B^2 227 ⟨misero⟩ *Schoellius* *sic pergunt BVE:*

Estne hoc miserum memoratu? melenis. Eo facetus quia tibi (*v. 492*) *ubi inter* memoratu *et* melenis *plus sescenti versus perierunt ex computatione Studemundi, cf. stud. 2, 422. ex quibus in A servati sunt v. 233—491, ubi inter v. 145 et 232 quinque folia periisse videntur. cf. praeter apographi paginarum adnotationes eius praef. p. XXIII adn. 62 de amissa fabulae parte egit Studemundus stud. 2, 419 sq., versus nonnullos tractavi rel. soc. Gott. 1894, 201 sq.* frg. I gloss. Plaut. ʻin Cistellaria nudiussextus, summatim, benigniterʼ *quorum primum ad hanc partem rettulit Studemundus stud. 2, 422; cf. v. 226* frg. II *Gellius 6, 7, 3* (affatim *prima non media acuta pronuntiandum esse*) itaque se audiente Probum grammaticum hos versus in Plauti Cistellaria legisse dicit 231 *cf. Studemundus et Seyffertus stud. 2, 425, qui ad scaenae v. 233 in A continuatae priorem partem verba rettulerunt*

qui faciant. sane ego me nolo fortem perhiberi virum.

* *

SERVVS Séd quid istuc? ALC. Mala multa dici mihi volo. SERV. Qua gratia?
ALC. Quia vivo. SERV. Facile id quidem edepol possum, si tu vis. ALC. Volo.
SERV. At enim ne tu exponas pugno os metuo in imperio meo.
ALC. Numquam edepol faciam. SERV. Fidem da. ALC. Do, non facturum esse me.
sed ego primum, tot qui ab amica abesse potuerim dies,
sum nihili. SERV. Nihili hercle vero es. ALC. * perdite,
quae me amaret contra. SERV. Dignus hercle es infortunio.
ALC. Ei me ⟨tot tam⟩ acerba facere in corde. SERV. Frugi numquam eris.
ALC. Praesertim quae coniurasset mecum et firmasset fidem.
SERV. Neque deos neque homines aequom est facere tibi posthac bene.
ALC. Quae esset aetatem exactura mecum in matrimonio,
SERV. Compedes te capere oportet neque eas umquam ponere.
ALC. Quae mihi esset commendata et meae fidei concredita,
SERV. Hercle te verberibus multum caedi oportere arbitror.
ALC. Quae mellillam me vocare et suavium solitast suom.
SERV. Ob istuc unum verbum dignu's, deciens qui furcam feras.
ALC. Egomet laetor. sed quid auctor nunc mihi es? SERV. Dicam tibi:

---

233 *incipit A fol.* 235^{r}; *inter v. 229 et 233 interierunt versus CX* (*Studemundus stud. 2, 423*) *Alcesimarchus postquam Selenium abiisse comperit, colloquitur cum servo* (*servum esse v. 235 docet, nomen non extat, cf. ad 283*) 233 sed quiḍ istumṇ[a]ṃ[i]ḷịa dici *A*, *sed ut pro* n *pari iure* m, r *vel aliter*, *pro* milia *legi possit* milta, milea, mulia, multa, mulea. *ego* mn[a] *fuisse dico* mala, *post* istu *librarium omisisse* c *et personae spatium* sed quid istuc? (*cf. 779, Bachius in Studemundi stud. 2, 221*) *servum dicere aptius est quam Alcesimarchum* sed quid istic? mala mala multa *cf. Pseud. 359 Bacch. 875. 911 al.* 234 quia uiuo *cf. Most. 11* qu[id]ẹm ẹ[de]pol *A* 235 pugno os metuo *L.*: pugnos tuos *A*; exponas *quid significet docet Truc. 659 Cas. 853, cf. Poen. 147. 358.* in imperio meo, *cum te pro servo me pro ero futurum dixeris* 237 tot *L.*: eo *sequente personae spatio A, sed ut legi possit* pol, pot *vel* tol, tot potuerim *L.*: ạụ·irem *vel* ·erim (trem, trim) *A*; *verbi forma quam posui* (-erim) *necessaria est*, auderem *vitiosum, de verbo non constat* piẹs, *sed fortasse* dies, *A* 238 es . . . ịdọrọịarọperitẹ *A*, *ubi restitui* perdite, *cf. Ter. Phorm. 82* *talis sententia flagitatur:* quam ego amarem perdite; *cf. 95. 131 sq. 191 sq., Amph. 655 al.* 239 dignus ẹrclẹ ẹrclẹ ẹs *A* 240 eị ṃẹ . . . . . . acerba *A* *post versum 242 anticipatur v. 245 suo loco rediens A* 243 mecum exactura mecum *A* 244 compecẹịs *vel* compedeis *A* 245 fid[ei], *sed* meam fidem concrediti *post 242 A* 246 erçlẹ *A* 249 laetor *nec aptum et verbum Plauto inusitatum. expecto* ego, et lubenter

Supplicium illi des, suspendas te, ne tibi suscenseat. 250
ALC. Quian
SERV. Quid tu ergo te manuleo

* *

(ALC.) Quid si amo? (T.) est amor 273
atque illam quam ⟨te⟩ amare intellego
si conclusos vos ⟨me⟩ habere in carcere 275
amoris noctesque et dies
ni emórtuos
mihi nunquam quisquam
(T.) Immo maxumus.
nam quí amant stulte atque inmodeste atque inprobe 280
ne ament. 281

*

250 succensẹaṭ *vel* suscenseat *A* 251 *incipit f. 235ʳ* quiaṇ ! *in initio*, gaṃ *in fine A, sequente versus bipartiti exitu* 252 quiḍ ṭu ergọ . . . . ṇamẹ . . . . ṭẹ ṃanuleo *A, ut nec post* ergo *fuerit* amicam, *nec* icam *pro* nam, *nec* cam *post* amẹ *nec* ne *ante* te, *nec* caiet (*vel* ne caiet, *quod addit Schoellius*) *in initio v. 253. scilicet versum ex Cistellaria affert Fulgentius Virgil. contin. ad Aen. 7 in.* (apud antiquos caiatio dicebatur puerilis caedes): quid? tu amicam times, ne te manuleo caiet? 253—266 *haec servata sunt:* 253 — ụẹ — 254 quiḍ — [iu]ss[it] p[ạ]ṭẹr — 255 u — ẹṛ miḥi 256 ṣạxị — a[ḅḍụ]xị ṣẹmẹl 257 ṣa . . s 258 ṇaṃ — qu — ṇ — ṇẹu (*vel* neum) 259 ḥọc ṛ — [dei ue]ṣtram fidem 260 quị — qu . . . . ẹxẹṃịị . . . (exemerim *Schoellius*) 261 . . ! — ṛụṃ — ruṃ . . . . ṃạxịṃụṃ 262 ụ[a]! — ṃpḷạ — orị 263 ṣụḅ]lẹṣṭụṃ — c̣ḷạu[ḍịṭ]o 264 — ṃ — ọṃ 265 ṇe quọ — ịṇọ — sus ẹṣẹ (*vel* est *sim.*) 266 . . . . . . ẹṣ ṣẹḍ quẹṃ . . . . a . ṣ . ịṇ — ṇi ḟọṛạṣ; *ubi* 254 iussit pater *et* 256 abduxi semel *quomodo ad argumentum pertineat apparet*, 263 sublestum (*vel* sublestus) *notabile est. denique qui* foras *prodeat* (266) *sequens inscriptio docet* GỴṂṆ — — C̣ — *in qua folium finit* 267—304 *i. e. post duo, ut Studemundus vidit, folia amissa f. 238, cuius e priore parte quae descripsit plurima incertissima dicit Studemundus, altera* (*286 sq.*) *facile legitur* (*T*)*ertia quae colloquio accessit persona, Alcesimarcho ignota* (*v. 299, cf. Seyffertus l. s. 429*), *ne dici quidem potest vir an mulier fuerit; Gymnasium fuisse maxime probabile* 267—272 *servata haec sunt, quae nusquam de restitutione coniecturam admittunt:* 267 . . . m herclẹ c̣raṣ — 268 censiṇt(*vel* i)ụṣṣ . . . aṛ — 269 ṣiquidem illaec̣ ạḍs — 270 ụbi eạ . u . . . . . . ṇuṇquam ẹ (*vel spatium personae*) sụṃạ — 271 tam (*vel* i *pro* t *et* n *pro* m) . . moṛịṛị ṇọṇ ṣịṇị (*vel* e) — c̣e . . . *possis* tamen moriri non sinis? 272 semp̣ẹṛ sunt ṣịṭụịụṭụx̣ — 273 quịḍ sị aṃ . . . . ṇọṇ ḍị . . . c̣ịṇ[i]ṣ (*vel* ce, ct *pro* ci *et* as, es *pro* is) ẹṣṭ ạṃọṛ (amo *Schoellius*) 274 . . . . ḍụ . . [ạ]ṭq̣ụẹ 275 . c . . . . . ṣị 276 . . ḅịṭọṭẹẹṣṭ ḍ . . amoris 277 n[i] emorṭụụṣ ẹṛạ (*vel* tra) — ṃọ 278 quisquam — ọṣụll — 279 ṇọṇẹṣ — ṣ *et post personae spatium* ịṃṃọ 280 aṭ]q̣ụẹ ịṇ . . o . . (inprobe *Schoellius*) 281 *post 13—14 litterarum lacunam* ṛ . . . . . ịmẹc̣ụṛc̣ . . . ẹ ṇẹ ạṃẹṇṭ 282 [aḅḍ]ụx[ṭị]ṇ [iḷ]! . . . . ịṭ (*vel* ei, te) ṃạụọḷṭịṭẹṛ

(Alc.) ubi tu es? Serv. Ecce me.
Alc. I, adfer mihi arma ét loricam adducito.
Serv. Loricam adducam?
Alc. I, curre, equom adfer. Serv. Hercle hic insanit miser.
Alc. Abi atque hastatos multos, multos velites,
multos cum multis — nil moror precario.
ubi sunt quae iussi? Serv. Sanus hic non est satis.
T. Ab anu esse credo nocitum, cum illaec sic facit.
Serv. Vtrum deliras, quaeso, an astans somnias,
qui equom me adferre iúbes, loricam adducere,
multos hastatos, post id multos velites,
multos cum multis? haec tu pervorsario
mihi fabulatu's. Alc. Dixin égo istaec, obsecro?
Serv. Modó quidem hercle haec dixisti. Alc. Non praesens quidem.
Serv. Praestigiator, siquidem hic non es atque ades.
T. Video ego te Amoris valde tactum toxico,
adulescens; eo te magis volo monitum. Alc. Mone.
T. Cave sís cum Amore tu unquam bellum sumpseris.
Alc. Quid faciam? T. Ad matrem eius devenias domum,
expurges, iures, ores blande per precem
eamque exores ne tibi suscenseat.
Alc. Expurigabo hercle omnia ad raucam ravim.

*

SENEX

* *

prohibét divitiis máximis, dóte áltili atque opíma.

* *

283 uṇ . . . . ṇụsṭḥ . . . ḥẹ (*vel* s, c *pro* h *et* i, t, p *pro* e) ụbị *servi nomen* (*Studemundus stud. 2, 428*) *a* Th (Thynisce *Schoellius*) *an ab* H *inceperit* (*velut* Hesyche) *dici nequit* 284 et *vel* ei *post* arma *servum interrogantem* arma? *facit Schoellius* 285 adducam . ạ . . . . nẹd . . . . . ·cẹrẹ (*post* cam *vel* s *vel* et *vel personae spatium, post* n *vel* e, i, t *vel pers. spat.*) 286 equm hercle *Studemundus:* pẹrị hercle 288 nihil 290 ab anu *L.:* manu, *sed ut de* aianu *cogitari possit* nocitum *scil.* eum *versum tertiae personae tribuit Schoellius; cf. rel. Gott. 1894, 203* 292 equm 294 peruorsaṛ[ị]ọ *cf. advorsarius* 297 praestigiator es si, *corr. Studemundus* 304 expurgabo *A, Nonius 164,* experiuravi *Festus 274, corr. Ritschelius* hercle *Nonius:* hercles *A,* her — *Festus* *post duo folia amissa f. 241*[r] *continet v. 306–321. ad soliloquium senis* (*patris Alcesimarchi*) *pertinere v. 305 a Nonio p. 72 servatum vidit Seyffertus* 305 *Nonius s.* altile divitis

muliérculam exornatulam. * quidem hercle scita.
quamquam vetus cantherius sum, etiam nunc, ut ego opinor,
adhinnire equolam possum ego hanc, si detur sola soli.

GYMNASIVM

Nimis opportune mi evenit rediisse Alcesimarchum;
nam sola nulla invitior solet esse. SEN. Me vocato,
ne sola sis: ego tecum ⟨ero, volo⟩ ego agere, ut tú agas aliquid.
GYMN. Nimis lépide exconcinnavit hasce aedis Alcesimarchus.
SEN. Vt quo⟨m Ven⟩us adgreditur, ⟨place⟩t; lepidumst amare semper.
GYMN. Venerem meram haec aedes olent, quia amator expolivit.
SEN. Non modo ipsa lepidast, commode quoque hercle fabulatur.
sed cum dicta huius intérpretor, haec herclest, ut ego opinor,
meum quaé corrumpit filium. suspiciost eam esse,
utpote quam nunquam viderim; de opinione credo.
nam hasce aedis conductas habet meus gnatus, haec ubi astat:
hoc hanc eam esse opiniost; nam haec illum nominavit.
quid si adeam atque appellem. mali damnique inlecebra, salve.
GYMN. vapulabis.
SEN. volo apud te. 323

*

GYMN. Intro abeo,
nam méretricem astare in via solam prostibuli sanest.

* *

306 *prodire videt senex Gymnasium* exornatu[l]a[msitu]e(*vel* t)quidem, *ubi Maius* situ *litteras legit, membrana novam labem passa esse videtur Studemundo. possis* et est quidem *vel cum Seyfferto* itast, *ad sequentia quod spectet* 308 *Priscianus 1, 114 testatus* equulam (equlam, eculam) 309 redisse 311 *supplevit Studemundus, item* ⟨ex⟩concinnavit 313 ut quo . . . . . usa der[i]d[e]tur . . . . . t lepidunst amare semper *seni dedi et sententiam indicavi.* adgreditur *Schoellius* 314 uen[ere]m *Studemundus* 315 mo[do ip]sa *Studemundus* 318 ut postquam *A, corr. Seyffertus* 322—340 (*f. 241^{v}*), 341—358 (*f. 242^{r}*), 359—362 (*f. 242^{v}, 1—5*) *paucissima servata* 322 qu — nu . . . . e uapulabis qu⟩isquis tu es, si mihi dixeris⟩ nec ⟨rect⟩e, vapulabis *Seyffertus* (*Most. 240*) 323 — are . . . . uolo 324 — ir . . . . . . mer . . . . 325 lu — uu — 326 *in medio* es, *deinde velut* ma 327 . . . c — ulco 328 *in fine* clis 329 *nihil* 330 . . l — 331 *in fine* s[ane]st *vel* sane est, *quo nisus Schoellius huc rettulit fragmentum a Nonio p. 423 servatum* (*s.* prostibulum): intro bonam (abonam) meretricem astare in via solam prostibula sane est, *corr. Bothius, Mercerus* 332 — d — qu *et in fine* num me 333 . . ssem *et in fine* meam uu . . 334 *nihil* 335 proh . . . . diu — s . o — *quae incertarum litterarum vestigia non quadrare ad v. 305 dixit Studemundus* 336 . . . ps. . . . c — 337 . s —

Gymn. quid vis.
Sen. Volo éx te scire quidquid est
quid ego usquam male feci tibi ⟨aut meu⟩s quisquam, id edisserta,
quam ob rem me meumque filium quom ⟨matr⟩e remque nostram
habes pérditui et praedatui? Gymn. Miser errat, ut ego dixi.
lepidast materies, ludam ego hunc, nam occasio videtur.
potin operam inique equidem malam ⟨ut ne⟩ des innocenti?
Sen. Sed ⟨obsecro⟩ te, nullusnest tibi amator alius quisquam,
nisi meus modo unus filius? Gymn. Quem quidem ego amem. alius nemo est.
Sen. At ego * Gymn. Nil moror: damno sunt tui mihi similes.
Sen. Quid * (Gymn.) isne est id arbitratus?
*
(Gym.) datores
negotioli bellissimi senices soletis esse.
* *

---

338 . . . . ụẹ ụ — 339 . . . . . . ọ — 340 ṇ[ẹqụẹ ụ]ḷḷ *et sub finem* c̣ịạ 341 ḅọṇu —, *quo Schoellius rettulit fragmentum ap. Nonium 482*
malum aufer, bonum mihi opus est
quod in lacuna versus 706 poni solebat, ubi sermonis contextum non explet 342 ẹṇ — 343 *nihil* 344 ni ṣ[it] ụṇc̣t — 345 uẹ — 346 sị ụ . . ḍ . . . . ṣịṣ — 347 ḥ — — fe — 348 . . . . . . ẹḍịc̣ — q — 349 . . . . ẹquidẹm . . . . . . cu — 350 ạ — 351 *media* ẹc̣ẹṣ[e]ṣḷ . . . ọṣ . . e, *quae cum v. 373 vix convenire posse Studemundus adnotabat* 352 . . . . fạce nunc̣iạṃ . . . . ṇc̣ — 353 ṇọ — ṣ — ṣạṃ . · 354 qu . . . rẹṣ ẹạ — ḥuc — 355 qu — 356 ṇ *et media* ṛị ṭuọṣ 357 nẹ ịu — 358 qu[ae] uḅ — 359 . . . . . . ịllẹ . . ọ ụ — ṃulier 360 *bipartitus: a*) . . . . . . ṣṭ ‚ram *et in fine* f . . . ọ[m]o *b)* — ṃihi ọ[pụṣ ụ]t, *ut post* t *nihil amplius scriptum fuisse videatur* 361 — [co]nloqui — s 362 a[p]u . . . ụt[ạ]r — lụs ẹgọ . . . . quiduis 363 s[ci]re qu[ic]quid est m . . . . squ . . . . *unde* meus filius quod fecit *Studemundus, non apte ad sententiam* 364 *supplevit Seyffertus* 365 *supplevit Studemundus* 366 prae . . . ụị . . . ser, *supplevit Studemundus* 367 ụ[ịḍẹ]tur 368 ọpẹr[a]m . . ịqụẹ, *supplevi, cf. Epid. 551* malam ut ne *temptavi:* mala *et post unam* (m) *vel duas litteras* c̣ . . . (malam *Schoellius*) des *Schoellius:* ḍ . ẹ 369 *supplevit Studemundus* tib[ị ạ]mator 370 nisi [ṭụ]us modo unus filịụṣṭ quẹṃ *Studemundus dedit* (filius *corrigens*), *ut totus versus Gymnasii sit; correxi* 371 at ecca, *fortasse* at ego a *A, unde* at ego alios credo *Seyffertus* sunt · uṭ (*vel* i) mihi s . . . . ẹs, *supplevit Schoellius* 372 quid f — ṃụ isnẹ esṭ [id *vel* is] arbitratụs visnest is arbitratus? *Schoellius* *unum folium in A periit et sequentis prior pagina* (*244*ʳ). *quo pertinere 373—380 Studemundus coniecit stud. 2, 432* 373 *servavit Priscianus 1, 111* (negotiolum) *et 279* (senicis *quem genetivum esse dicit recti* senex) datores bellissimi uos negotioli senicis (bellissimos negotiolis phoenices *fere p. 111*) soletis esse, *corr. Bothius;* vos *si legisset Priscianus,* senicis *non habuisset genetivum*

LENA. Me respondere postulas? iniurium est. (frg. V)
stipulari semper me ultro oportet a viris,
eum quaestum facio, nil viris promittere.

* *

siquidem ímperes pro copia, pro recula (frg. VI)

* *

LENA. Quin is, si itura es? nimium is vegrandi gradu. (frg. VII)
GYMN. Pol ad cubituram, mater, magis sum exercita (frg. VIII)
fere quam ad cursuram. eo sum tardiuscula.

meminere officium suom. (frg. IX)

ita mustulentus ventus nares attigit. (frg. X)

capillo scisso atque excissatis auribus (frg. XI)

quae quasi carnificis angiporta purigans 384 (frg. XII)

* *

non quasi nunc haec sunt hic, limaces, lividae,
febriculosae, miserae amicae, ósseae,

374—376 *Priscianus 1, 388* (stipulor). *stipulari senem de Gymnasii amore Studemundus putavit, de eius abitu ex aedibus ab Alcesimarcho conductis Schoellius* uires 377 *Priscianus 1, 107* (recula) 378 *Festus 372* (*s.* uegrande) qui nisi itures 379. 380 *Nonius 198, priori adiunxit Scaliger* accubituram exercita fere *Guelf.*: exercitare *Leid. Harl.*², exercitata *Harl.*¹ a cursura (accursur *Leid.*¹) 381 *Nonius 499* (accus. pro genet.) *Lampadioni ascripsit Seyffertus in Studemundi stud. 2, 433, qui postea loquitur* (*cf. v. 424*). *de v. 382—384 nihil statui potest* 382 *Nonius 63* (*s.* mustulentum, *interpretatur* ut sit odor musti aut musto oblitus ac madens) *et 415* (ventus significat odorem) ita *p. 415:* nam ita *p. 63, cf. Langenus symb. 232* uentus *p. 415:* aestus *p. 63, non melius* naris obtigit *p. 415* 383 *Nonius 108* (excissatum: laniatum, vulneratum) excisatis *Harl.*¹, *item in lemmate* s 384 *Nonius 190* (angiportus *gen. neutri*) purgitans, *corr. Ritschelius, cf. Aul. 753* *383. 384 non post v. 408 in A legi notavit Studemundus* *quae in A secuntur folia 244. 245 paucissima praebent, v. s. ad 372; in f. 244*ʳ *ext.* (389) — ṛiṣt, *f. 244*ᵛ *haec:* 390 c̣u — 391 fuiṣṭ (*vel* fuit i *vel* furt) *et in fine* — llo modo 392 uoḅọ *et in fine* es (*vel* is) negent 393 *in fine* ạ . . ḍ . . 394 — guẹla . quị teris *ubi aliquid inusitati fuit. vir compellari videtur* 395 — ụẹrọ . . s . . . 396 — ṭịculus (t *incertissima*) fui, *cf.* forticulus, tristiculus. *vir loquitur* 397 — us 398 *nihil* 399 u *et in fine* eras 400 *nihil* 401 qu . . sq — 402 ụel (uil) — 403 q . . . q *et in fine* m darent 404 . l — 405—408 *folii 244 ultimos praebet A:*

sunt lima[ces aut] liuidae
fedṛịpul (*vel* febricul) . . . . . . sẹrae am[iç]ạẹ osseạẹ

diobolares, schoeniculae, miraculae,
cum extritis talis, cum todillis crusculis 408

* *

Sel. Molestus es. 449
Alc. Meae issula sua⟨aede⟩s egent. ad me⟨sine ducam⟩. Sel. Aufer manum. 450
Alc. Germana mea sororcula. Sel. Repudio te fraterculum.
Alc. Tum tu igitur, mea matercula. Mel. Repudio te +fraterculum.
Alc. Opsecro te Sel. Valeas. Alc. Vt sinas Sel. Nil moror.
Alc. Expurigare me.
Sel. Alc. Sine dicám. Mel. Satis sapit mihi tuis periuriis.

---

d[io]bolare[s scho]eniculae miracula
cum exteritis ta[lis c]um todellis cruribus 408

405 *solidum et sine* aut *praebet Varro de l. l. 7, 64* (limax) 406 *ad* febriculosae *Catulli 6, 4 contulit Schoellius et supplevit* miserae amicae *Studemundus; expecto quale* ambesae *vel* amcisae 407 *post versus 405 interpretationem adfert Varro:* diouolares scenicolae miraculae (*F*), *derivans a binis obolis, a schoeno,* miraculas a miris i. e. a monstris. *item Festus 329* — racuiae cum extritis — 408 extritis (ex͞ttis) *Festus l. s.*, extortis *Paulus 52. 353* (cum *omittens p. 52*), *Priscianus 1, 103* todillis *Festus 352* (*s.* todi, *cf. corp. gloss. 5, 624, 39*), todinis (todonis, totinis, totimis) *Priscianus*, crocotillis *Paulus 52* (*s.* crocotillum: valde exile), sodellis *Festus 301* (*s.* succrotilla) crusculis *Priscianus deminutivum testatus, Festus 352* (crus —), *Paulus bis versum Festus notat Plauti* in Syr (*p. 301*), in Sy (*p. 352*) *i. e.* in Syro *vel* Syra, *quod lenae nomen fuisse coniecit Studemundus stud. 2, 419 f. 245 haec apparent:* 409 *nihil* 410 qua — (*cf. ad v. 384*) 411 . qua — 412 *nihil* 413 qu — 414 ti — 415 am — 416 pr . ms . h *et in fine* m loco 417 sus — 418 . . . . l — 419 m — 420 at die illa — 421 s . . . . qu — 422 de[i] me [om]nes —, *cf. Epid. 192, Men. 551* 423 illae — 424 haec sustulit, post — *quae Lampadionis verba esse Studemundus vidit* 425 circumcur — 426 o — neq — 427 qua — disti — um loquor 428—444 *fol. 245*[v] *nihil apparet nisi versu quarto* — est, *nono* qu —, *decimo* h —, *quarto et quinto decimo sub finem* — us — *et* — io —, *sequentibus* tu — | c — ogo | — s . . | —ris modis, *scil.* miris *vel* miseris (*Seyffertus*) . *inter v. sextum et nonum novae scaenae titulus scriptus fuisse videtur inter v. 444 et 449 unum folium periisse videtur. f. 247*[r] (449—465) *primus versus habet tantum* molestus es *aut finem septenarii aut clausulam iambicam* 450—491 *restituere non contigit;* 450—464 *de metro non ubique constat,* 466—483 (*f. 246*[u]) *pauca servata sunt* 450 meau . ssula sua . . . . segent ad me . . . . aufer manum, *ubi* issula *Schoellius, ac vix aliud fuisse potest, siquidem necessaria videntur quae in priore parte versus posui, cf. rel. Gott. 1894, 206* 451 *Priscianus 1, 105* (germana mea sororcula) 452 tum (*vel* tom): tunc *Priscianus 1, 103* *fort.* puerculum 453 [e]xpurgare 454 o (*vel* u) . . r . . sa . (*ut* operossam *quadret*) *et post pers. spat.* sine *aliquo modo repellit dictum Alcesimarchi* (ut trissas *vel* oppressas, *cf. Mil. 1210, Merc. 593*) *ante* satis *om. pers. spatium* mihi auis [pe]riuri[is], *corr. Schoellius*

* at nunc non potest. Alc. Supplicium polliceri volo.
Sel. At mi aps te accipere non libet. Alc. Em omnia
patior iure infelix. Sel. Volup est neque tis misereri decet.
quamquam hominem *
verba dare *
non illa * * qui frangant foedera
eos *
(Sel.) dabis. —
Alc. At egó nec do néque te amíttam hodie, nisi quaé volo tecúm loqui
das mihi operam.
Mel. Pótin ut mihi molestus ne sis? Alc. Quin id est nomen mihi,
omnes mortales vocant molestum. *
* obsecro. Mel. At frustra obsecras.

* *

quia sine omni * Alc. Dabo
ius iurandum. *
Mel. At ego nunc ⟨ab⟩ illo mihi ⟨caveo⟩ iure iurando tuo;
similest ius iurandum amantum quasi ius confusicium.

---

455 uẹr (*vel* uir, utr) . . . sita (*vel* taec) ṣuṇt a[ṭ ṇu]ṇç *sine personae spatio fort.* virum si ea sunt (viri etsi ita sunt *Schoellius*), *nisi prima adulescentis sunt; de metro etiam in fine versus non constat* 456 *senarius non* ἐν εἰσϑέσει ẹṃ ọm[nia] 457 paṭiọṛ iuṛ . . . çiḷḷẹ(*vel* i)iuṣlupiṣi(*vel* t) neque ṭis miṣẹre[ṛi] ḍẹçẹṭ, *ubi* infelix *ad arbitrium posui,* volup est *emendavi* 458 quaṃquaṃ hominẹṃ uinṭẹr . . . . us nep — 459 uẹrba daṛe (*vel* i) . . cẹssẹ ἐν εἰσϑέσει, *fuerit* necesse, *sed circum omnia obscura* 460 non illạ ta . . . . ṃ[aṭ]ọ[ṛ p]ọl [ṃi]ḥi qui . . . . ạ quị frangaṇṭ foedẹra mihi qui firma frangant *Schoellius, potius* sancta 461 ẹos . . . ẹṇiṃụ . . et ṃẹ . ẹ . . . . . . çẹ[ṛi]ṭ ἐν εἰσϑέσει 462 iu *et post 10 fere litteras* quiḍ lubeṭ . ṣṭa quid . . . . uesto . ç [ḍạ]bọ *vel* dabis, dabit, *ubi* dabis *posui propter responsum* 463 aẹ (*vel* at) . . . nẹ ḍo, *correxi* neque ṭẹr (*vel* a) . . iṭaṃ ḥọ[di]ẹ, *supplevit Studemundus stud. 2, 434* *dimeter anapaesticus cum iambico* 464 ἐν εἰσϑέσει, *post* operam *fortasse paucae litterae exstiterunt; quibus opus, ut clausula fiat sequitur versus vacuus* (*scaenae titulo: abiit Selenium*) 465. 466 quin ẹd (*vel* id) . . . . . ṃẹṃ (*vel* n) ṃihị | omneṣ morṭales u . ç . . . . . . ṣṭu . . . . ṃ çons —, *supplevit Schoellius* 467 quo *et in fine* ḅsẹçṛọ . aṭ fṛu[ṣṭṛa ọḅ]s[ẹç]ṛạs, *supplevit Studemundus* 468 — rp — ịns . . . . . . s . . must (insipientissumust *Schoellius*) 469 quị . sine [ọ]ṃṃ (*vel* n) *et in fine* ẹṭuṇdie suum . dabo; *cf. Trin. 338, Aul. 215 Bacch. 1131* 470 iuṣ iurandum *et in fine* n[ị]ụ . . . . uum 471 aṭ ego nuṇç . . . llo (*vel* u) m . . . . . . iụṛẹ iụrando —, *supplevit Schoellius* (caueam) 472 ṣimil . . . ius iurandum aṃ . . . . . quạ . . . us . ọṇfusicium, *supplevit Studemundus emend. Plaut. 10 sq.*

Alc. Nescia *
* (Mel.) nugas agis. 474
* *
Alc. Supplicium dabo * 477
quo modo ego *
* (Mel.) quia es nactus novam,
quae * quaedam quasi tu nescias.
* Alc. Di deaeque illam perdant + pariter.
* umquam, si hoc fallo. Mel. Nil moror
* falsum fallis, eo te * ignorat fides.
postremo, si mihi dedisses verba, deis numquam dares.
Alc. Quin equidem illam ducam uxorem. Mel. Ducas, si *
nunc hoc si tibi commodumst, quae *
Alc. Instruxi illi aurum atque vestem. (Mel.) *
siquidem amabas, * illi instrui.
sed sino. iam hoc mihi responde quod ⟨ego⟩ te rogavero:
instruxisti *
tibi ita ut voluisti * (Alc.) quod volo.
Mel. Eo facetu's quia tibi aliast sponsa locuples Lemnia. II 1, 16
habeas. neque nos factione tanta quanta tu sumus
neque opes nostrae tam sunt validae quam tuae; verum tamen
hau metuo ne ius iurandum nostrum quisquam culpitet:
tu iam, si quid tibi dolebit, scies qua doleat gratia.
Alc. Di me perdant — Mel. Quodcumque optes, tibi velim contingere.
Alc. Si illam uxorem duxero umquam, mihi quam despondit pater.
Mel. Et me, si umquam tibi uxorem filiam dedero meam.

---

473 nescia⟨s⟩ *cf. Most. 278* (*Studemundus*); *non sequebatur* quid olat *media* su, *in fine* ṃu . . . . dẹst 474 ṇọṇ ọ . . . . ọ ṃiḥi ṭẹ ṇọṣ . . . . c̣ . . ṣ ṇuṇḍẹ . . s ṇugas ạ[gi]s 475 ṣịạ — ịuquạquam ṃạ . . . . . sị (*vel* s *sine* i) 476 ṇọṇ me . . . . reṣ — ḍọ — aiṣ . ḷ — 477 daboa *et sub finem* ạṭque iḷḷi 478 quọ ṃọḍọ eg̣ — ạḍ meụ ḍị . . . . ṣẹr — 479 . . . . ṣṣ — quia 480 quạẹ — ḅịg . . s quaedam 481 pẹrg — ḍẹạẹque pariliter *Schoellius*, pariter ⟨atque me *vel* te⟩ *Seyffertus* 482 pẹṃ . . . . ṃuṣẹro uṃquam 483 — lsum fallis (*vel* — es) ẹọ te ḥạc̣ ịg̣ṇọrạṭ fiḍẹṣ 484 *primus folii 248, quod Cistellariae ultimum* *i. e. si me isto iureiurando fefellisses, deis poenam dares* 485 *post* si *legitur* d (*velut* dị ṭị[b]ị ḍu[int] *aut* duṃẹḍuṃ, *cf. apogr. p. 491*) 486 quạẹ— 487 uestem *Skutschius Plaut. u. Rom. 63:* uis— *vel* ues *sub finem* ṃạgiṣ — 488 amabas p̣roịṇ ḍị (*vel* proinde) . . c̣ . ṃu . . . . . ilḷi 489 q̣uọḍ [ẹg̣ọ t]ẹ r — *Studemundus*, rogauero *supplevi* 490 ịnṣ . . . . . . ṭ . . . ẹaṃ . . c̣ ẹ . . . . nẹs quịạ . ịṇḍuṭạ —, *initium supplevi* 491 uoluistị quidaṃ (*vel* — em) . . . . ọṣ quọḍ uọḷo 492 *accedit P, cf. ad v. 228* 495 haud *P* 497 dẹị *A* 498 sẹị *A* umquam mihi quam *A:* mihi unquam quam B^2, mihi umquam *VE* dispondit *E*, depondịṭ *A* 499 unquam *A* tibi umquam *Camerarius*

ALC. Patierin me periurare? MEL. Pol te aliquanto facilius,
quam me meamque rem perire et ludificari filiam.
alibi quaere ubi iuri iurando tuo satis sit subsidi:
hic apud nós iam, Alcesimarche, confregisti tesseram.
ALC. Face semel periclum. MEL. Feci saepe, quod factum queror.
ALC. Redde mi illam. MEL. Inter novam rem verbum usurpabo vetus:
quod dedi datum non vellem, quod relicuomst non dabo.
ALC. Non remissura es mihi illam? MEL. Pro me responsas tibi.
ALC. Non remittes? MEL. Scis iam dudum omnem meam sententiam.
ALC. Satin istuc tibi in corde certumst? MEL. Quin ego commentor quidem.
ALC. Non edepol ⟨ego⟩ istaec tua dicta nunc in auris recipio.
MEL. Non? hem, quid agis igitur? animum advorte iam, ut quid agas scias.
ALC. At ita me di deaeque, superi atque inferi et medioxumi,
itaque me Iuno regina et Iovis supremi filia
itaque me Saturnus eius patruos — MEL. Ecastor pater.
ALC. Itaque me Ops opulenta illius avia — MEL. Immo mater quidem.
ALC. Iuno filia et Saturnus patruos et summus Iuppiter —
tu me delenis, propter te haec pecco. MEL. Perge dicere.
ALC. Anne etiam, ut quid consultura sis sciam, pérgis eloqui?
MEL. Non remittam. definitumst. ALC. Enim vero ita me Iuppiter
itaque me Iuno itaque Ianus ita — quid dicam nescio.

---

500 paterin me periurare *A*, periurare me patiere *P* pol te *A:* atque *P* 501 me *om.* B^1VE 502 alibi quaere ubi iur[is i]urandi [tui] sit satias subsidii *A ubi genetivus vitiosus et* satias *ineptum est,* abi querere ubi tuo iurando tuo satis sit subsidii *P;* tuo iurando iuri (ς) *verborum positionem non defendit Pseud. 197* 503 alchesimarche *P* 504 sepe feci *P* quaeror *A* 506 relic(*vel* q)umst *A*, reliquum est *P* 507 responsa *P; cf. Herm. 18, 575* 508 iandudum *A* 509 in corde certum est *P:* certumst in corde *A* quin ego *P:* quin e *A omissis* go (*sequente* commentor); *scilicet nunc tertium idem audivit. cf. Truc. 736 sq.* 510. 511 *om. A* 510 *Melaenidi continuatur, correxi* ⟨ego⟩ *Schoellius* 511 non — agis *Alcesimarchi* (AL. *om. B*), igitur — scias *Melaenidis, correxi* iam *om. B* quod *V, E ex corr.* *sic ultimum adulescentis conatum repellit* 512 ALC. *Saracenus: om.* atque *AP: om. Priscianus 1, 62* 513 suppremi *P* 514 eius patruus et castor pater *Priscianus 1, 322,* patruus eius ecastor (et castor *B*) pater *P, personis distribuit Pylades:* eius patruus et summus pater *A* 515 *item Priscianus* MEL. *Saracenus:* AL. *P, spat. om. A* 516 *Melaenidis, corr. Saracenus* filia Iuno *A* patruus et AB^2*:* patruus est *P* *versum induxit Guietus* 517 MEL.: *spat. om. A, item v. sq.* 518 ut etiam *P,* etiam *A, correxi* sis sciam (sis scia *V,* si scias *E*) MEL. perge *P,* es perge *A, correxi; sed* perge *esse arbitror ipsum* pergis 519 MEL. *addidi* 520 itaque ianus *A:* et saturnus *P, nescio an verius*

iam scio. immo, mulier, audi, meam ut scias sententiam.
di me omnes, magni minuti, ét etiam patellarii
faxint, ne ego ⟨dem vivae⟩ vivos savium Selenio,
nisi ego teque tuamque + filiam meque hodie obtruncavero,
poste autem cum primo luci cras nisi ambo occidero,
et equidem hercle nisi pedatu tertio + omnis efflixero,
nisi tu illam remittis ad me. dixi quae volui. vale. —
MEL. Abiit intro iratus. quid ego nunc agam? si redierit
illa ad hunc, ibidem loci res erit: ubi odium occeperit,
illam extrudet, tum hanc uxorem Lemniam ducet domum.
sed tamen ibo et persequar: amens ne quid faciat, cauto opust.
postremo, quando aequa lege pauperi cum divite
non licet, perdam operam potius quam carebo filia.
sed quis hic est qui recta platea cursum huc contendit suom?
et illud paveo et hoc formido, ita tota sum misera in metu.

LAMPADIO II 2

Anum sectatus sum clamore per vias,
miserrumam habui. ut illaec hodie quot modis
moderátrix ⟨linguae⟩ fuit atque immemorabilis.
quot illí blanditias, quid illi promisi boni,
quot admoenivi fabricas, quot fallacias
in quaestione. vix exculpsi ut diceret,
quia ei promisi dolium vini dare.

PHANOSTRATA. II 3

Audire vocem visa sum ante aedis modo
mei Lampadisci servi. LAMP. Non surda es, era:

---

522 minuti et etiam *A:* minutique et *P* *deficit A* 523 *lacunam spatio notat B,* ⟨dem⟩ ς, ⟨uiuae⟩ *Bothius, Benoist;* ⟨oppingam⟩ *Schoellius, verbum aptum Curc. 60, hic non item* senio 524 *scribendum censeo* tuamque meque, *cf. 763, Aul. 744. alii inducunt* meque, *in quo tota vis sermonis posita est* 525 postea, *corr. Ritschelius* ambo *illam meque, magis ridicule quam si foret* ambas 526 et equidem hercle *cf. Poen. 508* perdatu, *cf. Nonius 64* (perdato *ex Catone*) omnis *unum sermoni sufficit. versum facit* efflixero omnis tertio 530 cum, *corr. Dissaldeus* 531 amans *VEB*² opus est *versus sic fiet et sententiarum constructio concinnior:* sed tamen amens ne quid faciat cauto opust. ibo et persequar 533 leget *B*¹*VE* 534 huc ς*:* hic tendit *B,* ostendit *E* 535 *putat ad se curri, id formidat, cum illud paveat; sic restat. cf. 688* 536 LAMPADISCVS SERVVS MELENIS LENA DV *BVE, nominis forma ex v. 544 ascita* 537 *cf. ad Asin. 581* quod *VE* 538 *supplevit Vssingius* 539 promissi *VE* promisi *non referendum ad* blanditias (*Vssingius*) 543 PHANOSTRATA MVLIER LAMPADISCVS SERVVS MELENIS LENA DV *BVE*

recte audivisti. Phan. Quid agis hic? Lamp. Quod gaudeas.
Phan. Quid id est? Lamp. Hinc ex hisce aedibus paulo prius
vidi exeuntem mulierem. Phan. Illam quae meam
gnatam sustulerat? Lamp. Rem tenes. Phan. Quid postea?
Lamp. Dico éi, quo pacto eam ab hippodromo viderim
erilem nostram filiam sustollere.
extimuit tum illa. Mel. Iam horret corpus, cor salit.
nam mihi ab hippodromo memini adferri parvolam
puellam eamque me mihi supponere.
Phan. Age perge, quaeso. ánimus audire expetit
ut gesta res sit. Mel. Vtinam audire non queas.

* *

Lamp. Pergo illa⟨m onerare⟩ dictis: 'illaec ted anus
fortu⟨nis ex secundis ad mi⟩seras vocat.
nam illaec tibi nutrix est, ne matrem censeas.
ego te reduco et revoco ad ⟨summas⟩ ditias,
ubi tu locere in luculentam familiam,
unde tíbi talenta magna viginti pater
det dotis; non enim hic, ubi ex Tusco modo
tute tibi indigne dotem quaeras corpore.
Phan. An, amabo, meretrix illa est quae illam sustulit?
Lamp. Immo [meretrix] fuit; sed ut sit dé ea re, eloquar.
iam perducebam illam ad me suadela mea:
anus éi amplexa est genua, plorans, obsecrans,
ne deserat se: eam suam esse filiam,
seque eam peperisse sancte adiurabat mihi.
'istanc quam quaeris' inquit 'ego amicae meae
dedi, quae éducaret eam pro filiola sua;
et vivit' inquit. 'ubi ea est?' inquam extempulo.

---

545 audisti *B V*   546 quid est id est *B*[1]   excisce   547 uide *B*[1], uidei *vel* iudei *VE*   549 hipodromo (-ma *VE*)   550 filiam nostram, *corr. Bothius*   551 PH. *praemittitur, corr. Pistoris*   LĒ (*i. e.* lena) *B*[2]: LĀ iam *om. B*   552 hipodromo *E*, hyppodromo *V*   554 quoso *VE*   ⟨nam⟩ animus *Pylades*   555 res gesta, *corr. Guietus*   LĀ, *corr. Pius*   *lacunam codices non indicant, in qua fuit Lampadionem anum persecutum filiam vidisse, eam dictis adgressum esse*   556. 557 *spatia relicta; post alios supplevit Schoellius*   te   558 illa haec   559 uoco, *corr. Pylades*   ⟨summas⟩ *Brixius*   diuitias   561 later *VE*   563 *versu orationem claudi, non imperfectam interrumpi apparet. hoc dicit: 'non profecto hic pater tibi dotem dabit, sed tute quaeres', adversativam sententiam subordinavit in loco haerens animo*   565 [meretrix] *Bothius*   567 ei ⟨quom⟩ *Seyffertus*   568 non *VE*

Phan. Servate di med obsecro. Mel. At me perditis.
Phan. Quoi illam dedisset exquisisse oportuit.
Lamp. Quaesivi, et dixit meretrici Melaenidi.
Mel. Meum elocutust nomen, interii ⟨oppido⟩.
Lamp. Vbi elocuta est, ego continuo [anum] interrogo;
'ubi habitat?' inquam 'duc ac demonstra mihi.'
'avecta est' inquit 'peregre hinc habitatum.' Mel. Obsipat
aculam. Lamp. 'Quo avecta est, eo sequemur. sicine
agis núgas? periisti hercle, ni * *
* * ⟨non⟩ hoc longe destiti
instare, usque adeo donec se adiurat anus
iam mihi monstrare. Phan. Át non missam oportuit.
Lamp. Servatur. sed illaec se quandam aibat mulierem
suam bene volentem convenire etiam prius,
commune quacum id esset sibi negotium.
et scio venturam. Mel. Me indicabit, et suas
ad meas miserias + alias faciem consciam.
Phan. Quid nunc vis facere me? Lamp. Intro abi atque animo bono es.
vir tuos si veniet, iube domi opperirier,
ne in quaestione mihi sit, si quid eum velim.
ego ad ánum recurro rursum. Phan. Lampadio, obsecro,
cura. Lamp. Perfectum ego hoc dabo negotium.
Phan. Deos téque spero. — Lamp. Eosdem ego, uti abeas domum.
Mel. Adulescens, asta atque audi. Lamp. Men, mulier, vocas?
Mel. Te. Lamp. Quid negoti est? nam occupatus sum ampliter.
Mel. Quis istic habitat? Lamp. Demipho dominus meus.
Mel. Nempe istic est, qui Alcesimarcho filiam

---

573 pha. B^2*: om.* di me *VE*, me di *B* len. B^2*: spat.* 574 quo 575 quęsilui *VE* dixi* B^1 576 elocutus est *B*, elocutum est *VE* *supplevit Pylades* 577 [anum] *Acidalius* 578 dic *Beckerus non recte* 579 properegre *VE* 580 aculam *cf. Curc. 160* scine B^1*VE* 581. 582 peristine hercle hoc longe dedisti (destiti ς) *sine lacunae indicio, quam detexit Schoellius, corrigens* hercle ni *et explens in hunc modum:* ni ⟨mihi dixeris | ubi habitet nunc. non hercle⟩ hoc 584 eam *Pylades, potius* iam ⟨eam⟩ (*Muellerus*) anon VE^2, annon E^1, ab non ς 585 aiebat 586 uene B^1*VE* pius *VE* 588 indicauit, *corr. Camerarius* 589. 590. *haec quoque lacunosa esse probabiliter statuit Schoellius sic fere explenda:* alias ⟨adiunget mala | Seleniumque fraudis⟩ faciet consciam 592 operirier 593 quaestionem, *corr. Camerarius* quid (*i. e.* quidem) *VE*, *ut saepe* 596 uti ego VE^1 habeas *de constructione cf. Bacch. 370* 599 istuc B^1*VE* dephimo *VE* 600 alchesimarcho

suam despondit in divitias maxumas?
Lamp. Is ipsust. Mel. Eho tu, quam vos igitur filiam
nunc quaeritatis alteram? Lamp. Ego dicam tibi:
non ex uxore natam uxoris filiam.
Mel. Quid istuc est verbi? Lamp. Ex priore muliere
nata, inquam, meo ero est filia. Mel. Certe modo
huius, quaé locuta est, quaerere aibas filiam.
Lamp. Huius ergo quaero. Mel. Quo modo igitur, obsecro,
haec est prior, quae nupta nunc est? Lamp. Conteris
tu tua me oratione, mulier, quisquis es.
medioxumam quam duxit uxorem, ex ea
nata est haec virgo, Alcesimarcho quae datur.
ea uxór diem obiit. iam scis? Mel. Teneo istuc satis.
sed ego illud quaero confragosum, quo modo
prior pósterior sit et posterior sit prior?
Lamp. Prius hanc compressit quam uxorem duxit domum,
prius grávida facta est priusque peperit filiam;
eam póstquam peperit, iussit parvam proici:
ego eam proieci, ália mulier sustulit,
ego inspectavi. érus hanc duxit postibi.
eam núnc puellam filiam eius quaerimus.
quid nunc supina susum in caelum conspicis?
Mel. Ei nunciam istuc quo properabas, nil moror.
nunc intellexi. Lamp. Dis hercle habeo gratiam,
nam ni intellexes, numquam, credo, amitteres. —
Mel. Nunc mihi bonae necessumst esse ingratiis,
quamquam esse nolo. rem palam esse intellego:
nunc egomet potius hanc inibo gratiam
ab illis, quam illaec me indicet. ibo domum,
atque ad parentes redducam Selenium. —

---

601 dispondit 602 ipsus est eo B^1VE 603 deiciam B^1V, deitiam *E* 605 uerbis BVE^1 606 filia est *Camerarius* certo, *corr. Camerarius* 607 huius: hęcest *ut vid.* B^1 aiebas 608 ergo *'alii' Taubmannus:* ego *VE, om. B; cf. Aul. 323 Most. 1119* 611 ducit *B* 612 alchesi (alchei *E*) marcho 613 obiit iam *B:* ohiitiam *V*, ochriturum E^1, obiit E^2 614 confrango sum *VE* 615 et *induxit Merula* posterio B^1 618 parua B^1 619 aliena *Schoellius* 620 duxit erus hanc *Schoellius* 622 suspina B^1, suppina *VE* susum in *Pylades:* susum iam B^2, sus iam B^1VE^2, sūs iam E^1 623 nunc *B* istunc B^1VE 626 necessust *BE*, necessus est *V, cf. Stich. 219, Mil. 1118* esse *om. B* ingratis 630 reducam *VE*, reduco *B*

MELAENIS III

Rem élocuta sum tibi omnem; sequere hac me, Selenium,
ut eorum quoiam esse oportet te sis potius quam mea.
quamquam invita te carebo, ánimum ego inducam tamen
ut illud quem ⟨ad modum⟩ tuam in rem bene conducat consulam.
nam hic crepundia insunt, quibuscum te illa olim ad me detulit,
quae mihí dedit, parentes te ut cognoscant facilius.
accipe hanc cistellam, Halisca. ágedum pulta illas fores.
dic me orare ut aliquis intus prodeat propere ocius.

ALCESIMARCHVS

Recipe me ad te, Mors, amicum et benevolum.

SELENIVM

Mater mea,
periimus miseraé. Alc. Vtrum hac me feriam an ab laeva latus?
Mel. Quid tibi est? Sel. Alcesimarchum non vides? ferrum tenet.
Alc. Ecquid agis? remorare. lumen linque. Sel. Amabo, accurrite,
ne se interemat. Alc. O Salute méa salus salubrior,
tu nunc, si ego volo seu nolo, sola me ut vivam facis.
Mel. Haud voluisti istuc severum facere. Alc. Nil mecum tibi,
mortuos tibi sum: hanc ut habeo certum est non amittere;
nam hercle iam ad me adglutinandam totam decretum est dare.
ubi estis, servi? occludite aedis pessulis, repagulis
ilico: hanc ego tetulero intra limen. — Mel. Abiit, abstulit
mulierem. ibo, persequar iam illum intro, ut haec ex me sciat
éadem, si possum tranquillum facere ex irato mihi.

---

631 MELENIS LENA SELENIVM MERETRIX · C · (C *om. B*) *BVE; Halisca titulo deest. cf. ad Asin. IV, 2* sunt ibi EV^2, sunt tibi V^1 sequere hac me *Seyffertus:* sequerem (-e *E*) mea (-am *VE*) B^1VE, sequere me mea B^2 633 indicam B^1VE 634 quam, *correxi et supplevi* 635 repundia *V*, repudia *E, post rasuram* (repudia *eras.?*) epundia B^1 quibus quom tetulit *B* 636 ut te *B* 637 acipe *B* hal lisca E^2, has liscas VB^2, has licas B^1, has lucas E^1 *post nomen aliquid intercidisse* (*ab* s⟨ed⟩ *incipiens*) *propter v. 713 sq. coniecit Seyffertus* pulita B^1 639. 640 ALCHESIMARCHVS ADOLESCENS · MELENIS LENA · SELENIVM MERETRIX *BVE* mor *VE* 641 perimus misere *VE* 642 alchesimarchum tenens B^1VE, tenenst B^2, *corr. Bothius* 643 rememorare *VE* accurite B^1, arcurrite *V* 644 mea *ad* salus 645 me sola B^2, me B^1 uiam *VE* 646 istunc seuerum *cf. Poen. 1170; expectamus* serio istuc 647 habeam *B ante corr.* 648 adglutinandum tota B^1 *cf. Platonis conv. 192 c* 650 ilico *Vssingius* (*qui scripsit* ilico ubi hanc): ibo; *cf. Kaempfius de pron. pers. 22* 652 si ς: sed B^1V, set *vel* sit E^1, sic B^2E^2

LAMPADIO IV 1

Nullam ego me vidisse credo magis anum excruciabilem
quam illaec est, quae dudum fassa est mihi quaene infitias eat.
sed eccam eram video. sed quid hoc est, haec quod cistella hic iacet
cum crepundiis? nec quemquam conspicor alium in via.
faciundum est puerile officium: conquiniscam ad cistulam.

PHANOSTRATA

Quid agis, Lampadio? LAMP. Haec cistella numnam hinc ab nobis domo est?
nam hinc ab ostio iacentem sustuli. PHAN. Quid nuntias
super anu? LAMP. Scelestiorem in terra nullam esse alteram.
omnia infitiatur ea quae dudum confessa est mihi.
nam hercle ego ⟨quam⟩ illam anum inridere me ut sinam, satiust mihi
quovis exitio interire. PHAN. Di, obsecro vostram fidem.
LA. Quid deos obsecras? PH. Servate nos. LA. Quid est? PH. Crepundia
haec sunt, quibuscum tu extulisti nostram filiolam ad necem.
L. Sanane es? P. Haec sunt profecto. L. Pergin? P. Haec sunt. L. Si mihi
alia mulier istoc pacto dicat, dicam esse ebriam.
PHAN. Non ecastor falsa memoro. LAMP. Nam, obsecro, unde haec gentium?
aut quis deus obiecit hanc ante ostium nostrum, quasi
dedita opera, in tempore ipso? PHAN. Spes mihi sancta subveni.

HALISCA IV, 2

Nisi quíd mi opis di dant, dísperii, neque unde aúxilium expetam hábeo.
itaque † petulantia mea me animi miseram habet.
quae in térgum meúm ne veniánt, male formido,

---

653 LAMPADISCVS SERVVS PHANOSTRATA MVLIER *BVE* 654 illa haec *VE* fassas est B^1VE 656 conspicior B^1 657 puerile officium B^2, *Nonius 84:* puer illofficium (-tium *VE*) conquiniscam *testatur Nonius:* quomque mei sciam (*i. e.* quomqueineiscam) 659 hostio *VE* 660 LAMP. *praemittunt* B^1E LAMP. B^2*: spatium* terram B^1VE 661 infitiare, *corr. Pius* 662 ⟨quam⟩ *Seyffertus stud. Pl. 17* (*Amph. 1017 Bacch. 512 Cas. 111*) inredire B^1 satius est 664 uos crepudia *VE* 665 quibus contu *VE* filiola B^1 666 prophetio B^1VE pergehin B^1VE PHA. B^2*:* Lã *VE*, * * B^1 L. *om.* 667 ist hoc *BE*, iest hoc *V* 668 LAMP. *praemittit* B^2, *personas om.* B^1VE falsa *Camerarius:* e ais a *VE*, ais ham B^1, ham B^2 L. *Vssingius: spatium* ec B^1 669 an *Seyffertus* hostium *VE* 670 PH. B^2*: spatium* subuenit, *corr. Scioppius* 671 HALISCA ANCILLA LAMPADISCVS SERVVS PHANOSTRATA MVLIER *BVE* opes B^1VE dent B^2 neque *bis VE* auxilii expectam *VE* ⟨ego⟩ habeo *Ritschelius* 672 ⟨et⟩ petulantia *Schoellius*, *desidero* et stultitia. *in fine idem intercidisse coniecit velut* et nequitia angit, *cf. v. 673* ueniant 673 integrum *VE* ueniat ꝰ formid * B^1, formida *VE*

si era méa ⟨me⟩ sciát tam socórdem esse quám sum.
quamne ín manibus ténui atque accépi hic ante aédis
cistéllam, ubi ea sít nesció, nisi ut opínor
loca haec circiter excidit mihi.
mei hómines, mei spectátores, facite índicium, si quís vidit,
quis eam ábstulerit quisve sústulerit et utrum hác an illac iter ínstiterit.
non súm scitiór, quae hos rogem aút quae fatígem,
qui sémper maló muliebrí sunt lubéntes.
nunc véstigia híc si qua súnt noscitábo.
nam sí nemo hac praéter iít, postquam intro ábii,
cistélla hic iacéret. quid híc? perii, opínor.
actum ést, ilicét me infelícem et sceléstam.
nulla ést, neque ego sum úsquam. perdita perdidit me.
sed pérgam ut coépi tamén, quaeritábo.
nam et intús paveo et foris fórmido,
ita núnc utrubique metús me agitat.
ita súnt homines miseré miseri:
ílle nunc laétus est, quísquis est, qui íllam habet,
quaé neque illa ílli quicquam úsui et mi exítio est.
sed mémet morór, quom hoc agó setius.
Halísca, hoc age, ad térram aspice ét despice,
oculís investíges, astúte augura.
Lam. Era. Ph. Hém quid est? Lam. Haec ést. Ph. Quis est?
Lam. Quoi haec éxcidit cistélla.
Phan. Certe est, eum locum signat, ubí ea excidit: apparet.

674 ⟨me⟩ *Muellerus* 675. 676 *coniuncti* 675 tenuit atque accepit B^1VE hinc BV 677 aec BV exci * dit B^1, excindit VE; *fort.* ⟨neglegenti⟩ excidit mi 678 mi homines mi quid B^1, quiđ VE uidet B^1VE 679 quis *Bothius:* siquis quisue *om.* B^1; *cf. ad Amph. 84* inter B^1, inte VE^1, ite E^2 institer * * B^1, in stituit E^1, instuerit V 680 non sum *om.* B^1VE 681 iubentes VE 682 siquia B^1V 683 nemeus *ut vid.* B^1 practeriit hac *Fleckeisenus* abi VE 684 periit, *corr. Spengelius* 685 actutum VE^2 illic et VE 686 periit perdidit *Spengelius* 688. 688ª *coniuncti* utrobique B^2, utrub * * que B^1, ut rubus que VE 689 ita *Schoellius:* illo sunt *bis* VE hominis miserere (misere * E) misereri VE 691 illa *cf. ad Trin. 1023* et *Seyffertus:* est; *cf. Rud. 1083* exitio est *L.:* esse potest (esse exitio potest *Schoellius*) 692 ago setius *om.* VE; segnius *Vssingius* 693. 694 *coniuncti* 694 inuestigies B^1VE, inuestigans ϛ 695 LAMP. Era PHAN. Heni (hem E) L. est (s̄t V, s̄t q̄ E) P. quid est L. haec est P. Quis | L. Quoi, *corr. Camerarius, Spengelius* excididit B 696 est eum *L.* (eum *Bothius*): eccum locus, *corr. Pylades*

Hal. Sed is hác iit, hac socci video
vestígium in pulvere, pérsequar hac.
in hoc iám loco cum altero cónstitit. hic
meis túrba oculis modo se óbiecit: 699a
neque prórsum iit hac: hic stétit, hinc illo
exiít. hic conciliúm fuit. 700a
ad duós attinet, liquidúmst. attat,
singulúm video vestígium. 701a
sed is hác abiit. contémplabor. hinc húc iit, hinc nusquam ábiit.
actám rem ago. quod periít, periit: meum córium ⟨cum⟩ cistélla.

redeo íntro. Phan. Muliér, mane. sunt quí volunt té conventam.
Hal. Quis mé revocat? Lamp. Bona femina et malus masculus volunt te.
Hal. * * postremo ille
plus qui vocat scit quod velit, quam ego quae vocor. revortor.
[ecquem vidisti + quaerere hic, amabo, in hac regione
cistellam cum crepundiis, quam ego hic amisi misera?
nam dudum ut accucurrimus ad Alcésimarchum, ne se
vita interemeret, tum ⟨éam mihi op⟩inor excidisse.
Lamp. Cistellam haec mulier ⟨perdidit. tace⟩amus, era, parumper.
Hal. Disperii misera. quid ego erae dicam? quae me opere tanto
servare iussit, qui suos Selenium parentes
facilius posset noscere, quae erae [meae] supposita est parva,

697—701^a *systema sic disponunt:* Sed — hac | In — turba | Oculis — obiecit | Neque — hic | Concilium — uestigium 697 sed is (*cf. 702*) *del. Ussingius; fort.* ecquis iit B^2*:* ut 698 impuluere B^1V 699 *i. e.* altro consistit *VE* 699^a *scilicet antequam locum invenit* 700 illuc 700^a fuit *spondeus est* 701 liquidumst *Schoellius:* liquis *V,* siquis *E,* hi qui sunt B^2 *in ras.* (li *pro* hi B^1) atat E^1, et ad *Nonius 171* 702 iit B^2*:* ut B^1, lit *VE* hic B^1VE 703—706 *disp.:* Actam — mane (*sed* Cistella) | Sunt — reuocat | Bona — ille 703 peperiit periit *B,* peperit peperit *VE, corr. Merula* ⟨cum⟩ *Valla* 704 mulier mane *om. VE, B ante corr.* *iteres* mane (*Asin. 229 Aul. 655 Men. 179 Merc. 474*), *nisi* intro *trisyllabum* 705 lamp. B^2*:* ph. *V, om.* B^1E 706 *de lacuna cf. ad v. 341. talia desiderantur:* quid agam? maneam an ut occeperam intro abeam? 707 quae uoco VE^2 708 ecquaem *V,* haec quem ę (em *ex* on *ut vid.*) *E* tollere *Valla, sed tale fuisse potest:* ecquam (*vel* ecquem *femin.*) vidisti, quisquis es 709 *cf. Fulgentius 566:* Plautus: cistellam mihi offers (affers) cum crepundiis, *cf. de Vidul. 16* 710 accurrimus, *cf. Merc. 201* alchesimarchum (-machum *E*) 711 uitam (*adhaeret versui 710*) interemerit (-emit *E*) *amissorum verborum spatia relicta et hic et in ceteris scaenae lacunis* eam mihi opinor *L.:* more; *nec* prae timore *versus nec* in clamore *sermo admittit* 712 aec *B V,* ex *E* *supplevit Seyffertus* (maneamus) 713 erae *Guietus:* ea era B^1, eam era *VE,* meae erae B^2 715 nosceret B^1E meae *om.* ς

quam quaedam meretrix ei dedit. Lamp. Nostram haec rem fabulatur,
hanc scire oportet, filia tua ubí sit, signa ut dicit.
Hal. Nunc eam volt suae matri et patri, quibus nata est, reddere ultro.
mi homo, obsecro, alias res geris, ego tibi meas res mando.
Lamp. Istuc ago, atque istic mihi cibus est, quod fabulare,
sed inter rém agendam istam erae huic respondi quod rogabat.
nunc ad te redeo: si quid est opus, dic, impetratumst.]
quid quaeritabas? Hal. Mí homo et mea mulier, vos saluto.
Phan. Et nos te. sed quid quaeritas? Hal. Vestigium hic requiro,
qua aufugit quaedam * aestio * Lamp. Quid id? quid nam est?
Hal. Alienum * et maerorem familiarem.
Lamp. Mala mers, era, haec et callida est. Phan. Ecastor ita videtur.
Lamp. Imitatur nequam bestiam et damnificam. Phan. Quamnam, amabo?
Lamp. Involvolum, quae in pampini folio intorta implicat se:
itidem haec exorditur sibi intortam orationem.
quid quaeritas? Hal. Cistellula hinc mi, adulescens, evolavit.
Lamp. In caveam latam oportuit. Hal. Non edepol praeda magna.
Lamp. Mirum quin grex venalium in cistella infuerit una.
Phan. Sine dicat. Lamp. Si dicat quidem. Phan. Age lóquere [tu]
quid ibi infuerit.
Hal. Crepundia una. Lamp. Est quidam homo, qui illam ait se scire ubi sit.
at pol ille a quadam muliere, si eam monstret, gratiam ineat.
Lamp. At sibi ille quidam volt dari mercedem. Hal. At pol illa quaedam,
quae illam cistellam perdidit, quoidam negat esse quod det.

---

716 meritrix *B* 718 *Lampadioni continuatur, corr. Saracenus* 720 ego *B* 722 dic * * B^1 (dicit?) impetratumst *L.:* impetra et tu 708—722 *alienos esse intellexit post Bothium Langenus stud. Plaut. 283 sq., qui dittographiam esse dixit versuum 723—741. sed et inter 707 et 723 aliquid desideratur et dittographia videtur etiam cantici loco posita fuisse* 723 ⟨o⟩ mi *Langenus* 724 *post* hic *erasum fort.* quaero *B* 725 qua *ex* quo *B* aestio *B*, aestic *VE; suppleas velut* ⟨ac pluribus m⟩aestit⟨iam dat⟩, *scil. scriptum* maesticiam L. *Pylades: om.* quid id? quidnam est? *cf. Epid. 50* 726 *suppleas* ⟨concinnat malum⟩ *fere cum Schoellio* memorem *VE* 727 mens B^2 728 maleficam *Isidorus sensum non verba reddens orig. 12, 5, 9* quin (quid *E*) nam, *corr. Camerarius; nisi fuit* quemnam (*cf. 708*) 729 *cf. Paulus 112* (inuoluus) inpanpini (*post* ni *eras. ut vid.* ni *B*, imp. *V*) BVE^2, inparpini E^1 filio B^1V 730 exordetur 731 cistella *V*, cistellam *BE*, *corr. Bentleius* hic adolescens *B* 732 cauea *Pylades, recte ut puto, neque enim sequentia quadrant et post* oportuit *intercidisse videntur verba Haliscae respondentis et Lampadionis interrogantis quid infuerit* 734 tu *seclusi* 735 scire: sorore *V et similiter* E^1 736 ad *VE*, a * *B* 737 mecedem B^1 738 quoidam (*cum* det *coniungendum*) B^2 *var. l.:* quoi dat

Lamp. At enim ille quidam o⟨peram bonam magis⟩ expetit quam argentum.
Hal. At pol illi quoidam mulieri nulla opera gratuita est.
Phan. Commodule quaedam. tu tibi nunc prodes. confitemur
cistellam habere. Hal. At vos Salus servassit. ubi ea nunc est?
Phan. Salvam eccam. sed ego rem meam magnam confabulari
tecum volo: sóciam te mihi adopto ad meam salutem.
Hal. Quid istúc negoti est? aut quis es? Phan. Egó sum illius mater,
quae haec gestitavit. Hal. Hicine tu ergo habitas? Phan. Hariolare.

sed quaéso, ambages, mulier, mitte atque hoc age.
eloquere, unde haec sunt tibi, cito, crepundia.
Hal. Mea haec erilis gestitavit filia.
Lamp. Mentiris, nam mea gestitavit, non tua.
Phan. Ne obloquere. Lamp. Taceo. Phan. Mulier, perge dicere.
ubi ea est, quae gestitavit? Hal. Hic in proximo.
Phan. Istic quidem edepol mei virí habitat gener.

*

Phan. Ne obloquere rusus. perge porro dicere.
quot annos nata dicitur? Hal. Septemdecim.
Phan. Mea est. Lamp. East: u⟨ numer⟩us annorum attulit.
Hal. Quid qua ⟨tibi causa haec dixi?⟩ iam quaero meam.
Lamp. At po⟨l ego ⟩ sunt, quaero tertiam.
Phan. Quod quaeritabam, filiam inveni meam.
Hal. Aequom est ⟨reponi⟩ per fidem quod creditum est,
ne bene merenti sit malo benignitas.
nostra haec alumna est, tua profecto filia:

*

---

739. 740 la. — ha. ς: *om.* 739 quoi damu * *B*, quo id amo *VE, supplevit Seyffertus* (quidam ς) quam argentum expetit, *correxi* 740 quidam, *corr. Muellerus* 741 ph. *Camerarius: om.* (la. ς) commodo loquelam, *correxi; cf. Rud. 468* tua tibi nunc prodens, *corr. Vssingius; cf. Capt. 371.* prodens *pro* proferens *non Plautinum* 742 seruasit B^1EV 743 ph. *B:* ha. *VE* 745 quis est sun illiuse (e *ut vid.*) B^1; *fort.* ego ⟨qui⟩ sim? 746 hic in *VE*, hicme *ut vid.* B^1 habitias *B* 747 quesso VB^2 749 filia —750 gestitauit *om.* B^1VE 751 ph. E^2*: om.* (*spat. B*) 753 habitabat *Schoellius Lampadionis verba intercidisse vidit Camerarius* 754 ph.: *om.* (la. ς) ne *ad amissa Lampadionis verba rettulit Vssingius* rusus *VE:* russus B^1 *ut vid.*, rursum B^2 755 quod B^1VE septem decet B^1VE, septem decem et B^2, *corr. Bothius* 756 L. *om.* u: *puta* uiuam, uinctam, ipsam ⟨numer⟩us *Camerarius* 757 *supplevi* 758 at po⟨l ego, quom duae ad⟩sunt *Vssingius* 760 *supplevi, cf. Pers. 37* 762 calumnia (-omnia *V*, -ompnia *E*), *corr. Valla lacunam indicavit Seyffertus*

et redditura est tuam tibi, et ea gratia
domo profecta est. ceterum ex ipsa, obsecro,
exquaeritote: ego serva sum. PHAN. Aequom postulas.
HAL. Illius égo istanc esse malo gratiam.
sed istánc cistellam te opsecro ut reddas mihi.
PHAN. Quid fit, Lampadio? LAMP. Quod tuom est teneas tuom.
PHAN. At me huius miseret. LAMP. Sic faciundum censeo:
da isti cistellam et intro abi cum istac semul.
PHAN. Tibi auscultabo. tene tu cistellam tibi,
abeamus intro. sed quid ⟨est⟩ nomen tuae
dominae? HAL. Melaenis. PHAN. I prae, iám ego te sequar. —

DEMIPHO V

Quíd hoc negoti est, quód omnes homines fabulantur per vias
mihi esse filiam inventam? et Lampadionem me in foro
quaesivisse aiunt. LAMP. Ere, unde is? DEM. Ex senatu. LAMP. Gaudeo
tibi mea opera liberorum esse amplius. DEM. Enim non placet.
nil moror aliena mi opera fieri pluris liberos.
sed quid istúc est? LAMP. Propera ire intro húc ad adfinem tuom,
filiam tuam iám cognosces intus. íbidem uxor tua est.
abi cito. DEM. Praevorti hoc certumst rebus aliis omnibus. —

CATERVA

Ne exspectetis, spectatores, dum illi huc ad vos exeant:
nemo exibit, omnes intus conficient negotium.
ubi id erit factum, ornamenta ponent; postidea loci
qui deliquit vapulabit, qui non deliquit bibet.
nunc quod ad vos, spectatores, relicuom relinquitur,
more maiorum date plausum postrema in comoedia.

---

763 reditura *B ante corr.*, *E* 766 istam necesse (-so *VE*), *corr. Camerarius* male *VE* 768 sit *VE* 770 et B^2 *in ras.* (*eras.* tibi?): te *VE* abi * (*eras.* a?) *B*: abii *VE* simul B^2 771 PH. *Merula: spat. B, om. VE* (PH. *v. 770 praem.* B^2) 772 ⟨est⟩ *Studemundus* 773 domnae *B* Melaenidi *Beckerus in Studemundi stud. 1, 171* i ς: i i 774 DE MIPHO (DEPHIMO *VE*) SENEX LAMPADISCVS SERVVS fabuluntur B^1 775 filiam mihi esse *Vssingius* et padictonem B^1, et paditionem *VE*, etiam Lampadionem *Schoellius* 776 undi B^1VE 777 etenim, *corr. Bothius, cf. Langenus symb. 263* 779 hunc *VE* 781 DE. *praemissum, corr. Pius* 784 lucio B^1 *ut vid.*, lici *VE* 785 uapulauit B^1V 786 reliquum PLAVTI CISTELLARIA EXPLICIT *BVE*

ad Cistellariam rettulit Reitzensteinius Verr. Forsch. 59 glossam Pauli 61, 8 coniuola occulta, *cf. corp. gloss. 5, 15, 12 et 57, 22; item Seyffertus in Bursiani annal. 63, 2 sequentem Pauli glossam* cogitatim aduerbialiter pro cogitate. *denique in glossario Plautino* (*p. 235 R.*): in Cistellaria nudiussextus (*v. frg. I*). summatim. benigniter.

CVRCVLIO

ARGVMENTVM

Curculio missu Phaedromi it Cariam,
Vt petat argentum. ibi eludit anulo
Rivalem. scribit atque obsignat litteras.
Cognoscit signum Lyco, ubi vidit, militis:
Vt amicam mittat, pretium lenoni dedit.
Lyconem miles ac lenonem in ius rapit.
Ipsus sororem, quam peribat, repperit,
Oratu cuius Phaedromo nuptum locat.

PLAVTI CAPTIVI EXPLICIT INCIPIT CVRCVLIO *BVE* *in A Curculionis condicio qualis olim fuisse videatur coniecturam facit Studemundus apogr. f. 167*^{v} 1 missus, *corr. Gulielmius, cf. arg. Epid. 2* it ⟨in⟩ *Pylades, cf. ad 67* 2 ibi ⟨ille⟩ *Camerarius cf. 630* 7 repperit *praesens fecit auctor*

PERSONAE

Palinvrvs servus
Phaedromvs adulescens
Leaena anus
Planesivm virgo
Cappadox leno
Cocvs
Cvrcvlio parasitus
Lyco trapezita
Choragvs
Therapontigonvs miles

SCAENA EPIDAVRI

PALINVRVS I 1

Quo ted hoc noctis dicam proficisci foras
Cum istoc ornatu cumque hac pompa, Phaedrome?

PHAEDROMVS

Quo Venus Cupidoque imperat, suadet Amor:
si media nox est sive est prima vespera,
si status condictus cum hoste intercedit dies,
tamen est eundum quo imperant ingratiis.
PAL. At tandem, tandem — PHAED. Tandem es odiosus mihi.
PAL. Istuc quidem nec bellum est nec memorabile:
tute tibi puer es, lautus luces cereum.
PHAED. Egon apicularum congestum opera non feram,
ex dulci oriundum melculo dulci meo?
PAL. Nam quo te dicam ego ire? PHAED. Si tu me roges,
dicam ut scias. PAL. Si rogitem, quid respondeas?
PHAED. Hoc Aesculapi fanum est. PAL. Plus iam anno scio.
PHAED. Huic proxumum illud ostiumst oculissimum.

PALINVRVS SERVVS PHEDROMVS ADOLESCENS *BVE* 1 quo ted hac noctis d. p. f. *codd.*, quo te de hoc noct — ficisci foras *Charisii p. 112 Bobiensis,* quod et hoc tis *Diomedes 441* (*uterque testantes* ted) 2 isto B^1 3 quod *Nonius 421,* quem *schol. Aen. 4, 194* cupidoque *Nonius, schol. Verg.:* cupido (cupio *V*) imperant *Pylades, cf. 632 Aul. 750, Ter. Ad. 340. 470* suadet B^1, *schol. Verg.:* suadetque VEB^2 5 conditus *VE* intercedit *item Festus 314, schol. Aen. 4, 424:* intercessit *Macrobius 1, 16, 14* 6 imperant *Festus:* imperat ingratus *VE,* ingratis *Festus* 10 egon: ego nam *Priscianus 1, 107* opera congestum *cum Prisciano, corr. Bothius* 11 melliculo, *cf. Cas. 837. pertinet ad utrumque* dulci 12 PH. *om.* (*praem. v. sq.*) 13. 14 *pers. om.* 15 ostium, *corr. Fleckeisenus* occlusissimum, *correctum ex Festo 178* ⟨oculissi⟩mum ostium amicae, *cf. Paulus* oculissimum carissimum, Pl. oculissimum ostium amicae, *ubi* amicae *grammatici est, non poetae*

salve, valuistin? Pal. Ostium occlusissimum,
caruitne febris te herí vel nudiustertius
et heri cenavistine? Phaed. Deridesne me?
Pal. Quid tu ergo, insane, rogitas valeatne ostium?
Phaed. Bellissimum hercle vidi et taciturnissimum,
numquam ullum verbum muttit: cum aperitur tacet,
cum illa noctu clanculum ad me exit, tacet.
Pal. Numquid tu quod te aut genere indignum sit tuo
facis aut inceptas facinus facere, Phaedrome?
num tu pudicae cuipiam insidias locas
aut quam pudicam ésse oportet? Phaed. Nemini,
nec me ille sirit Iuppiter. Pal. Ego item volo.
ita tuom conferto amare semper, si sapis,
ne id quod ames populus si sciat, tibi sit probro.
semper curato ne sis intestabilis.
Phaed. Quid istúc est verbi? Pal. Caute ut incedas via:
quod amas amato testibus praesentibus.
Phaed. Quin leno hic habitat. Pal. Nemo hinc prohibet nec vetat,
quin quod palam est venale, si argentum est, emas.
nemo ire quemquam publica prohibet via;
dum ne per fundum saeptum facias semitam,
dum ted abstineas nupta, vidua, virgine,
iuventúte et pueris liberis, ama quid lubet.
Phaed. Lenonis hae sunt aedes. Pal. Male istis evenat.
Phaed. Qui? Pal. Quia scelestam servitutem serviunt.
Phaed. Obloquere. Pal. Fiat maxume. Phaed. Etiam taces?
Pal. Nempe obloqui me iusseras. Phaed. At nunc veto.
sed ita uti occepi dicere: ei ancillula est.
Pal. Nempe huic lenoni qui hic habitat? Phaed. Recte tenes.
Pal. Minus fórmidabo, ne excidat. Phaed. Odiosus es.
eam vólt meretricem facere. éa me deperit,
ego autem cum illa facere nolo mutuom.

---

16 voluistin *VE* Pal. *L.: om.* 17 Pal. *praem.* caruit me *VE* uel *i. e. vel, si febris tua quartana est, nudiustertius* 21 mittit B^1E 22 cumque *Pylades* 23 generi 24 incoeptas *B*, inceptus *E* 26 oportet esse *Pylades* 27 illi *VE* sinit, *corr. Muretus* 31 . 32 *transposuit Bothius* 32 uerbi *om. VE* 31 amato *Camerarius:* ama 33 hinc *ς:* huic *VE*, hic *B* 36 faciat *Fleckeisenus coniungens cum v. 35* 37 te 39 eueniat 43 sed ita ut *Reizius:* id uti *B*, induti *VE; cf. Poen. 470* 44 habet *Bothius* 45 exedat, *corr. Lambinus* 46 ⟨at⟩ ea *Fleckeisenus*

PAL. Quid ita? PHAED. Quia proprium facio: amo pariter simul.
PAL. Malus clándestinus est amor, damnumst merum.
PHAED. Est hercle ita ut tu dicis. PAL. Iamne ea fert iugum?
PHAED. Tam a me pudica est quasi soror mea sit, nisi
si est osculando quippiam impudicior.
PAL. Semper tu scito, flamma fumo est proxima;
fumo comburi nil potest, flamma potest.
qui é nuce nuculeum esse volt, frangit nucem:
qui volt cubare, pandit saltum saviis.
PHAED. At illa ést pudica neque dum cubitat cum viris.
PAL. Credam, pudor si cuiquam lenoni siet.
PHAED. Immo ut illam censes? ut quaeque illi occasiost,
subripere se ad me; ubi savium oppegit, fugit.
id eo fit, quia hic leno, ⟨hic qui⟩ aegrotus incubat
in Aesculapi fano, is me excruciat. PAL. Quid est?
PHAED. Alias me poscit pro illa triginta minas,
alias talentum magnum; neque quicquam queo
aequi bonique ab eo impetrare. PAL. Iniuriu's,
qui quod lenoni nulli est id ab eo petas.
PHAED. Nunc hinc parasitum in Cariam misi meum
petitum argentum a meo sodali mutuom.
quod si non affert, quo me vortam nescio.
PAL. Si deos salutas, dextrovorsum censeo.
PHAED. Nunc ara Veneris haec est ante horunc fores;
me inferre Veneri vovi ieientaculum.
PAL. Quid? tu te pones Veneri ieientaculo?
PHAED. Me, te atque hosce omnis. PAL. Tum tu Venerem vomere vis.
PHAED. Cedo, puere, sinum. PAL. Quid facturu's? PHAED. Iam scies.
anus hic solet cubitare custos ianitrix,

---

50 tu *om. VE* ne *om. B*[1] 55 nucleum *B,* nuculeos *Macrobius 3, 18, 14; cf. Capt. 655 Caton. r. r. 119; fort.* e nuce qui 56 cubare *sic ineptum neque concinna comparatio; fort. ante hunc versum talis intercidit:* caedundast silua, ut pateat mons: cum muliere sauius *E* (*B ante corr.*) 61 *supplevi* 65 iniurium est, *corr. Camerarius* 66 qui *B*[2]*:* quid *hic expectamus de iureiurando, cf. ad 458* 67 *Cariam non intellegi Asianam* (*cf. 438 et 443; Ter. Eun. 126*), *sed oppidum non longe ab Epidauro situm* (*cf. 336*) *recte dixit Koenigius quaest. Plaut. 8, cf. Hueffnerus de Pl. exemplis att. 18* 71 *cf. 125* 72 noui *VE* iam ientaculum, *corr. Fleckeisenus ann. 121, 122, Ribbeckius rel. soc. Lips. 1879, 100* 73 tu *L.:* an; *cf. Rud. 509* alentaculo *codd.,* ieientaculi *Nonius 126; utrubique traditum esse* iaientaculum *vidit Skutschius, cf. ad Cas. 129* 76 solet cubitare *Camerarius:* cubitare (i *ex* a?) solet *B,*

nomen Leaenae est, multibiba atque merobiba.
Pal. Quasi tu lagoenam dicas, ubi vinum Chium
solet ésse. Phaed. Quid opust verbis? vinosissima est;
eaque extemplo ubi ⟨ego⟩ vino has conspersi fores,
de odore adesse me scit, aperit ilico.
Pal. Eine hic cum vino sinus fertur? Phaed. Nisi nevis.
Pal. Nolo hercle, nam istunc qui fert afflictum velim;
ego nobis afferri cénsui. Phaed. Quin tu taces?
si quid super illi fuerit, id nobis sat est.
Pal. Quisnam istic fluviust, quem non recipiat mare?
Phaed. Sequere hac, Palinure, me ad fores, fi mi obsequens.
Pal. Ita faciam. Phaed. Agite bibite, festivae fores;
potate, fite mihi volentes propitiae.
Pal. Voltisne olivas [aut] pulpamentum [aut] capparim?
Phaed. Exsuscitate vostram huc custodem mihi.
Pal. Profundis vinum: quae te res agitant? Phaed. Sine.
viden út aperiuntur aedes festivissumae?
num muttit cardo? est lepidus. Pal. Quin das savium?
Phaed. Tace, occultemus lumen et vocem. Pal. Licet.

LEAENA I 2

Flós veteris vini meis náribus obiectust,
éius amor cupidam me huc prólicit per tenebras.
ubi ubi ést, prope me est. euáx, habeo.
salve, ánime mi, Líberi lepos.
ut véteris vetus tui cúpida sum.
nam ómnium unguéntum odor praé tuo naútea est,

---

are cubat solet *VE* (*i. e.* cubat *ascripto* are *in archetypo, cf. Schoellius praef. Cas. p. 23*) 77 nomeni *B* est leene, *corr. Fleckeisenus* *expectatur* meribiba, *cf.* Primogenia (*C. I. L. 14, 2863*), albogalerus (*Paul. 10*, *sed* albicapillus *Mil. 631*), *ad Capt. 726* 78 *schol. Veron. Verg. ecl. 7, 33* Pl. in Curc. ⟨cedo puere sin⟩um, et respondetur ita: quasi tu lagynam dicas in qua Chium uinum solet esse Chĭo *cf. Poen. 699, Lachmannus in Lucr. 3, 374, Buechelerus mus. Rhen. 41, 312* 79 opus est 80 ⟨ego⟩ *Guietus* 84 *cf. Herm. 18, 586;* ferri *Fleckeisenus* 86 fluuius est 89 phite *VE* 90 aut *utrumque induxit Muretus* caparim 93 uidin *B* *cf. 160. 188, ad 311; ad Amph. 120* 96 LEENA (LENA *VE*) ANVS EIDEM *BVE* *cantici lectionem et metra tractavit Buechelerus in Woefflini arch. 1, 112 et mus. Rhen. 39, 285 sq.; cf. ib. 40, 173 sq. 199* 96. 97 *versus Diphilei; cf. Cas. 644* 96 obiectus est 97 prolicet B^1 98 *sq. disp. B:* Vbi — lepos | Vt — unguentum | Odor — cinnamum | Tu — telium *cf. Epid. 171 Pseud. 240* 100 vetus tui (tis *Spengelius*): vetusti 101 odor *item Nonius 8* pro B^1 nautea est *Nonius:* nausea (t *sup.* s B^2) est (st B^2) VEB^2, *om.* B^1

tú mihi stácta, tu cínnamum, tú rosa,
tú crocinum et casia es, tu télinum,
nam ubi tú profusu's, íbi ego me pérvelim sepultam.
séd quom adhuc náso odos óbsecutúst meo,
da vicissim meo gutturi gaudium.
nil ago tecum: ubi est ipsus? ipsum expeto
tangere, invergere in me liquores tuos,
sine, ductim. sed hac abiit, hac persequar.
PHAED. Sitit haéc anus. PAL. Quantillúm sitit? PHAED. Modica ést, capit quadrántal.
PAL. Pol ut praédicas, vindémia [haec] huic ánui non sat est sóli.
canem esse hánc quidem magis pár fuit: sagax násum habet. LEAENA Amábo, cúia vox sonát procul?
PHAED. Cénseo hanc áppellandam anum.
adíbo. redi ét respice ád me, Leaéna.
LEAENA Imperatór quis est?
PHAED. Vínipollens lépidus Liber,
tibí qui screánti, siccaé, semisómnae
adfért potiónem et sitím ⟨iam⟩ sedátum it.
LEAENA Quám longe a me abest? PHAED. Lúmen hoc vide.
LEAENA Grándiorém gradum ergó fac ad me, óbsecro.
PH. Sálve. LE. Egon sálva sim, quaé siti sícca sum? PH. At iám bibes. LEAENA Diu fit.
PHAED. Ém tibi anus lepida. LEAENA Sálve, oculissime homo.
PAL. Age, effúnde hoc cito in barathrúm, propere
prolúe cloacam. PHAED. Tace. Nólo huic male dicí. PAL. Faciam igitur mále potius.

---

102 stacte, *cf. Most. 309* 103 telinum *Buechelerus in Woelfflini arch. 1, 113:* telium *et in marg.* ł pdellium (*sed* de B^2 *ex corr.*) *B*, alp telliū telinū *V*, alp telliu telinu *E; apparet in archetypo fuisse* telinum, *sup. scr.* ptellium (*i. e.* bdellium) *Plin. N. H. 13, 13* telinum multo erat celeberrimum Menandri poetae comici aetate 105 obsecutus est 106 *sq. disp. B:* Da — tecum | Vbi — tuos 106 da *scil. vinum,* tecum *scil. cum odore, deinde iterum variante persona* 107 uibi *B* 109 sine *Prisciani 2, 75 Paris.* (*R*)*:* sino doctim *VE* sed haec *Priscianus,* B^1 110 anus haec sitit *Festus 258* 111 [haec] *L.* satis est 110. 111 *post v. 100 posuit Buechelerus* (*post 104 Fleckeisenus*) 112 *sq. disp. B:* Canem — habet | Amabo — anum | Adibo — est | Vinip. — liber 114 lena, *corr. Fleckeisenus* 118 sitim *add.* B^2, iam *Buechelerus* id *VE* 121 *sq. disp. B:* Salve — bibes | Diu — homo | Age — propere | Prolue — dici | Faciam — potius 121 *claudit ithyph., cf. mus. Rhen. 40, 175* 122 hem *B* *dactylici trimetri* oculissime *adverbium est Charisio 190* 124 *sq. disp. B:* Venus — lubenter | Nam — omnes | Mihi — her.

LE. Venús, de paulo paúlulum hoc tíbi dabo haud lubénter.
nam tíbi amantes própitiantes vínum potantés danunt
omnés, mihi haud saepe évenunt talés hereditátes.
PAL. Hoc víde ut ingurgitat ímpura in se mérum avariter, faucíbus plenis.
PHAED. Perii hércle, huic quid primúm dicam nesció. PAL. Em istuc, quod míhi dixti.
PHAED. Quid id ést? PAL. Periisse ut té dicas. PHAED. Male tíbi di faciant. PAL. Díc isti.
LE. Ah. PAL. Quíd est? ecquid lubet? LE. Lúbet. PAL. Etiam mihi quóque stimulo foderé lubet te.
PHAED. Tace, ⟨né⟩ — PAL. Noli, taceo. écce autem bibit árcus, pluet credo hércle hodie.
PHAED. Iamne égo huic dico? PAL. Quid díces? PHAED. Me periísse. PAL. Age dice. PHAED. Anus, aúdi.
hóc volo scíre te: pérditus súm miser.
LEAENA At pól ego oppidó servata.
séd quid est? quid lubet pérditum dícere
te essé? PHAED. Quia id quod amo cáreo.
LEAENA Phaedrome mi, ne plora amabo.
tu mé curato né sitiam, ego tibi quód amas iam huc addúcam. —
PHAED. Tibine égo, si fidem servás mecum, vineám pro aurea statuá statuam,
quae tuó gutturi sit monumentum.
qui me ín terra aeque fórtunatus erít, si illa ad me bítet,
Palinúre? PAL. Edepol qui amát, si eget, misera ádficitur, ⟨ere⟩, aerúmna.
PHAED. Non íta res est, nam cónfido parasítum hodie adventúrum
cum argénto ad me. PAL. Magnum ínceptas, si id éxpectas quod núsquamst.
PHAED. Quid si ádeam ad fores atque óccentem? PAL. Si lúbet, neque veto neque iúbeo,
quando égo te video immútatis moribus esse, ere, atque ingénio.
PHAED. Péssuli, heus péssuli, vós salutó lubens,
vos amo, vos volo, vos peto atque obsecro,

---

125 hic iubentur *VE* 126 propinantes, *corr. Bothius* propitiantes amantes *Fleckeisenus* dant 127 homines *et in mg.* l omnes *B,* al omnis homines *VE* eueniunt 129 hem *B* 130 perisse 131 iubet *VE ter* 132 PH. tace noli. P. taceo, *correxi* 133 perisse 135 *et* 137 *adhaerent antecedentibus* 136 est quod *VE, cf. ad Bacch. 54* iubet *VE* 138 *anapaesticum dimetrum esse probabile est* (*cf. Spengelius*), *ut cum 139 systema fuerit* 140—141 *systema X metrorum* 140 *cf. M. Warren ephem. americ. 2, 57* (*S*) 142 emat ⟨ere⟩ *Buechelerus* 143 rest est *B* 145 quod *B*[1] iubet *VE* 147 iubens *VE*

gérite amantí mihi mórem, amoeníssumi,
fite causa mea ludii barbari,
sussilite, obsecro, et mittite istanc foras,
quae mihi misero amanti ebibit sanguinem.
hoc vide ut dormiunt pessuli pessumi
nec mea gratia commovent se ocius.
re spicio, nihili meam vos gratiam facere.
st tace, tace. PAL. Taceo hercle equidem. PHAED. Sentio sonitum.
tandem edepol mihi morigeri pessuli fiunt.

LEAENA I 3

Plácide egredere et sónitum prohibe fórium et crepitum cárdinum,
ne quod hic agimus erus percipiat fieri, mea Planesium.
mane, suffundam aquolam. PAL. Viden ut anus tremula medicinam facit?
eapse merum condidicit bibere, foribus dat aquam quam bibant.

PLANESIVM

Vbi tu es, qui me convadatu's Veneriis vadimoniis?
sisto ego tibi me et mihi contra itidem ⟨tu te⟩ ut sistas suadeo.
PHAED. Assum; nam si absim, haud recusem quin mihi male sit, mel meum.
PLAN. Anime mi, ⟨me⟩ procul amantem abesse haud consentaneumst.
PHAED. Palinure, Palinure. PAL. Eloquere, quid est quod Palinurum voces?
PHAED. Est lepida. PAL. Nimis lepida. PHAED. Sum deus. PAL. Immo homo haud magni preti.
PHAED. Quid vidisti aut quid videbis magis dis aequiparabile?
PAL. Male valere te, quod mi aegrest. PHAED. Male mi morigeru's, tace.
PAL. Ipsus se excruciat qui homo quod amat videt nec potitur dum licet.
PHAED. Recte obiurgat. sane haud quicquamst, magis quod cupiam iam diu.
PLAN. Tene me, amplectere ergo. PHAED. Hoc etiam est quam ob rem cupiam vivere.
quia te prohibet erus, clam [ero] potior. PL. Prohibet? nec prohibere quit,

150 ludii *Saracenus:* lidi 155 re spicio *Buechelerus:* respitio 156 st *Muretus:* sed quidem, *corr. Fleckeisenus* 157 morieri *B* 155—157 *Diphileos esse ut scaenae primos statuit Buechelerus mus. Rhen. 39, 285. dubito propter tertios dactylos, agnosco ionicos tetrametros catal.* – ⏑ ⏑ ⏔ ⏑ ⏑ – ⏔ – ⏔ ⏓ ⏔ ⏓ 158 ANVS · VIRGO · ADVLESCENS (ADOL. B^2) SERVVS VEB^2 forum cardium *B* 159 quod: quae *Priscianus 1, 114* perspiciet *Prisc.* planetium *Prisc.* 160 aquulam, *cf. Cist. 580* uidin *B* 163 ⟨tu te⟩ *Fleckeisenus* (te ς) 164 recusem EB^2*:* retus * * B^1, retus est *V* 165 ⟨me⟩ ς 167 homo *om.* B^1VE precii BE^2, precium E^1, precipii *V* 168 haud *VE* dies *VE* 169 valere te *scil. vidi vel video; argutatur quasi ultima verba non audierit* 171 aut *BE* iam *Gulielmius:* tam 172 uirgo *B ante corr.* 173 [ero] *Guietus; cf. Langenus symb. 229* quid *VE*

nec prohibebit nisi mors méum animum aps te abalienaverit.
Pal. Enim vero nequeo durare quin ego erum accusem meum:
nam bonum est pauxillum amare sane, insane non bonum est;
verum totum insanum amare, hóc est quod meus erus facit.
Phaed. Sibi sua habeant regna reges, sibi divitias divites,
sibi honores, sibi virtutes, sibi pugnas, sibi proelia:
dum mi abstineant invidere, sibi quisque habeant quod suom est.
Pal. Quid tu? Venerin pervigilare te vovisti, Phaedrome?
nam hoc quidem edepol haud multo post luce lucebit. Phaed. Tace.
Pal. Quid, taceam? quin tu is dormitum? Phaed. Dormio, ne occlamites.
Pal. Tu quidem vígilas. Phaed. At meo more dormio: hic somnust mihi.
Pal. Heus tu, mulier, male mereri de inmerente inscitia est.
Plan. Irascere, si te edentem hic a cibo abigat. Pal. Ilicet,
pariter hos perire amando video, uterque insaniunt.
viden ut misere moliuntur? nequeunt complecti satis.
etiam dispertimini? Plan. Nullum homini est perpetuom bonum:
iam huic voluptati hoc adiunctum est odium. Pal. Quid ais, propudium?
tun etiam cum noctuinis oculis odium me vocas?
ebrióla, persollae nugae. Phaed. Tun meam Venerem vituperas?
+ quod quidem mihi polluctus virgis servos sermonem serat?
at ne tu hercle cum cruciatu magno dixisti id tuo.
em tibi male dictis pro istis, dictis moderari ut queas.
Pal. Tuam fidem, Venus noctuvigila. Phaed. Pergin etiam, verbero?
Plan. Noli, amabo, verberare lapidem, ne perdas manum.
Pal. Flagitium probrumque magnum, Phaedrome, expergefacis:
bene monstrantem pugnis caedis, hanc amas, nugas meras.
hocine fieri, ut inmodestis hic te moderes moribus?
Phaed. Auro contra cedo modestum amatorem: a me aurum accipe.
Pal. Cedo mihi contra aurichalco cui ego sano serviam.
Plan. Bene vale, ocule mi, nam sonitum et crepitum claustrorum audio,

---

178 diuicia *B* *Lactantius div. inst. 5, 12, 11* sua sibi habeant regna reges, suas divitias divites (ut loquitur Plautus), *ubi positio usitatior* sua sibi *traxit etiam* suas 181 novisti *VE* 184 somnus est 185 inscia B^1V (insciã *E*) 186 irascere *cf. Blasius diss. Arg. 10, 102* 188 uidin *B ante corr., cf. 160* 189 dipertimini *VE* nulli, *correxi* est homini, *corr. Vssingius* 190 est *om. B* 192 persole B^1VE, persolla B^2 (persollae *genetivus*) 193 quod *ex* quidem *ut vid. B* quid? istum mihi *Goetzius; cf. Luchsius comm. pros. 1, 22 Bachius in Studemundi stud. 2, 224. Planesio versum tribuit Lambinus* 195 hem *B* 198 magnum flagitium probrumque *VE* 200 hoccine modereris, *cf. Herm. 18, 574*

aeditumum aperire fanum * quo usque, quaeso, ad hunc modum
inter nos amore utemur semper surrepticio?
PHAED. Minime, nam parasitum misi nudiusquartus Cariam
petere argentum, is hodie hic aderit. PLAN. Nimium consultas diu.
PHAED. Ita me Venus amet, ut ego te hoc triduom numquam sinam
in domo esse istac, quin ego te liberalem liberem.
PLAN. Facito ut memineris. tene etiam, prius quam hinc abeo, savium.
PHAED. Siquidem herclé mihi regnum detur, numquam id potius persequar.
quando ego te videbo? PLAN. Em istoc verbo vindictam para:
sí amas, eme, ne rogites, facito ut pretio pervincas tuo.
bene vale. PHAED. Iamne ego relinquor? pulcre, Palinure, occidi.
PAL. Ego quidem, qui et vapulando et somno pereo. PHAED. Sequere me. —

CAPPADOX II 1

Migrare certumst iam nunc e fano foras,
quando Aesculapi ita sentio sententiam,
ut qui me nihili faciat nec salvom velit.
valetudo decrescit, adcrescit labor;
nam iam quasi zona liene cinctus ambulo,
geminos in ventre habere videor filios.
nil metuo nisi ne medius disrumpar miser.

PALINVRVS

Si recte facias, Phaedrome, auscultes mihi
atque istam exturbes ex animo aegritudinem.
paves, parasitus quia non rediit Caria:
adferre argentum credo; nam si non ferat,
tormento non retineri potuit ferreo,
quin reciperet se huc esum ad praesepem suam.
CA. Quis hic est qui loquitur? PA. Quoiam vocem ego audio?

---

204 edituum *codd., quod certe Varro apud Plautum non legit, cf. de re r. 1, 2, 1, Gellius 12, 10, 4* aedituum ⟨arbitror⟩ *Gertzius post Fleckeisenum, eiecto* quousque, *quod sane non patitur responsum v. 206* (*cf. Vssingius ad Asin. 878*), *sed interpolatum esse non probabile est; fort. decurtati versus tales:* aeditumum aperire fanum ⟨quom inlucescit arbitror.⟩ quo usque quaeso ad hunc modum ⟨hic nos conveniemus clanculum?⟩ 205 utimur, *corr. Pius* 210 habeo *VE* 212 hem *cf. Gronovius* (*Most. 591*) 215 PH. sequere me *om. B* CAPADOX LENO SERVVS *VEB*² 218 quid *VE* 220 cintus *VE* 222 dirrumpar *V*, dirumpar *E* 225 redit *B* 228 cessum *Nonius 218*, est cum *Charisi ed. princ. ex Bobiensi* praesepen suam *Charisius 59*, praesepim suam *Nonius, uterque genus testantes:* praesepem (-pe *B*) suum *cf. frg. inc. 60 G.* 229 ego *om. VE*

Capp. Estne hic Palinurus Phaedromi? Pal. Quis hic est homo
cum collativo ventre atque oculis herbeis?
de forma novi, de colore non queo
novisse. iam iam novi: leno est Cappadox.
congrediar. Capp. Salve, Palinure. Pal. O scelerum caput,
salveto. quid agis? Capp. Vivo. Pal. Nempe ut dignus es.
sed quid tibi est? Capp. Lien enecat, renes dolent,
pulmones distrahuntur, cruciatur iecur,
radices cordis pereunt, hirae omnes dolent.
Pal. Tum te igitur morbus agitat hepatiarius.
Capp. Facile est miserum inridere. Pal. Quin tu aliquot dies
perdura, dum intestina exputescunt tibi,
nunc dum salsura sat bonast: si id feceris,
venire poteris intestinis vilius.
Capp. Lien dierectust. Pal. Ambula, id lieni optumumst.
Capp. Aufér istaec, quaeso, atque hoc responde quod rogo.
potin cóniecturam facere, si narrem tibi
hac nocte quod ego somniavi dormiens?
Pal. Vah, solus hic homost qui sciat divinitus.
quin coniectores a me consilium petunt:
quod eis respondi, ea omnes stant sententia.

COCVS II 2

Palinure, quid stas? quin depromuntur mihi
quae opus súnt, parasito ut sit paratum prandium,
quom veniat? Pal. Mane sis, dum huic conicio somnium.
Coc. Tute ipse, si quid somniasti, ad me refers.
Pal. Fateór. Coc. Abi, déprome. Pal. Age tu interea huic somnium
narra, meliorem quam ego sum suppono tibi.
nam quod scio omne ex hoc scio. Cap. Operam ut det. Pal. Dabit. —
Capp. Facit hic quod pauci, ut sit magistro óbsequens.

---

230 esne qui B^1VE 233 capadox *B* 236 liene negat *Varronis de l. l. 7, 60 Flor.*, lien necat *codd.* 238 chirae 239 epatiarius *B quae sit inrisio non videmus. v. 244 post hunc posuit Acidalius. sed etiam quae secuntur obscura habent, cf. Acidalius et Gronovius. turbata haec esse probabiliter ex Sereni Sammonici v. 425* dulcia Plautus ait grandi minus apta lieni (*frg. inc. 47 G.*) *coniecit Goetzius anal. Pl. 110* 242 salsura *sequente ras. 7 litt. B*, insaltura *E*, saltura *V; cf. Buechelerus mus. Rhen. 45, 159* 244 dieructus, *corr. Camerarius* 251 cocvs servvs leno *BVE* 252 sit: sint *VE* 253 ueniet *B ante corr.* 258 oboediens *Muellerus; cf.* ma[gi]steratus *in lege Lucerina,* magisterare *Festus 153*

da mi igitur operam. Coc. Tam etsi non novi, dabo.
Capp. Hac nocte in somnis visus sum viderier
procul sedere longe a me Aesculapium,
neque eum ad me adire neque me magni pendere
visumst. Coc. Item alios deos facturos scilicet:
sane illi inter se congruont concorditer.
nihil est mirandum, melius si nil fit tibi,
namque incubare satius te fuerat Iovi,
qui tibi auxilio in iure iurando fuit.
Capp. Siquidem íncubare vélint qui periuraverint,
locus nón praeberi potis est in Capitolio.
Coc. Hoc animum advorte: pacem ab Aesculapio
petas, ne forte tibi évenat magnum malum,
quod in quiete tibi portentumst. Capp. Bene facis.
ibo atque orabo. — Coc. Quae res male vortat tibi. —

PALINVRVS

Pro di immortales, quem conspicio? quis illic est?
estne hic parasitus qui missust in Cariam?
heus Phaedrome, exi, exi, exi, inquam, ocius.

PHAEDROMVS

Quid istíc clamorem tollis? Pal. Parasitum tuom
video currentem ellum usque in plátea ultima.
hinc auscultemus quid agat. Phaed. Sane censeo.

CVRCVLIO II 3

Dáte viam mihi, nóti [atque] ignoti, dúm ego hic officiúm meum
facio: fugite omnes, abite et de via decedite,
ne quem in cursu capite aut cubito aut pectore offendam aut genu.

---

260 tuerier *Lambinus* '*scripturae veteris obscura vestigia secutus; verbum duplex ne moveris, cf. Epid. 62 Most. 270. 820* (*Rud. 255*)*: ubique antecedit* videor (*Ter. Ad. 384* videre videor); *fort.* videre ego 263 uisust *BE*, visus est *V*, *cf. 411* 265—269 *Atticis adiecit Plautus* (*Romanis iusiurandum Iovis, cf. Cic. de off. 3, 102. 104; v. 269*)*, non satis adiungens prioribus* 265 fit *B:* sit *VE* 267 tibi qui *Camerarius, cf. Kaempfius de pron. pers. 34 et ad v. 458* auxilium *B* 271 *cf. Herm. 18, 584 et ad Asin. 794* eueniat, *cf. ad Bacch. 144* *ante* 274 *scaenae initium periisse vidit Fleckeisenus* 274 *adnectitur antecedentibus persona non indicata* quis *Pylades:* qui 275 missus est chariam *BV* 276 heus ⟨exi⟩ *Camerarius* ex. xi. xi. *VE* 277 *sq.* Quid *sq. Palinuro*, parasitum *sq. coco tribuuntur*, sane censeo *Palinuro* 277 qui 278 uide (uideo *V*) occurrentem, *corr. Camerarius* eccillum *Muellerus; cf. Bacch. 938* • 280 CVRCVLIO PARASITVS · ADOLESCENS · SERVVS *BVE* [atque] *Bentleius* 281 secedite, *corr. Ritschelius* 282 aut genu *om.* B^1

ita nunc subito, propere et celere obiectumst mihi negotium,
nec ⟨homo⟩ quisquamst tám opulentus, qui mi obsistat in via,
nec strategus nec tyrannus quisquam, nec agoranomus,
nec demarchus nec comarchus, nec cum tanta gloria,
quin cadat, quin capite sistat in via de semita.
tum isti Graeci palliati, capite operto qui ambulant,
qui incedunt suffarcinati cum libris, cum sportulis,
constant, conferunt sermones inter se⟨se⟩ drapetae,
obstant, obsistunt, incedunt cum suis sententiis,
quos semper videas bibentes esse in thermipolio,
ubi quid subripuere: operto capitulo calidum bibunt,
tristes atque ebrioli incedunt: eos ego si offendero,
ex unoquoque eorum exciam crépitum polentarium.
tum isti qui ludunt datatim servi scurrarum in via,
et datores et factores omnis subdam sub solum.
proin se domi contineant *, vitent infortunio.
PHAED. Recte hic monstrat, si imperare possit. nam ita nunc mos viget,
ita nunc servitiumst: profecto modus haberi non potest.
CVR. Ecquis est qui mihi commonstret Phaedromum genium meum?
ita res subita est, celeriter mihi [hoc] hómine convento est opus.
PAL. Te ille quaerit. PHAED. Quid si adeamus? heus, Curculio, te volo.
CVRC. Quis vocat? quis nominat me? PHAED. Qui te conventum cupit.
C. Haud magis ⟨me⟩ cupis quam ego te cupio. PH. O mea opportunitas.
Curculio exoptate, salve. CVRC. Salve. PHAED. Salvom gaudeo
te advenire. cedo tuam mi dexteram. ubi sunt spes meae?
eloquere, obsecro hércle. CVRC. Eloquere, te óbsecro, ubi súnt meae?
PHAED. Quid tibist? CVRC. Tenebrae oboriuntur, genua inedia succidunt.

283 *cf. 302* 284 ne *V* *supplevi* 286 chomarcus *BE,* cho marchus *V* 287 qui incadat B^1VE uiam *VE* 288 istic graeti *B* 289 quin cedunt 290 se⟨se⟩ *Camerarius* trapete *B* 291 incedunt *suspectum* 292 hermipolio B^1, hermopolio EB^2, hermo polo *V; cf. Pseud. 742* 293 captulo *VE* bibibunt *VE* 294 ⟨nunc⟩ si *Goetzius* 295 extiam *BV,* excutiam *Camerarius; cf. Lachmannus ad Lucr. 4, 36* *Charisius 239* 'trit' Naevius in Corollaria. significat autem, ut ait Plautus in quadam(?) 'crepitum polentarium'; *cf. ad Rud. 888: fort. ad pollentem adludit. aliter Buechelerus Vmbricorum p. 37.* exciam *in versus initio poni possit* 296 servi scurrarum datatim *Nonius 96* 297 factores *ludens addit, cf. Gronovius et ad Capt. 76* 298 se⟨se⟩ *Goetzius; fort.* cont. ⟨moneo⟩ infortunia B^2, infortuna B^1VE, *corr. Palmerius all.* 299 *sententia condicionalis optativa qualis Poen. 550, Pseud. 976* 301 qui: quod *E,* quam *V* 302 [hoc] *Fleckeisenus;* eo *Brixius* 305 ⟨me⟩ *Fleckeisenus, Goetzius* oportunitas 307 dextram 308 te obsecro ⟨hercle⟩ *Bothius* (ς)

PHAED. Lassitudine hercle credo. CVRC. Retine, retine me, obsecro.
PHAED. Viden ut expálluit? datin isti sellam, ubi assidat, cito
et aqualem cum aqua? properatin ocius? CVRC. Animo male est.
PAL. Vin aquam? CVRC. Si frustulenta est, da, obsecro hercle, obsorbeam.
PAL. Vae capiti tuo. CVRC. Obsecro hercle, facite ventum ut gaudeam.
PAL. Maxume. CVRC. Quid facitis, quaeso? PAL. Ventum. CVRC. Nolo equidem mihi
fieri ventulum. PHAED. Quid igitur vis? CVRC. Esse, ut ventum gaudeam.
PAL. Iuppiter te dique perdant. CVRC. Perii, prospicio parum,
gramarum habeo dentes plenos, lippiunt fauces fame,
ita cibi vacivitate venio lassis lactibus.
PH. Iám edes aliquid. CV. Nolo hercle aliquid: certum quam aliquid mavolo.
PAL. Immo si scias, reliquiae quae sint. CVRC. Scire nímis lubet
ubi sient, nam illis conventis sane opus est meis dentibus.
PH. Pernam, abdomen, sumen sueris, glandium — CV. Ain tu omnia haec?
in carnario fortasse dicis. PH. Immo in lancibus,
quae tibi sunt parata, postquam scimus venturum. CVRC. Vide
ne me ludas. PHAED. Ita me amabit quám ego amo, ut ego haud mentior.
sed quod te misi, nihilo sum certior. CVRC. Nihil attuli.
PHAED. Perdidisti me. CVRC. Invenire possum, si mi operam datis.
postquam tuo iussu profectus sum, perveni in Cariam,
video tuom sodalem, argenti rogo uti faciat copiam.
scires velle gratiam tuam, noluit frustrarier,
ut decet velle hominem amicum amico, atque opitularier:
respondit mihi paucis verbis, atque adeo fideliter,
quod tibi est item sibi esse, magnam argenti ínopiam.
PHAED. Perdis me tuis dictis. CVRC. Immo servo et servatum volo.
postquam mihi responsum est, abeo ab illo maestus ad forum
med illo frustra advenisse. forte aspicio militem.

---

311 uide ut *Pylades, cf. ad 93; Epid. 152* palluit *V;* expallescere *alias non habet, sed* pallere *Pers. 24 Merc. 373* 312 ocitius *VE* 314 ue 316 *pronuntiandum videtur* uentlum (*delent* uis *post Bothium, item Bentleius*) 318 gramarum *Buechelerus mus. Rhen. 35, 72:* os amarum; *cf. corp. gloss. 2, 35, 1 (360, 19; Nonius 119 Paulus 96)* 319 tibi *Nonius 331* uacuitate (*cum Nonio*) laxis *Pius* (*Gulielmius*) 321 iubet *VE* 322 conuentus *VE* 323 suis, *corr. Scaliger ex Carbon. frg. 1; sermonem interrumpit Curculio* tu * *E,* tuo *V* haec omnia *Muellerus; cf. ad Amph. 284* 325 sciimus *B*[1], scumus *V* 327 quo, *corr. Guietus* 328 possim *VE* 329 *cf. mus. Rhen. 38, 11* (*adde Amph. 1061 Stich. 366 all.*) 330 ut *B*[1] 331 uelles *VE* 332 atque op. *scil.* voluit 334 ⟨PH. quid? C.⟩ magnam *Muellerus* *scil. κοινὰ τὰ τῶν φίλων* 336 responsus est *VE* 337 me *post hunc versum inter-*

aggredior hominem, saluto adveniens. 'salve' inquit mihi,
prendit dexteram, seducit, rogat quid veniam Cariam;
dico me illo advenisse animi causa. ibi me interrogat,
ecquem in Epidauro Lyconem tarpezitam noverim.
dico me novisse. 'quid? lenonem Cappadocem?' annuo
visitasse. 'sed quid eum vis?' 'quia de illo emi virginem
triginta minis, vestem, aurum; et pro ís decem coáccedunt minae.'
'dédisti tu argentum?' inquam. 'ímmo ápud trapezitam situm est
illum quem dixi Lyconem, atque ei mandavi, qui anulo
meo tabellas obsignatas attulisset, ut daret
operam, ut mulierem a lenone cum auro et veste abduceret.'
postquam hoc mihi narravit, abeo ab illo. revocat me ilico,
vocat me ad cenam; religio fuit, denegare nolui.
'quid si abeamus ac décumbamus?' inquit. consilium placet:
'neque diem decet morari, neque nocti nocerier.'
'omnis res paratast'. et nos, quibus paratum est, assumus.
postquam cenati atque appoti, talos poscit síbi in manum,
provocat me in aleam, ut ego ludam: pono pallium;
ille suom amiculum opposivit, invocat Planesium.
PHAED. Meosne amores? CVRC. Tace parumper. iacit volturios quattuor.
talos arripio, invoco almam meam nutricem Hérculem,
iacto basilicum; propino magnum poclum: ille ebibit,
caput deponit, condormiscit. ego ei subduco anulum,
deduco pedes de lecto clam, ne miles sentiat.

---

cidit certior militis denotatio, ut vidit Seyffertus st. Pl. 15 sq. 338 *cf. Rud. 1275* 339 prehendit dextram 340 uenisse *B*[1] *ante corr.* 341 trapezitam *B V*, trepezitam *E* 342 capadocem *B* 344 his accedunt *Guietus, vel* eo accedunt, *cf. Cas. 518* *versum notat Vssingius; cf. 492. 525. 535. 666* (*Langenus stud. Pl. 135*) 345 dedistin *Fleckeisenus* immo ⟨inquit⟩ *Pylades* 346 liconidem quia anulo *B ante corr.*, quia nullo *VE* 347 tabulas *B* 348 auro et *B:* et auro *V*, et auro et *E* 349 illico *VE* 350 denagare *B* 351 quod *B* adeamus, *corr. Brantius* ac *del. Reizius* 352 *Curculionis responsum* morari *Scaliger:* me morari 353 paratast *Merula:* paratas *cf. ad Bacch. 126* 354 in *om. B*[1] 356 animulum (*var. l.* anulum *B*[2]), *correxi. miles ex Oriente adveniens abollam portat qualem et meretrices et Darius, eam opponit pallio. anulum nec posuit homo sanus nec, si opposuit, Curculio eum surripere debebat. cf. 611* vel in chlamydem. *v. 609* (*cf. 630 . 584*) *non aperte dicit se furatum esse.* (*Paulus 28* amiculum *etiam ad Cist. 115 spectare potest, cf. Reitzensteinius Verr. Forsch. 61 sq.*) opposuit inuoca *B*[1] 357 ne *om. B*[1] uoltorios *VE* 358 tales *VE* nutricem meam *Pylades* 359 pasiliscum *B*, basiliscum *VE* poculum 360 condormescit *B*[1], cum dormiscit *VE*

rogant me servi quó eam: dico me ire quo saturi solent.
ostium ubi conspexi, exinde me ilico protinam dedi.
PHAED. Laudo. CVRC. Laudato quando illud quod cupis effecero.

*

eamus nunc intro, ut tabellas consignemus. PHAED. Num moror?
CVRC. Atque aliquid prius obstrudamus, pernam, sumen, glandium,
haec sunt ventris stabilimenta, pane et assa bubula,
poculum grande, aula magna, ut satis consilia suppetant.
tu tabellas consignato, híc ministrabit, égo edam.
dicam quem ad modum conscribas. sequere me hac intro. PHAED. Sequor. —

LYCO III

Beatus videor: subduxi ratiunculam,
quantum aeris mihi sit quantumque alieni siet:
dives sum, si non reddo eis quibus debeo.
[si reddo illis quibus debeo, plus alieni est.]
verum hercle vero cum belle recogito,
si magis me instabunt, ad praetorem sufferam.
[habent hunc morem plerique argentarii,
ut alius alium poscant, reddant nemini,
pugnis rem solvant, si quis poscat clarius.]
qui homo mature quaesivit pecuniam,
nisi eam mature parsit, mature esurit.
cupio aliquem emere puerum, qui usurarius
nunc mihi quaeratur. usus est pecunia.

---

363 prospexi *Nonius 376* illico *VE*[2] protenam *Nonius* 364 *lacunam ante (Goetzius post) hunc versum indicavit Brixius; scaena decurtata, ut aliae huius fabulae* 365 tabulas *B* 366 obtrudamus, *corr. Scaliger; cf. Stich. 593* 367 uentris *Nonius 218:* uentri pane *Nonius, Charisius 90, neutri generis esse dicentes:* panem *pronuntiatione tantum et scriptura* pane *differre videtur ab eo quod est* panis; *nominativi quasi attrahuntur ad sententiam intercedentem* haec sunt v. st. 368 poclum grande ⟨et⟩ *Fleckeisenus* suppetant *scil. ventri quasi menti* 369 tabillas *B ante corr. nihil addi mutarive potest quin sermo deterior fiat* 371 LICO TRAPEZITA · PARASITVS · LENO *BVE* 374 *delevit Bothius; cf. Ribbeckius rel. soc. Lips. 1879, 85, Langenus stud. Pl. 286 sq.* 375 uelle 376 sufferam: fer *e corr. E,* suforam *V* 378 poscat *B ante corr.* 379 soluant: uant *B*[2] *in ras.,* soleant *E,* uoleant *V* darius *V,* derius *E* 377—379 *aliunde ascripti. sermo sic procedit: poscentibus non reddam; si magis instabunt, apud praetorem solvam, ita rei parcam* 381 parsat *B Charisius 204* mature duo significat, et cito et tarde, *deinde adlatis v. 380. 381:* est enim sensus: qui homo vix et aegre quaesiit pecuniam, *perverse* 382. 383 *haec lacunosa vel decurtata sunt.* cupio: *dictum oportuit ideo se ad lenonem ire, quae verba a* nunc *incipere debebant (velut* nunc mihi

CVRCVLIO
Nil tu me saturum monueris. memini et scio.
ego hoc effectum lepide tibi tradam. tace.
edepol ne ego hic med intus explevi probe,
et quidem reliqui in ventre cellae uni locum,
ubi reliquiarum reliquias reconderem.
quis hic est qui operto capite Aesculapium
salutat? attat, quem quaerebam. sequere me.
simulabo quasi non noverim. heus tu, te volo.
LYC. Vnocule, salve. CVRC. Quaeso, deridesne me?
LYC. De Coclitum prosapia te esse arbitror,
nam ei sunt unoculi. CVRC. Catapulta hoc ictum est mihi
apud Sicyonem. LYC. Nam quid id refert mea,
an aula quassa cum cinere effossus siet?
CVRC. Superstitiosus hic quidem est, véra praedicat;
nam illaec catapultae ád me crebro commeant.
adulescens, ob rem publicam hoc intus mihi
quod insigne habeo, quaeso ne me incomities.
LYC. Licetne ínforare, si incomitiare non licet?
CVRC. Non inforabis me quidem, nec mihi placet
tuom profecto nec forum nec comitium.
sed hunc, quem quaero, commonstrare si potes,
inibis a me solidam et grandem gratiam.
Lyconem quaero tarpezitam. LYC. Dic mihi,
quid eum nunc quaeris? aut cuiati's? CVRC. Eloquar.
ab Therapontigono Platagidoro milite.

---

aliquem emere puerum, qui usurarius rem quaerat cupio, ut usus est pecunia). *praeterea Aesculapium salutavit, cf. Schusterus quomodo Pl. att. exempl. transtulerit 8 sq.; ad pueri emptionem fortasse pertinent illae decem minae 525. 558 sq. 682* (*cf. Langenus stud. Pl. 135 sq.*) 386 me 387 et equidem, *corr. Camerarius* 389 *expectamus* sed quis hic est; *fort.* capite qui operto *Servio* (*Aen. 12, 257*) *versum Itali ascripserunt, ut v. 393 ad 8, 649, v. 496 ad 8, 263, v. 357 Fabricius ad 6, 595* 390 *non* sequere me *Plautum scripsisse, sed verbum demonstrativum ut* ipsus est, video *contendit Vssingius* 392 une ocule 393 coclitum *item Varro l. l. 7, 71,* Coculitum *Ribbeckius* prosapientia *B* te *om. Varro* 394 ei: hi *cum Varrone* iectum est *B* 395 sycionem B^2, sicionem B^1, sitionem *VE* 396 quasa B^1 398 catapultae illaec *Guietus* 400 *cf. Paulus 107* 401 non: haud *Bothius;* inc. nisi licet *Abrahamus woch. f. cl. phil. 2, 491. an* e *supprimit* inforare? 402 placens, *cf. Cist. 642* 403 comitium *indicat* coitionem 405 inibis a me: iniet tamen *Donatus Eun. 3, 5, 9* 406 trapezitam 408 ab thera (ethera *E*) plontigono *VE*

Lyc. Novi edepol nomen, nam mihi istoc nomine,
dum scribo, explevi totas ceras quattuor.
sed quid Lyconem quaeris? Cvrc. Mandatumst mihi,
ut has tabellas ad eum ferrem. Lyc. Quis tu homo es?
Cvrc. Libertus illius, quem omnes Summanum vocant.
Lyc. Summane, salve. qui Summanu's? fac sciam.
Cvrc. Quia vestimenta, ubi obdormivi ebrius,
summano, ob eam rem me omnes Summanum vocant.
Lyc. Alibi te meliust quaerere hospitium tibi:
apud mé profecto nihil est Summano loci.
sed istúm quem quaeris ego sum. Cvrc. Quaeso, tune is es,
Lyco trapezita? Lyc. Ego sum. Cvrc. Multam me tibi
salutem iussit Therapontigonus dicere,
et has tabellas dare me iussit. Lyc. Mihin? Cvrc. Ita.
cape, signum nosce. nostin? Lyc. Quidni noverim?
clupeatus elephantum ubi machaera dissicit.
Cvrc. Quod istic scriptum est, id te orare iusserat
profecto ut faceres, suam si velles gratiam.
Lyc. Concede, inspiciam quid sit scriptum. Cvrc. Maxime,
tuo arbitratu, dum auferam abs te id quod peto.
Lyc. 'Miles Lyconi ín Epidauro hospiti
suo Thérapontigonus Platagidorus plurimam
salutem dicit.' Cvrc. Meus hic est, hamum vorat.
Lyc. 'Tecum oro et quaeso, qui has tabellas adferet
tibi, ut ei detur quam istic emi virginem,
quod te praesente isti egi teque interprete,
et aurum et vestem. iam scis ut convenerit:
argentum des lenoni, is huic det virginem.'
ubi ipsus? cur non venit? Cvrc. Ego dicam tibi:
quia nudiusquartus venimus in Cariam
ex India; ibi nunc statuam volt dare auream

---

410 quatuor *BV* 411 liconem *BV* mandatust *BE,* mandatus est *V* 412 ferret *B,* ferreo *V, abscissum in E* 414 summanes salve scia B^1V 415 vestimenta ⟨mea⟩ *Fleckeisenus* 416 vocat B^1 420 lico 424 clipeatus *Nonius 290* diligit, dividit. Pl. in Curc.: clipeatus eligantum (-ant) ubi (ibi) macera diligit, *cf. Paulus 69, 15* tibi *VE* dessicit 428 tu B^1 adferam 429 epl̃a *et* 437 LY. *praem. VE* liconi inephidauro *BV* ⟨hospes⟩ hospiti *Fleckeisenus, cf. Poen. 685* 434 istic hic egit *schol. Aen. 4, 608* 436 is huic det *Muellerus:* huic des 437 ipsust *Fleckeisenus* 438 advenimus Cariam *Goetzius*

solidam faciundam ex auro Philippo, quae siet
septempedalis, factis monumentum suis.
Lyc. Quam ob rem istuc? Cvrc. Dicam. quia enim Persas, Paphlagones,
Sinopes, Arabes, Cares, Cretanos, Syros,
Rhodiam atque Lyciam, Perediam et Perbibesiam,
Centauromachiam et Classiam Vnomammiam,
+ Libyamque oram omnem Conterebromniam,
dimidiam partem nationum usque omnium
subegit solus intra viginti dies.
Lyc. Vah. Cvrc. Quid mirare? Lyc. Quia enim in cavea si forent
conclusi, itidem ut pulli gallinacei,
ita non potuere uno anno circumirier.
credo hercle te esse ab illo, ita nugas blatis.
Cvrc. Immo etiam porro, si vis, dicam. Lyc. Nil moror.
sequere hac, te absolvam qua advenisti gratia.
atque eccum video. leno, salve.

CAPPADOX

Di te ament.
Lyc. Quid hoc quod ad te venio? Capp. Dicas quid velis.
Lyc. Argentum accipias, cum illo mittas virginem.
Capp. Quid quod iuratus sum? Lyc. Quid id refert tua,
dum argentum accipias? Capp. Qui monet quasi adiuvat.
sequimini. Cvrc. Leno, cave in té sit mora mihi. —

CHORAGVS IV 1

Edepol nugatorem lepidum lepide hunc nactust Phaedromus.
halapantam an sycophantam mágis esse dicam nescio.
ornamenta quae locavi metuo ut possim recipere;

---

440 philippeo 441 suis *B:* sitis *VE* 442 paphlagonas 443 sinopas caras *BVE*[2] cretatos Syros *Kiesslingius, scil.* τοὺς Λευκοσύρους, *cf. Ostermayerus de hist. fab. in com. Pl. 38* 444 rhodia *B* liciam *B*, litiam *VE Festus 214* Perediam et Bibesiam Plautus finxit perreh diam et per heblesiam (heblesiam *VE*), *corr. Pius, Camerarius* 445 contauro machiam *VE* 446 Libyamque ⟨et⟩ *Bothius;* Libya *inter nomina fabulosa iure offendit Huevffnerum de Plauti com. ex. att. 22* contenebrom * niam *B* 448 interea 450 conclusi ⟨illi⟩ *Fleckeisenus* 452 *vel* illoc ita *Langenus symb. 232:* nam ita; *cf. Cist. 582* blattis 454 ted *finis scaenae a retractatore adsutus, cf. Goetzius in act. Lips. 6, 278 sq.; pendet v. 455 lenone non memorato, nimis concisi 456. 457, non intellegitur 458, cum iusiurandum Phaedromo datum ignoremus (cf. Ribbeckius rel. soc. Lips. 1879, 81)* 461 mora *B:* morari *VE* cave mihi in te sit mora *Redslobius in Fleckeiseni annali 141, 438* choragvs *B, om. E,* miles *erasum V* 462 nactus est *B*, natus est *VE* 463 kalophantam (am *ex* em *B*) an sycophantam (sicophantam *EV*, am *ex*

quamquam cum istoc mihi negoti nihil est: ipsi Phaedromo
credidi; tamen asservabo. sed dum hic egreditur foras,
commonstrabo, quo in quemque hominem facile inveniatis loco,
ne nimio opere sumat operam si quem conventum velit,
vel vitiosum vel sine vitio, vel probum vel improbum.
qui periurum convenire volt hominem ito in comitium;
qui mendacem et gloriosum, ápud Cloacinae sacrum,
ditis damnosos maritos sub basilica quaerito.
ibidem erunt scorta exoleta quique stipulari solent,
symbolarum collatores apud forum piscarium.
in foro infimo boni homines atque dites ambulant,
in medio propter canalem, ibi ostentatores meri;

---

em *V*) hunc magis hoc esse dicam nescio *Paulus 101* halapanta significat omnia mentientem *e. q. s.; Nonius 120* halofantam ut sycofantam hominum genus nequam *e. q. s.* Plautus: 'halofantam aut sycofantam magis esse dicam'. et alius nobilitatis obscurae: 'halofantam mendacem velit' *nomen fictum ab halapando, ut vidit Brandisius de aspir. lat. 15 sq.* (*qui praetulit* halapantem), *ad similitudinem sucopantae; fort. scribendum* halapantamne *cum Guieto, cf. Truc. 928* 464 ut *Aldus:* huad *B,* haud *VE* 465 ipse *B ante corr.* 467 que in *VE* *cf. leg. Cornel. de XX quaest. 2 v. 6* quam in quisque decuriam lectus erit, *cf. v. 27* facile *om.* B^1*VE* 468 quem: quis *Fleckeisenus* uelit *om.* B^1 *de locis* 470 *sq. commemoratis egit Iordanus Herm. 15, 116 sq.* (*cf. topogr. rom. I 2, 172. 382 et passim*), *argumentis ad comprobandam scaenae originem non Plautinam haud fortibus utens, deinde Friedrichius Fleckeiseni ann. 143, 708 sq., Huelsenus röm. mitth. 8, 282 sq. proficiscitur choragus a comitio* (*470*), *pergit ad sacellum Veneris Cloacinae iuxta situm ad tabernas novas* (*471*); *basilica* (*472*) *quo tempore haec scripta sunt una erat, ergo non Aemiliam dicit, neque Porcia, quam primam novimus, a. 570 factam, locorum ordini convenit, nullam antea fuisse non constat* (*cf. Vssingius ad Capt. 815*); *forum piscatorium* (*474, cf. Liv. 26, 27, aliud ad Tiberim Varro de l. l. 5, 145*) *in parte septentrionali ad orientem fuisse probabile est, cf. Iordanus l. s. Hermae 119 sq., topogr. 432, cum basilica coniungitur Capt. 815; forum infimum* (*475*) *apud regiam, medium* (*476*) *ad cloacam; pergit supra lacum* (*477*), *qui est in media parte fori; tabernae veteres* (*480*) *et aedis Castoris pars postica* (*481*) *recta linea secant vicum Tuscum* (*482*). *iam quod a comitii forique locis quibus hucusque se continuit deflectit ad Velabrum* (*483*), *item deflectit oratio a vitiis virtutibusque ad quaestus enumerandos et pendent accusativi; 485 cum libertina meretrice suppositus versui 472, ad eandem verborum constructionem pertinet 483* (*v. Vrlichsius mus. Rhen. 23, 85 et Vssingius*); *484 cum 482 coniungi posse dixit Iordanus Herm. 15, 122 sq.* (*ad Vortumnum spectare non recte opinatur*) 470 ito *Gruterus:* mitto 472 *sq. cf. Langenus symb. 280* 474 simbolarum *Varro de l. l. 5, 145 loco obscuro:* secundum Tiberim ad Iunium(?) forum piscarium vocant; ideo ait Plautus 'apud piscarium', *v. Iordanus p. 119*

confidentes garrulique et malevoli supera lacum,
qui alteri de nihilo audacter dicunt contumeliam
et qui ipsi sat habent quod in se possit vere dicier.
sub veteribus, ibi sunt qui dant quique accipiunt faenore.
pone aedem Castoris, ibi sunt subito quibus credas male.
in Tusco vico, ibi sunt homines qui ipsi sese venditant,
[in Velabro vel pistorem vel lanium vel haruspicem]
vel qui ipsi vorsant vel qui aliis ubi vorsentur praebeant.
[ditis damnosos maritos apud Leucadiam Oppiam.]
sed interim fores crepuere: linguae moderandum est mihi. —

CVRCVLIO IV 2

I tú prae, virgo: nón queo quod póne me est serváre.
et aurum et vestem omnem suam esse aiebat quam haec haberet.

CAPPADOX

Nemo it infitias. CVRC. At tamen meliusculum est monere.

LYCO

Memento promisisse te, si quisquam hanc liberali
causa manu assereret, mihi omne argentum redditum iri,
minas triginta. CAPP. Meminero, de istoc quietus esto.
et nunc idem dico. CVRC. Et quidem meminisse ego haec volam te.
CAPP. Memini, et mancupio tibi dabo. CVRC. Egon ab lenone quicquam
mancupio accipiam, quibus sui nihil est nisi una lingua,
qui abiurant si quid creditum est? alienos mancupatis,
alienos manu emittitis alienisque imperatis,
nec vobis auctor ullus est nec vosmet estis ulli.
item genus est lenonium inter homines meo quidem animo
ut muscae, culices, cimices pedesque pulicesque:

---

477 confitentis *B* supra 479 in se: ipse *VE* 480 ubi *B ante corr.* 483 *v. p. 327* 484 uortant, *corr. Lipsius* alii subuersentur, *corr. Vssingius* (ut *Lipsius*) *quae sit vorsatio non apparet* praebeant *coniunctivus ab antecedente attractus* 485 *Camerarius Scaliger Lambinus notaverunt* 487 PARASITVS. LENO. TRAPEZITA. LORARIVS MVLIER *B, nomina tria addunt VE* proę *VE*, pro e *B*[1], pro de *B*[2] 488 quam *Taubmannus:* cuiquam 489 at *sq. Lyconi tribuuntur* 490 quas quam *VE* 491 omnem *VE* firi, *i. e.* eiri 493 et quidem meminisse *L.:* et commeminisse *cf. Kaempfius de pron. pers. 22 sq.* 495 occipiam, *corr. Pius transitus a singulari in pluralem qualis Mil. 894, 993 sq., Trin. 237 sq., Catull. 64, 144 sq.* 496 siqui mancupatis: ti *i. ras. 3 litt. B,* mancupates *V,* mancupatos *E* 497 mittitis, *corr. Kampmannus, cf. Brixius ad Capt. 408 p. 101* 498 ullust 499 est lenonium *om. Festus 210* 500 cimices *Festus: om.*

odio et malo et molestiae, bono usui estis nulli,
nec vobiscum quisquam in foro frugi consistere audet;
qui constitit, culpant eum, conspicitur vituperatur,
eum rem fidemque perdere, tam etsi nil fecit, aiunt.
LYC. Edepol lenones meo animo novisti, lusce, lepide.
CVRC. Eodem hércle vos pono et paro: parissimi estis hibus:
hi saltem in occultis locis prostant, vos in foro ipso;
vos faenore homines, hi male suadendo et lustris lacerant.
rogitationis plurimas propter vos populus scivit,
quas vos rogatas rumpitis: aliquam reperitis rimam;
quasi aquam ferventem frigidam esse, ita vos putatis leges.
LYC. Tacuisse mavellem. CAPP. Hau male meditate maledicax es.
CVRC. Indignis si male dicitur, male dictum id esse dico,
verum si dignis dicitur, bene dictumst meo quidem animo.
ego mancupem te nil moror nec lenonem alium quemquam.
Lyco, numquid vis? LY. Bene vale. CV. Vale. CA. Heus tu, tibi ego dico.
CVRC. Eloquere, quid vis? CAPP. Quaeso, ut hanc cures, ⟨ut⟩ bene sit isti.
bene ego istam eduxi meae domi et pudice. CVRC. Si huius miseret,
ecquid das qui bene sit? CAPP. Malúm. CVRC. Opust hóc qui te procures.
CAPP. Quid stulta ploras? ne time, bene hercle vendidi égo te;
fac sis bonae frugi sies, sequere istum bella belle.
LYC. Summane, numquid nunciam me vis? CVRC. Vale atque salve,
nam et operam et pecuniam benigne praebuisti.
LYC. Salutem multam dicito patrono. CVRC. Nuntiabo. —
LYC. Numquid vis, leno? CAPP. Istas minas decem, qui me procurem,
dum melius sit mihi, des. LYC. Dabuntur, cras peti iubeto. —
CAPP. Quando bene gessi rem, volo hic in fano supplicare.

---

503 conspititur *BV, ut solet per hanc fabulam; cf. Woelfflini arch. 9, 163* 506 paro et pono *Priscianus 2, 10* paro *cf. comparo, separo; sed scribendum videtur* pari, *cf. ad Bacch. 1109* hibus *testantur Priscianus et Charisius 54, 19* 507 hi: his *B* (his altem *V*) uoro 508 vos fęnore hi (in *E*) male suadendo et lustris lacerant homines, *corr. Vssingius* 511 feruuentem esse *scil.* putetis 512 L. *om. VE* mallem LE *in ras. B²* au *BE,* aut *V* meditatem *V,* meditantem *E* 513 CA. *VE* duco *Lambinus* (*cf. 680*) 515 CVR. *praem. VE versum ante 499 Vssingius posuit, post 504 Ribbeckius l. s. 101; videtur scriptus esse ab eo qui omitti vellet v. 499—514* 517 ⟨ut⟩ *Pylades* 518 huis *V*, hius *E* 519 qui *B per compendium:* quod *E,* quam *V utrubique* opus est tibi opust qui *Pylades* 523 operam ⟨mi⟩ *Pylades* 525 LY. *om. VE* 526 LY. *in ras. B²:* CVRC. *VE versus male incisus, similis unus Rud. 1296* (*aliter, nec melius, Asin. 556 Rud. 318*)*; fort.* dabo, tu cras

nam illam minis olim decem puellam parvolam emi,
sed eum qui mi illam vendidit numquam postilla vidi;
periisse credo. quíd id mea refert? ego argentum habeo.
quoi hómini di sunt propitii, lucrum ei profecto obiciunt.
nunc rei divinae operam dabo. certumst bene me curare. —

THERAPONTIGONVS IV 3

Nón ego nunc medíocri incedo irátus iracúndia,
sed eapse illa qua excidionem facere condidici oppidis.
nunc nisi tu mihi propere properas dare iam triginta minas,
quas ego apud te deposivi, vitam propera ponere.

LYCO

Non edepol nunc ego te mediocri macto infortunio,
sed eopse illo quo mactare soleo quoi nil debeo.
Ther. Ne te mi facias ferocem aut supplicare censeas.
Lyc. Nec tu me quidem umquam subiges, redditum ut reddam tibi,
nec daturus súm. Ther. Idem ego istuc quom credebam credidi,
te nihil esse redditurum. Lyc. Quor nunc a me igitur petis?
Ther. Scire volo quoi reddidisti. Lyc. Lusco liberto tuo,
is Summanum se vocari dixit, éi reddidi.
[qui has tabellas obsignatas attulit. Ther. Quas tu mihi tabellas?]
quos tu mihi luscos libertos, quos Summanos somnias?
nec mihi quidém libertus ullust. Lyc. Fácis sapientius
quam pars + lenonum, libertos qui habent et eos deserunt.
Ther. Quid feci + Lyc. Quod mandasti feci, túi honoris gratia,

528 detem *VE,* dete *B*¹ puella *B*¹ 529 vendidit illam, *corr. Taubmannus* 531 quo *ex* qui *V* di sunt: de ius *E,* dehis *V* 532 certum sit, *corr. Pius* 533 MILES. LYCO (LICO *VE*) TRAPEZITA *BVE* *cf. Langenus stud. Pl. 136* medioccri *BV* *cf. Merc. 262 sq.* 536 deposui *VE* 537 ego nunc mediocri te *Lomanus; de caesura cf. Meyerus act. acad. Bav. 1884 p. 78* 538 eopso illo *B,* eapse illa *VE* quoi: quo *V* (*item 543, cf. 531*) 539 Th *om. ante* aut *spatium B,* M (*i. e.* Miles) *VE* 540 L. *E, om. BV* 542 quur 545 *delevit Weisius; tabellas ostendenti aliter respondendum erat* 546 lusc. lib.: parasitos luscos *Donatus ad Adelph. 5, 7, 9* somnis as *VE* 547 *cf. ad Amph. 442* 548 *Donatus ad Adelph. 5, 9, 22 adfert* facis melius quam pars lenonum qui libertos habent et eos deserunt (*cf. ad 3, 4, 12*) pars militum *Lambinus,* pars latronum *Dousa* (*cf. Sisenna ap. Rufin. 561, 6*), latronum pars *Fleckeisenus* 549 Th. *et* L. *om. B,* L. *om. VE* quid fecisti *V* (*deinde* feci *super* tui) gratiam *BV* Th. quid nunc? L. quod mandasti feci *Goetzius; sed hic accuratius de tabellis et anulo referri oportebat, ut rectius de lacuna Muellerus et Vssingius cogitaverint, quae sic fere expleri possit* (*cf. 545*): Th. quoi dedisti? L. qui tabellas obsignatas attulit | a te: quod mandasti feci; *hic quoque locus decurtatus esse videtur* tui ⟨ut⟩ *Luchsius*

tuom qui signum ad me attulisset, nuntium ne spernerem.
Ther. Stultior stulto fuisti, qui tabellis crederes.
Lyc. Quis res publica et privata geritur, nonne eis crederem?
ego abeo, tibi res solutast recte. bellator, vale.
Ther. Quid valeam? Lyc. Aut tu aegrota aetatem, si lubet, per me quidem.—
Ther. Quid ego nunc faciam? quid refert me fecisse regibus
ut mi oboedirent, si hic me hodie umbraticus deriserit?

CAPPADOX IV 4

Quoi homini di sunt propitii, ei non esse iratos puto.
postquam rem divinam feci, venit in mentem mihi,
ne trapezita exulatum abierit, argentum ut petam,
ut ego potius comedim quam ille. Ther. Iusseram salvere te.
Capp. Therapontigone Platagidore, salve; salvos quom advenis
in Epidaurum, hic hodie apud me — numquam delinges salem.
Ther. Bene vocas, verum locata res est — ut male sit tibi.
sed quid agit meum mercimonium ápud te? Capp. Nil apud mé quidem,
ne facias testis, neque equidem debeo quicquam. Ther. Quid est?
Capp. Quod fui iuratus feci. Ther. Reddin an non virginem,
prius quam te huic meae machaerae óbicio, mastigia?
Capp. Vapulare ego te vehementer iubeo: ne me territes.
illa abductast, tu auferere hinc a me, si perges mihi
male loqui, profecto, cuí ego nisi malum nil debeo.
T. Mihin malum minitare? C. Atque edepol non minitabor, sed dabo,
mihi si perges mólestus esse. Ther. Leno minitatur mihi,
meaeque pugnae proeliares plurimae optritae iacent?
at ita me machaera et clupeus *
bene iuvent pugnantem in acie: nisi mi virgo redditur,

550 tuumque *VE* 551 qui *Vssingius:* qui iis tabelles *VE* 552 iis *VE*, *is *B* 553 habeo solutas 554 aut: at *BV et corr. E; cf. Abrahamus stud. Pl. 218* aetatem *post* quidem, *corr. Redslobius in Fleckeiseni ann. 139, 176; de corruptela cf. 508* lubet *Camerarius:* uiuet 557 CAPADOX LENO. MILES *B*, CAPPADOX MILES LENO *VE* *pers. militis* B^1VE *facetiae quales Aul. 207* 559 exultatum B^1E petat B^1VE 560 Mil. B^2 *in ras.:* Ca. *VE* 561 C. *om. VE* 562 delingens *VE* 563 M. *hic omissum praemittitur v. 564 VE* locata *Fleckeisenus:* uocata; *ambigue et ut Stich. 472 et quasi mercede mandaverit ut lenoni male sit* 565 *sq. colloquii decurtati vestigia habent* 566 virginem: mulierem *Festus 372 ext.; cf. v. 575; Pers. 521* 567 *item Festus* 568 uapula ergo te *Festus 375, qui testatur* uapula iubeo *Lond., Festus:* iubebo 570 mala eloqui B^1, male eloqui VEB^2 571 minitaris B^1 574 *sq. disp. B:* At — pugnantem | In — redditur, *lacunae nullum indicium* clipeus *BV*, clippeus *E* ⟨et lorica et cassida⟩ *Lambinus; pron. poss. versum clausit ut 577*

iam ego te faciam ut hic formicae frustillatim differant.
CAPP. At ita me volsellae, pecten, speculum, calamistrum meum
bene me amassint meaque axitia linteumque extersui,
ut ego tua magnifica verba néque istas tuas magnas minas
non pluris facio quam ancillam meam quae latrinam lavat.
ego illam reddidi qui argentum a te attulit. THER. Quis is est homo?
CAPP. Tuom libertum ésse aiebat sese Summanum. THER. Meum?
attat, Curculio hercle verba mihi dedit, cum cogito.
is mihi anulum subripuit. CAPP. Perdidistin tu anulum?
miles pulchre centuriatus est expuncto in manipulo.
THER. Vbi nunc Curculionem inveniam? CAPP. In tritico facillume,
vel quingentos curculiones pro uno faxo reperias.
ego abeo, vale atque salve. — THER. Male vale, male sit tibi.
quid ego faciam? maneam an abeam? sicin mi esse os oblitum?
cupio dare mercedem qui illunc ubi sit commonstret mihi.

CVRCVLIO V 1

Antiquom poëtam audivi scripsisse in tragoedia,
mulieres duas peiores esse quam unam. res itast.
verum mulierem peiorem quam haec amica est Phaedromi
non vidi aut audivi, neque pol dici nec fingi potest
peior quam haec est: quae ubi me habere hunc conspicatast anulum,
rogat unde habeam. ‘quid id tu quaeris?’ ‘quia mi quaesitost opus.’
nego me dicere. ut eum eriperet, manum arripuit mordicus.
vix foras me abripui atque effugi. apage istanc canículam.

PLANESIVM V 2

Phaedrome, propera.

---

577 me, *cf. Vssingius ad Amph. 532:* meae *Bothius* calamistrum *neutri generis testatur Charisius 80* 578 maque *VE* axitia *VE:* acicia *ut vid.* B^1, axicia B^2, ‘*in nostris libris est partim* exitia, *partim* exercitia’ *Lambinus; cf. Loewius gloss. nom. p. 13, 149* anxicia: meretrix, *Astr. frg. 2, Sitellit. frg. 1* (axitiosus) *et Goetzius in Woelfflini arch. 2, 339* extersum, *corr. Palmerius* 580 lavit *Seyffertus* 581 attuli B^1 582 sese aiebat esse *Camerarius* 583 *ante hunc versum desideratur accuratior Curculionis notatio, cf. Ribbeckius l. s. 82 sq.* 585 pulchere *B* es *Pius* 587 reperies *ς* 589 quod B^1 sicine *BV*, siccine *E* 591 PARASITVS CVM *B*, PARASITVS *VE* 592 peioras *VE* 594 aut *Fleckeisenus:* neque f**ngi B^1, frangi *V* (i *sup.* a) 595 med *B*, met VE^1, *cf. 454 . 664* habere hunc *Taubmannus:* hunc habere 597 manum⟨ca⟩ *Ritschelius* 598 arripui appage *VE* PLANESIVM VIRGO · PHEDROMVS ADOLESCENS EIDEM CVM MILES *VE*, PLANESIVM. PHEDROMVS. CVRCVLIO. MILES *B*

PHAEDROMVS
Quid properem? PLAN. Parasitum ne amiseris.
magna res est. PHAED. Nulla est mihi, nam quam habui absumpsi celeriter.
PLAN. Teneo. PHAED. Quid negotist? PLAN. Rogita unde istunc habeat anulum.
pater istum meus gestitavit * CVRC. At mea matertera.
PLAN. Mater ei utendum dederat. CVRC. Pater † uois rusum tibi.
PLAN. Nugas garris. CVRC. Soleo, nam propter eas vivo facilius.
PLAN. Quid nunc? obsecro, parentes ne meos mihi prohibeas.
CVRC. Quid ego? sub gemmane abstrusos habeo tuam matrem et patrem?
PLAN. Libera ego sum nata. CVRC. Et alii multi qui nunc serviunt.
PHAED. Enim vero irascor. CVRC. Dixi equidem tibi, unde ad me hic pervenerit.
quotiens dicendum est? elusi militem, inquam, in alea.
TH. Salvos sum, eccum quem quaerebam. quid agis, bone vir? CV. Audio.
si vis tribus bolis, vel in chlamydem. THER. Quin tu is in malam crucem
cum bolis, cum bulbis? redde mihi iam argentum aut virginem.
CVRC. Quod argentum, quas tu mihi tricas narras? quam tu virginem
me reposcis? THER. Quam ab lenone ábduxti hodie, scelus viri.
C. Nullam abduxi. T. Certe eccistam video. PH. Virgo haec libera est.
THER. Mean ancilla libera ut sit, quam ego numquam emisi manu?
PHAED. Quis tibi hanc dedit mancipio? aut unde emisti? fac sciam.
THER. Ego quidem pro istac rem solvi áb trapezita meo.
quam ego pecuniam quadruplicem ábs te et lenone auferam.
PHAED. Qui scis mercari furtivas atque ingenuas virgines,
ambula in ius. THER. Non eo. PHAED. Licet [te] antestari? THER. Non licet.

---

600 numquam abiit (abituri *E*) *VE* absumsi *B*, assumpsi *E* celerier *VE* 602 CVRC. *praem. VE* gestauit *VE* *fort.* gestitavit ⟨olim⟩ CVRC.: PLA. B^1*VE* at ⟨pol⟩ *Pylades* 603 PL. *om. VE* uo is *BVE:* tuus ς rursum *VE,* risum *B* pater tuus rusum mihi *Gruterus; nescio an haec omnia Curculionis sint:* at mea matertera, mater ei utendum dederat, patruos eius rursum sibi 605 quid nunc *Curculioni continuatur, corr. Ribbeckius l. s. 91sq. cf. Mil. 1242* (*Abrahamus stud. Pl. 203*) 606 sub B^2*:* sum B^1, sul *VE* gemman *V*, geminam *E* 608 PH. *Seyffertus;* PL.; *contra post* irascor *Phaedromi sermonem intercidisse coniecit Ribbeckius p. 92* 610 quem *om.* B^1*VE* CVRC. *i. ras.* B^2*:* PH. *VE* 611 clamidem es (*scil.* eis) 612 bulbis: bullis *E* mihi iam *Pylades:* etiam 613 *item Nonius 8* (quasi *codd. fere*) 614 abduxisti ς 615 C. *Pylades:* PH. 620 scies (scias *B ante corr.*), *corr. Pius* furtitiuas *B*, furtitias *V* 621 [te] *Merula* *interrogat parasitum, respondet miles non rogatus*

Phaed. Iuppiter te, miles, perdat, intestatus vivito;
at ego, quem licet, te. accede huc. Ther. Servom antestari? Cvrc. Vide.
em ut scias me liberum esse. ergo ambula in ius. Ther. Em tibi.
C. O cives, cives. T. Quid clamas? Ph. Quid tibi istum tactio est?
T. Quia mihi lubitum est. Ph. Accede huc tu, ego illum tibi dedam, tace.
Plan. Phaedrome, obsecro serva me. Ph. Tamquam me et genium meum.
miles, quaeso ⟨te⟩ ut mihi dicas unde illum habeas anulum,
quem parasitus hic te elusit. Plan. Per tua genua te obsecro,
ut nos facias certiores. Ther. Quid istuc ad vos attinet?
quaeratis chlamydem et machaeram hanc unde ad me pervenerit.
Cvrc. Vt fastidit gloriosus. Ther. Mitte istum, ego dicam omnia.
Cvrc. Nihil est quod ille dicit. Plan. Fac me certiorem, óbsecro.

Ther. Ego dícam, surge. hanc rem ágite atque animum advórtite.
pater meus habuit Periplanes †Planesium
is prius quam moritur mihi dedit tamquam suo,
ut aequom fuerat, filio. Plan. Pro Iuppiter.
Ther. Et istó me heredem fecit. Plan. ⟨O⟩ Pietas mea,
serva me, quando ego te servavi sedulo.
frater mi, salve. Ther. Qui credam ego istuc? cedo,
si vera memoras, quae fuit mater tua?
Plan. Cleobula. Ther. Nutrix quae fuit? Plan. Archestrata.
ea me spectatum tulerat per Dionysia.
postquam illo ventum est, iam, ut me collocaverat,

---

622 miles *L.:* male; *cf. 720 Capt. 909* 623 Mil. *praem., Phaedromi esse Curculionem compellantis vidit Vssingius* te *scil.* antestor Th. *I. Robertus:* Cvrc. serum *B V* Cvrc. *Vssingius:* Mil. vide *cf. Ribbeckius p. 96* 624. 25 Cvrc. *praem. VE,* Mil. *erasum B* hem ergo: age *Brixius Fleckeiseni ann. 123, 52, cf. Nordenus mus. Rhen. 49, 206* Th. em *Vssingius:* em 626 Ph. *praem. B* o *om. B* Ph. *om. B*[1] tibi istum *Guietus:* istum tibi; *cf. Bachius in Studemundi stud. 2, 243* 627 *Phaedromus Curculioni dicit, cf. Ribbeckius 95 sq.* 628 Pl. *Seyffertus:* Cvrc.; *cf. Ribbekkius* me et genium *B:* metigenium *V,* metin genium *E* 629 ⟨te⟩ *E. Beckerus* 630 per tua *BE*[2]*:* perpetua *VE*[1] 632 clamidem 634 Pl. *Lambinus:* Ph. ⟨te⟩ obsecro *Bothius* 635 *novae scaenae inscribit* miles *B,* eidem *VE* 636 Periphanes *Pius* planesium *codd.:* Pl. hem Periphanes *Acidalius, Bentleius, Fleckeisenus;* ⟨istum anulum⟩ *Abrahamus stud. Pl. 219; fort. tale quid:* Pl. quid audio? *Epid. 434 contulit Goetzius* 639 iste, *correxi* ⟨o⟩ *ς* 641 qui ego istuc credam *Fleckeisenus haec in brevius contracta esse apparet* 643 cleobula *praeter* cle *a corr. B, in mg. 1 m.* cleobi *ceteris abscissis* arthestrata *B* 644. 645 *fort.* tetulit, *cf. Poen. 1067; Cist. 90* dionisia *post hunc versum lacunam statuit Fleckeisenus*

exoritur ventus turbo, spectacla ibi ruont,
ego pertimesco: [tum] ibi mé nescio quis arripit
timidam atque pavidam, nec vivam nec mortuam.
nec quo me pacto abstulerit possum dicere.
Ther. Memini istanc turbam fieri. sed tu dic mihi,
ubi is est homó qui te surripuit? Plan. Nescio.
verum hunc servavi semper mecum una anulum;
cum hoc olim perii. Ther. Cedo, ut inspiciam. Cvrc. Sanan es,
quae isti committas? Plan. Sine modo. Ther. Pro Iuppiter,
hic est quem egó tibi misi natali die.
tam facile novi quam me. salve, mea soror.
Plan. Frater mi, salve. Phaed. Deos volo bene vortere
istam rem vobis. Cvrc. Et ego nobis omnibus:
tu ut hodie adveniens cenam des sororiam,
hic nuptialem cras dabit. promittimus.
Ther. Tace tú. Cvrc. Non taceo, quando res vortit bene.
tu istanc desponde huic, miles. ego dotem dabo.
Ther. Quid dotis? Cvrc. Egone? ut semper, dum vivat, me alat.
verum hercle dico. Ther. Me lubente feceris.
sed leno hic debet nobis triginta minas.
Phaed. Quam ob rem istuc? Ther. Quia ille íta repromisit mihi:
si quisquam hanc liberali asseruisset manu,
sine controversia omne argentum reddere.
nunc eamus ad lenonem. Cvrc. Laudo. Phaed. Hoc prius volo,
meam rem ágere. Ther. Quid id est? Phaed. Vt mihi hanc despondeas.
Cvrc. Quid cessas, miles, hanc huic uxorem dare?
T. Si haec volt. Pl. Mi frater, cupio. T. Fiat. C. Bene facis.
Phaed. Spondesne, miles, mi hanc uxorem? Ther. Spondeo.
Cvrc. Et ego hoc idem una spondeo. Ther. Lepide facis.
sed eccúm lenonem, incedit, thensaurum meum.

---

647 specta *VE* 648 [tum] *Kampmannus* 651 memini istanc *Gulielmius:* meministin hanc 654 credo *VE* Cvr̄ *B:* Phe. *VE* 657 soror mea *B* 661 dabit — 662 tu *militis, corr. Acidalius* 664 Th. *Bothius:* Ph. med 665 *militi tribuitur, corr. Vssingius* iubente, *corr. Camerarius* *parasitus asseverat se eam dotem daturum, miles dicit se lubente eum daturum, i. e. victum accepturum esse* 666 sed *Pistoris:* et 667 quia ⟨enim⟩ *Goetzius* 669 contra uersia *B*, trouersia *VE* redderet, *corr. Scaliger* 670 nunc — lenonem *Phaedromo tribuuntur, corr. Vssingius* pius *VE* 675 Ph. *praem. B* unum, *corr. Vssingius; cf. Trin. 1163, consponsorem se facit* 676 Ph. *praem. B* *cf. Stich. 527 sim., nisi* thensaurum *nominativus; cf. Bachius Studem. stud. 2, 408*

CAPPADOX V 3

Argentariis male credi qui aiunt, nugas praedicant:
nam et bene et male credi dico; id adeo ego hodie expertus sum.
non male creditur qui numquam reddunt, sed prorsum perit.
vel ille, décem minas dum solvit, omnis mensas transiit.
postquam nil fit, clamore hominem posco: ille in ius me vocat;
pessume metui, ne mihi hodie ápud praetorem solveret.
verum amici compulerunt: reddit argentum domo.
nunc domum properare certumst. THER. Heus tu, leno, te volo.
PHAED. Et ego te volo. CAPP. At ego vos nolo ambos. THER. Sta sis ilico,
atque argentum propere propera vomere. CAPP. Quid mecum est tibi?
aut tibi? THER. Quía ego ex te hódie faciam pilum catapultarium
atque ita te nervo torquebo, ítidem ut catapultae solent.
PHAED. Delicatum te hodie faciam, cum catello ut accubes,
ferreo ego dico. CAPP. At ego vos ambo in robusto carcere
ut pereatis. PHAED. Collum obstringe, abduce istum in malam crucem.
TH. Quidquid est, ipse ibit potius. CA. Pro deum atque hominum fidem,
hocine pacto indemnatum atque intestatum me abripi?
obsecro, Planesium, et te, Phaedrome, auxilium ut feras.
PLAN. Frater, obsecro te, noli hunc condemnatum perdere.
bene et pudice me domi habuit. THER. Haud voluntate id sua:
Aesculapio huic habeto, quom pudica es, gratiam;
nam si valuisset, iam pridem quoquo posset mitteret.
PHAED. Animum advortite, ⟨ego⟩ si possum hoc inter vos componere.
mitte istunc. accede huc, leno. dicam meam sententiam,
siquidem voltis quod decrero facere. THER. Tibi permittimus:
CAPP. Dum quidem hercle ita iudices, ne quisquam a me argentum auferat.
T. Quódne promisti? CA. Qui promisi? PH. Lingua. CA. Eadem nunc nego.

---

679 CAPADOX *B*, CAPPADOX · EIDEM · LENO · C · *VE* *Curculionem non abesse monuit Ribbeckius p. 99, cf. ad 712. 713* 680 nec bene nec male *Lambinus* (*qui scripsit* nam nec) ego hodie *Bothius:* hodie ego *VE,* hodie *B* 682 vel ille *L.:* velut 683 clamore: e *i. ras. E,* clamorem *V* 684 ne mihi *B*²*:* nemini 687 illico *VE* 689 aut tibi *Luchsius:* aut tecum aut 690 itidem *om. Nonius 552 cf. Langenus symb. 275* 691 PH. *Pistoris: om.* 692 ferro *Nonius 199* irobusto *VE* 693 collum *sq. militis,* quidquid *sq. Phaedromi, correxi, cf. 697* 695 hoccine arripi 696 te *ἀπὸ κοινοῦ, cf. Ter. Eun. 1086* Phaedria et tu, Chaerea, *in devotione urbis Macr. sat. 3, 9, 11* Tellus mater, teque, Iuppiter, obtestor 697 indemnatum *Pius* 698 haut *B,* aut *VE* 699 quam *VE* 700 si is ualuisset *B,* si uoluisset *VE* quoque *VE* 701 PH. *om. BVE*¹ aduorte *VE* ⟨ego⟩ *Fleckeisenus* 702 istuc *B* leno *om. VE* 703 q. d. f. *om. B*¹*;* decretro *E* t. p. *militi Bothius dedit, lenoni codd.* 704 iudeces *B* 705 quodne *cf. Skutschius Plaut. u. Rom. 153* promisisti *B* lingua *quoque lenonis VE*

dicendi, non rem perdendi gratia haec nata est mihi.
PH. Nihil agit, collum obstringe homini. CA. Iam iam faciam ut iusseris.
THER. Quando vir bonus es, responde quod rogo. CAPP. Roga quód lubet.
THER. Promistin, si liberali quisquam hanc assereret manu,
te omne argentum redditurum? CAPP. Non commemini dicere.
THER. Quid? negas? CAPP. Nego hercle vero. quo praesente? quo in loco?
THER. Me ipso praesente et Lycone tarpezita. CAPP. Non taces?
THER. Non taceo. CAPP. Non ego te flocci facio; ne me territes.
THER. Me ipso praesente et Lycone factum est. PHAED. Satis credo tibi.
nunc adeo, ut tu scire possis, leno, meam sententiam:
libera haec est, hic huius frater est, haec autem illius soror, +
haec mihi nubet: tu huic argentum redde. hoc iudicium meum est.
THER. Tu autem in nervo iam iacebis, nisi mi argentum redditur.
CAPP. Hercle istam rem iudicasti perfidiose, Phaedrome.
et tibi oberit et te, miles, di deaeque perduint.
tu me sequere. THER. Quo sequar te? CAPP. Ad trapezitam meum
ad praetorem. nam inde rem solvo omnibus quibus debeo.
THER. Ego te in nervom, haud ad praetorem hinc rapiam, ni argentum refers.
CAPP. Ego te vehementer perire cupio, ne tu [me] nescias.
THER. Itane vero? CAPP. Ita hercle vero. THER. Novi ego hos pugnos meos.
CAPP. Quid tum? THER. Quid tum, rogitas? hisce ego, si tu me irritaveris,
placidum te hodie reddam. CAPP. Age ergo, recipe áctutum. THER. Licet.
PHAED. Tu, miles, apud me cenabis. hodie fient nuptiae.
THER. Quae res bene vortat mi et vobis. spectatores, plaudite.

---

706 gratia haec *B²:* haec gratia *VE,* gratia *B¹* 707 PH. *L.:* TH. CAP. *Pius:* PH. 708 ⟨hoc⟩ quod *Fleckeisenus; cf. Pseud. 967 Rud. 124; Bachius in Studemundi stud. 2, 165* quid iubet *VE;* quod *post* quod rogo 709 promisistin *VE* 710 commeni *B* 712 CVRC. *praem. B* trapezita 713 TH.: CVRC. *B* CAP. *om.* 714 TH. *om.* 716 illius: huius *Luchsius in Studem. stud. 1, 360 sq., cf. Bachius ib. 2, 343; fort.* libera haec, hic huius frater est, haec autem huius est soror 718 *post 720 posuit Acidalius* 720 perdiunt *BV* 723 neruo ni *B:* in *VE* 724 [me] *Guietus* 726 tum: tu *VE utrubique* 727 TH. *Pylades:* PH. recipe. TH. at actutum. CAP. licet *Vssingius* 728 PH. *Pylades: om.* 729 *ante* spectatores *spatium VE* plaudite *ς:* plaudite plaudite PLAVTI CVRCVLIO EXPLICIT *VEB²*

EPIDICVS

ARGVMENTVM

Emit fidicinam, filiam credens, senex
Persuasu servi, atque conductam +
Iterum pro amica ei subiecit filii.
Dat erili argentum. eo sororem destinat
Imprudens iuvenis. compressae ac militis
Cognoscit opera sibi senex os sublitum
(**V**t ille amicam, haéc quaerebat filiam),
Sed invénta gnata servolum emittit manu.

Argvmentvm inepidicvm plavti *BVE* 2 servi, aliam qui conducticiam *Pylades, fort.* conductam ⟨alteram⟩ *cf. Klotzius in Fleckeiseni ann 143, 829* 3 filii *auctor posuit, item v. sq.* erili, *cf. Pseud. arg. 1, 6* 5 compressae ⟨a se⟩ *Opitzius de acrost. Pl. 264;* atque *Abrahamus stud. Pl. 220*

PERSONAE

EPIDICVS servus
THESPRIO servus
STRATIPPOCLES adulescens
CHAERIBVLVS adulescens
PERIPHANES senex
APOECIDES senex
FIDICINA
MILES
PHILIPPA mulier
ACROPOLISTIS fidicina
DANISTA
TELESTIS virgo

SCAENA ATHENIS

EPIDICVS I 1

Heús, adulescens.

THESPRIO

Quís properantem mé reprehendit pállio?
Ep. Familiaris. Th. Fateor, nam odio es nimium familiariter.
Ep. Réspice vero, Thésprio. Th. Oh,
Epidicumne ego conspicor?
Ep. Satis recte oculis uteris.
Th. Salve. Ep. Di dent quae velis.
veníre salvom gaudeo. Th. Quid ceterum? Ep. Quod eo adsolet:
cena tibi dabitur. Th. Spondeo. Ep. Quid? Th. Me accepturum, si dabis.
Ep. Quid tú agis? ut vales? exemplum adesse intellego. euge,
córpulentior videre atque habitior. Th. Huic gratia.
Ep. Quám quidem te iam diu
perdidisse oportuit. 11a
T. Mínus iam furtificus sum quam antehac. E. Quid ita? T. Rapio propalam.

Epidicvs thesprio servi dvo *P*, thesprio epidicvs *A* *de scaenae metris cf. mus. Rhen. 40, 181 sq.* 1 Th. *om. A* prehendit *P* 3. 4 *et* 5. 6 *coniungit P* 5 satis *om. P* recte *A:* certe *P; cf. Cist. 545 Mil. 799* (*Cas. 260*); *Merc. 186* 7 E. *om. A* eo (*AP*) *del. Guietus; cf. Cas. 518 Curc. 344; hic nescio an subaudiatur accedere, cf. Trin. 378 all.* 8 *acumen non sentio; sic loqui videntur:* quid ceterum quod eo adsolet (*A*): 'cena tibi dabitur'? E. spondeo. Th. quid? E. me accepturum, si dabis 9 *tribus versibus A:* quid | tu — vales | exempl. — eugae, *cf. 25; ceterum versum facit aut* eugepae (*Camerarius*) *aut* adesse exemplum vales *A:* uelis *P* exempl. a. i. *Thesprionis P, item persona mutata ante* eugae *A, corr. Vssingius* (*Thesprio debuit* intellege); adest. E. intellego *Gruterus* 10 *Donatus Eun. 2, 2, 11* corpulentior hercle atque habitior habitior *praeter Donatum Paulus 102 locum non indicans, corp. gloss. 5, 72:* abilior *A*, agilior *P; cf. Ter. Eun. 315* 11. 11a *coniungit P* 12 *Ar. Plut. 372* μῶν οὐ κέκλοφας ἀλλ᾽ ἥρπακας;

Ep. Di immortales te infelicent, ut tu es gradibus grandibus.
nam út apud portum te conspexi, curriculo occepi sequi:
vix adipiscendi potestas modo fuit. Th. Scurra es. Ep. Scio
te esse equidem hominem militarem. Th. Audacter quam vis dicito.
quid ais? perpetuen valuisti? Ep. Varie. Th. Qui varie valent,
capreáginum hominum nón placet mihi néque pantherinúm genus.
Ep. Quid tíbi vis dicam nisi quod est? ut illaé res? responde. Th. Probe.
Ep. Quid erilis noster filius? Th. Valet púgilice atque athletice.
Ep. Voluptábilem mihi nuntium tuo advéntu adportas, Thesprio.
sed ubíst is? Th. Advenit simul. Ep. Vbi is ergo est? nisi si in vidulo
aut si in mellina attulisti. Th. Di te perdant. Ep. Te volo —
percóntari: operam da, ópera reddetúr tibi.
Th. Ius dícis. Ep. Me decet. Th. Iam tu autem nobis praeturam geris?
Ep. Quem díces digniorem esse hominem hódie Athenis alterum?
Th. At únum a praetura tua,
Epídice, abest. Ep. Quidnam? Th. Scies: 27
lictores duo, duo ulmei
fasces virgarum. Ep. Vae tibi. 28
sed quíd ais? Th. Quid rogas? Ep. Vbi árma sunt Stratíppocli?

---

13 te *om. P* ęs *AP:* is *Scutarius et alii, contra quos Dousa et Gulielmius* (*cf. Hasperus ad Ep. coni. 7, Abrahamus stud. Pl. 220*), *non melius post principia colloquii.* διαπεπλιγμένον *vocat, cf. Poen. 506 sq. Merc. 595* 14 portam *Langrehrius, cf. 217. 221* curculio *P* 16 quidem *P* 17 *sq.* quid agis sq. *Epidici*, varie *Thesprionis*, qui — genus *Epidici*, quid — est *Thesprionis P, concinit A; quod viderunt post 9 sq. ferri non posse, cf. Langenus stud. Pl. 288. personas mutavi* (*17* thes., *18 et 19* epid. *praem. E*), *cf. Schredingerus obs. in Ep. 67 sq.* 17 ais *Lond.:* agis *AP* 18 caprẹagẹnum *AP* (capere aginum *V*, caprigenum B^2) 19 ut illae res responde: ut illi respon *sequente spatio P* (*in spatio add.* di B^2, dit E^2), ut illae res obstenia *sequente aut nulla littera aut una duabusve A* (*fuisse videtur* ostenta *pro* responde) Th. B^2: *spatium AP* p[roba]e *A* 20 Th. *post* valet *P* 21 atportas thesprio *A:* adtulisti *P* 22 adveni *P* (advenis *V*) Ep. *ante* nisi *P* ergo est *A:* egost *P* 23 *de pelli* melina *cf. Bluemnerus d. maximaltarif d. Diocl. 124* dei *A cf. Lorenzius ad Mil. 286* 24 *paululum a marg. sinistro reductus A* percunctari *A* redditur *E*, *reditur (*eras.* c?) *B*, reditur *V* 24—26 *disp. P:* Perc. — decet | Iam — quem | Dices — alterum 25. 26 *quattuor versibus A:* ius | d. m. d. | iam — quem | dic. — alterum, *etiam duobus ultimis paululum reductis; cf. ad v. 9. neque illic neque hic colometriae credi potest* 26 dictis *vel* diceis *A* hominem *om. A, quo cola fiunt qualia v. 29. 52. 57* 27 at — tua *versus brevis in A, sequentes usque ad v. 51 desunt;* 27 *et* 28 *versus longi in P* 28 ulmei *Hermannus* (*elem. 161 'placet quod quidam coniecerunt'*): uiminei 29 strathippocli (-phocli *E*)

T. Pól illa ad hostis transfugerunt. E. Armane? T. Atque equidem cito.
Ep. Sérione dicis tu?
Th. Sério, inquam: hostes habent.
Ep. Édepol facinus improbum. Th. At iam ante alii fecerunt idem.
erit illi illa res honori. Ep. Qui? Th. Quia ante aliis fuit.
Mulciber, credo, arma fecit quaé habuit Stratippocles:
travolaverunt ad hostis. Ep. Tum ille prognatus Theti
sine perdat: alia apportabunt éi Nerei filiae.
id módo videndum est, ut materies suppetat scutariis,
si in singulis stipendiis is ad hostis exuvias dabit.
Th. Supersede istis rebus iam. Ep. Tu ipse, ubi lubet, finem face.
Th. Desiste percontarier. Ep. Loquere ipse: ubist Stratippocles?
Th. Est causa qua causa simul mecum ire veritust. Ep. Quidnam id est?
Th. Patrem videre se nevolt etiam nunc. Ep. Quapropter? Th. Scies.
quia forma lepida et liberali captivam adulescentulam
dé praeda mercatust. Ep. Quid ego ex te audio? Th. Hoc quod fabulor.
Ep. Cúr eam emit? Th. Animi causa. Ep. Quót illic homo animos habet?
nam cérto, prius quam hinc ád legionem abiít domo,
ipsús mandavit mi, áb lenone ut fídicina,
quam amábat, emeretúr sibi. id ei ímpetratum réddidi.
Th. Vtcúmque in alto ventust, Epidice, exim velum vortitur.
Ep. Vaé misero mihí, male perdidit me. Th. Quíd istuc? quidnam est?
Ep. Quid istanc quam emit, quanti eam emit? Th. Vili. Ep. Haud istuc te rogo.
Th. Quid ígitur? Ep. Quot minis? Th. Tot: quadraginta minis.

---

30 quidem, *corr. Luchsius* 31 *versus longus* 32 *cf. Merc. 318* 33 antea *cf. Trin. 1034. Atticus poeta certos homines notasse videtur* 35 tum — 36 filiae *item Priscianus 1, 252* 36 naerei *ex* narei *B;* Neriae *Dziatzko len. Litt. z. 1879, 238 ex Euphronis frg. 8, 2 K.* 37 scrutariis (*var. lect.* scutariis *BV*) *quae de versibus vel 31—33 vel 34—36 vel 37. 38 sive transponendis sive retractatori imputandis dixerunt* (*cf. Langenus stud. Pl. 288 sq.*) *non probamus* (*cf. Vssingius*). travolaverunt *post* transfugerunt *rem auget et quod v. 37 ad aliud iocandi genus pergitur more fit* 39 *item Nonius 40* super sed B^1V, super set *ut vid. E* ibi B^1 iubet *VE* fine B^1 40 percunctarier 42 videre senem non uult, *corr. Hermannus* scies: tu scies *VE* 43 adolescentulam 45—56 *turbata in B versuum discriptio* 45 emet *VE* 46 *sq. spectatores metro mutato alloquitur* 46 legationem B^1 47 ipse fidicinam B^1 (E^1?) 49 *cf. Poen. 754* uentus est exin B^2 uoratitur *VE* 50 ue quid nam istuc? quid est? *Camerarius* 51 uilei 52 *accedit A* quid igitur ς: reddigitur B^1VE, reddigetur B^2 *versum in A bipertitum fuisse ostendunt litterae quae supersunt* — a minis *versum brevem terminantes.* 52—107 *pauca leguntur A*

id adeo argentum ab danista apud Thébas sumpsit faenore,
in dies minasque argenti singulas nummis. Ep. Papae.
Th. Ét is danista advenit una cúm eo, qui argentum petit.
Ep. Di immortales, ut ego interii basilice. Th. Quid iam? aut quid est,
Epídice? Ep. Perdidit me. Th. Quís? Ep. Ille qui arma pérdidit.
Th. Nam quíd ita? Ep. Quia cottidie ipse ad me ab legione epistulas mittebat — sed taceam optumum est,
plus scire satiust quam loqui servom hominem. ea sapientia est.
Th. Néscio edepol quid tu timidus es, trepidas, Epidice, ita voltum tuom +
videór videre commeruisse hic me absente in te aliquid mali.
Ep. Potin út molestus ne sies? Th. Abeo. Ep. Asta, abire hinc non sinam.
Th. Quíd nunc me retinés? Ep. Amatne ístam quam emit de praeda? Th. Rogas?
deperit. Ep. Detegetur corium de tergo meo. +
Th. Plusque amat quam te umquam amavit. Ep. Iuppiter te perduit.
Th. Mítte nunciam, nam ílle me vetuit domum
venire, ad Chaeribulum iussit huc in proxumum;
íbi manere iussit, eo venturust ipsus. Ep. Quid ita? Th. Dicam:
quía patrem prius convenire se non volt neque conspicari,
quám id argentum, quod debetur pro illa, denumeraverit.
Ep. Eú edepol res turbulentas. Th. Mitte me ut eam nunciam.

---

53 sumpsti *VE* 54 pape *B*, eape *VE* 55 qui: atque *Seyffertus* (*Goetzii praef. 22*) 56 ḍẹi *A* basilisce *VE*, balisce *B* 57 *non reductus in A* perdidit arma, *corr. Pylades* 58 nam *A*: num *P* cotidie *VE* epistolas 59 *sq. ut supra discribit A*, Mittebat — loqui | Servum — es | Trepidas — comm. *etc. P* (*cf. ad 45 sq.*) 59 obtumum *VE* 60 satius est 61 nescio ẹdẹ — *etiam A* quid: quod *V et sequente ras. 1 litt. B*, qui *E* timidus es *B*: timides *V*, *om. E*, *sic versus fit; delendum potius* trepidas, *deinde fort.* in voltu tuo 62 vidẹ[o]ṛ ụịdẹṛ — *etiam A; cf. ad Curc. 260* 63 *fort.* poten *A* sis assta *B* huic *VE* *inter* 64 *et* 65 *in A tres versus breves intercesserunt, qui legi nequeunt; primus ultima verba versus 64 continuasse videtur* 65 deper *et in fine* —go meo *ut vid. A* *Nonius 278* degere est detrahere: Pl. in E. degitur corium de tergo meo *fort.* degetur ⟨igitur⟩, *cf. Fleckeisenus ann. 119, 767 sq.* 66 plusque am- *et* p[erd]uit *A*, *deinde tres versus quorum tertius brevis fuisse videtur, deinde* (*68*) ụ[ẹṇ]ịr —pṛọxụmuṃ *discriptio in P* (*v. s.*)*:* Detegetur — amavit | Iupp. — domum | Venire — iussit | Eo — patrem *etc.* 68 cheribolum 67 *tripodia et dimeter troch.*, 68 *trip. et dim. iamb., sed incerta* 69 ibi m — *et* dicā *ut vid. A* uenturus est 70 qu- *et* neque conspicari *A* se convenire, *corr. Pylades* 71 qu- *et*-merauerit *A* dinumeraverit, *cf. 353. 367* 72 e- (*potius quam* h) *et* —nciam *A* eu *P*, *A ut vid.:* heu B^2 turbulentus *VE* *post* 72 *in A 5 versus breves*

Ep. Haécine ubi scibit senex,
púppis pereunda est probe.
Th. Quíd istuc ad me attinet,
quó tu intereas modo?
Ep. Quía perire solus nolo, te cupio perire mecum,
benevolens cum benevolente. Th. Abi ín malam rem maxumam a me
cum ístac condicione. Ep. I sane, siquidem festinas magis.
Th. Numquam hominem quemquam conveni, unde abierim lubentius. —
Ep. Illic hinc abiit. solus nunc es. quo in loco haec res sit vides,
Epidice: nisi quid tibi in tete auxili est, absumptus es.
tantae in te impendent ruinae: nisi suffulcis firmiter,
non potes subsistere, itaque in te inruont montes mali.
néque ego nunc quó modo
me éxpeditum ex impedito faciam, consilium placet.
égo miser pérpuli
meís dolis senem, ut censeret suam sese emere filiam:
ís suo fílio
fídicinam emit, quam ipse amat, quam ábiens mandavit mihi.
sí sibi nunc álteram
áb legione adduxit animi causa, corium perdidi.
nam úbi senex sénserit
síbi data esse verba, virgis dorsum despoliet meum.
át enim tu praecave.
át enim — bat enim, nihil est istuc. plane hoc corruptumst caput.
néquam homo es, Epidice.
quí lubidost male loqui?

---

sine scripturae reliquiis, deinde v. 77; discriptio in P: Mitte me — puppis | Pereunda — modo | Quia — benevolente *etc.* 75. 76 *cretici;* med *et* interbitas (*304. 433*) *trochaeos facient, cf. R. Muellerus de Epid. 34* 77—79 *systema trochaicum* 77 qu- *et* -ṛẹ ṃecum *A* 78 b[e]nẹuo[le]ṇṣ cum ḅẹṇ- *et* [ma]-l[am] *A* b. c. b. *scil.* perire cupio 79 *et* 81 *fere servati A* 79 [si qu]iḍẹṃ *A:* siquid *P* 80 numqu- *A* iubentius *VE* 81 quo — 85 nunc *om. VE* (*qui v. 81 habent* es nunc *pro* nunc es) 85—90 *versuum discriptio turbata in P* (*v. s.*) 85 *duo versus in A:* [ne]q- | quoṃọḍọ 87 *duo versus in A:* — [per]pul[i] 89 *item, n. l.* 90 fidicin- *A* amabat *Guietus*, ipse emundam abiens *Vssingius*; *cf. 46* 91 *sq. disp. P:* Si — perdidi | Nam — meum | At — caput | Nequam — Epidice Qui — rogas | Tu *etc.* 91 *longus versus a* ṣị *incipit A* (*reliqua n. l.*) si *om. VE* animi causa *cf. 45* abduxit anima *VE* 92 *ut 89 A* 93 depoliet *Palmerius* 94 *duo versus in A:* ạṭ eni[m tu] | praecaue 95 at enim bat enim *A: om. P; cf. Pers. 212 Pseud. 235* 96 *ut 89 A* 97 *in fine* [dese]ṛị[s] *A*

quía tu tete deseris.
quíd faciam? mén rogas?
tu quidem antehac aliis solebas dare consilia mutua.
aliquid aliqua reperiundumst. sed ego cesso ire obviam
adulescenti, ut quid negoti sit sciam. atque ipse illic est.
tristis est. cum Chaeribulo incedit aequali suo.
huc concedam, orationem unde horum placide persequar.

STRATIPPOCLES I 2

Rem tibi sum elocutus omnem, Chaeribule, atque admodum
meorum maerorum atque amorum summam edictavi tibi.

CHAERIBVLVS

Praeter aetatem et virtutem stultus es, Stratippocles.
idne pudet te, quia captivam genere prognatam bono
de praeda es mercatus? quis erit, vitio qui id vortat tibi?
STR. Qui invident omnes inimicos mi illoc facto repperi;
at pudicitiae eius numquam nec vim nec vitium attuli.
CHAER. Iam istoc probior [es] meo quidem animo, cúm in amore temperes.
STR. Nihil agit qui diffidentem verbis solatur suis;
is est amicus, qui in re dubia re iuvat, ubi rest opus.
CHAER. Quid tibi me vis facere? STR. Argenti dare quadraginta minas,
quod danistae detur, unde ego illud sumpsi faenore.
CHAER. Si hercle haberem * STR. Nam quid te igitur retulit
beneficum esse oratione, si ad rem auxilium emortuom est?
CHAER. Quin edepol egomet clamore differor, difflagitor.
STR. Malim istius modi mihi amicos furno mersos quam foro.
sed operam Epidici nunc me emere pretio pretioso velim.

---

98 *duo versus in A:* q[uid f]aciam | [m]en rogas men tu rogas *P* 99 tu qu[idem] *etiam A cf. Buechelerus in Woelffl. arch. 3, 146* 100 aliq[uid] *A:* quid *post lacunam P* repperiundum est *V*, reppiundum est *E*, reperiperiundumst *B* censo *VE* 101 adolescenti *P* 104 STRATIPPOCLES CHERIBOLVS ADOLESCENTES EPIDICVS (EP. *om. E*) SERVVS DV *P* — EPIDICVS *A* 104 cheribole *VE*, chribole *B* 105 eorum *VE* 107 bono *AP:* probo *var. l. P cf. Hor. carm. II 4; similia huius et sequentis scaenae initia* 108 de *Studemundus (v. 44. 64. 621):* in *P*, im *A* 109—111 *om. A, delent post Geppertum (cf. Luebberti stud. gr. 2, 133). ad 109 cf. Most. 307 Truc. 745; versu 110 cur careri non possit dixit Dousa expl. 2, 15. quamquam neque v. 108 neque v. 111 recte excipit v. 112 (cf. Hasperus ad Epid. 15)* 110 eius *B:* et *VE* 111 [es] *Muellerus pros. 136 adn.* temperas *Brixius* 114—149 *deest A* 115 datur, *corr. Pius* 116 *intercidit* pollicerer (*Muellerus*) *vel* hau pollicerer, *cf. 331 Pers. 45 Bacch. 635* 117 beneficium *VE* 118 differor diffatigor (difat. *V*, defat. *E*), *corr. Vsenerus* 119 mensos

quem quidem égo hominem irrigatum plagis pistori dabo,
nisi hodie prius comparassit mihi quadraginta minas,
quam argenti fuero elocutus ei postremam syllabam.
Ep. Salva res est: bene promittit, spero servabit fidem.
sine meo sumptu paratae iam sunt scapulis symbolae.
aggrediar hominem. advenientem péregre erum [suom] Stratippoclem
impertit salute servos Epidicus. Str. Vbi is est? Ep. Adest.
salvom huc advenisse — Str. Tam tibi istuc credo quam mihi.
Ep. Benene usque valuisti? Str. A morbo valui, ab animo aeger fui.
Ep. Quod ad me attinuit, ego curavi: quod mandavisti mihi
impetratum est, empta ancilla, quod tute ad me litteras
missiculabas. Str. Perdidisti omnem operam. Ep. Nam qui perdidi?
Str. Quia meo neque cara est cordi neque placet. Ep. Quid retulit
mihi tanto opere te mandare et mittere ad me epistulas?
Str. Illam amabam olím, nunc iam alia cura impendet pectori.
Ep. Hercle miserum est ingratum esse hómini id quod facias bene.
ego quod bene feci male feci, quia amor mutavit locum.
Str. Desipiebam mentis, cum illa scripta mittebam tibi.
Ep. Men piacularem oportet fieri ob stultitiam tuam,
ut meum tergum tuae stultitiae subdas succidaneum?
Str. Quid istic? verba facimus. huic homini ópust quadraginta minis
celeriter calidis, danistae quas resolvat, et cito.
Ep. Dic modo unde auferre me vis. a quo trápezita peto?
Str. Vnde libet. nam ni ante solem occasum elo*
meam domum ne inbitas: tu te in pistrinum *
Ep. Facile tu istuc sine periclo et cura, corde libero
fabulare; novi ego nostros: mihi dolet cum ego vapulo.
Str. Quid tu nunc? patierin ut ego me interimam? Ep. Ne feceris.

---

123 sillabam 124 promitte *VE* fidem *Lambinus:* idem 125 simbolae 126 suum *om.* ς stratippoclen (p *E*) *VEB*^{2} 127 impertit *Weisius:* salua impertit 128 saluom *Seyffertus* (*Curc. ed. Goetz. pr. 17*): saluum te gaudeo 130 mandasti 131 emptast 134 tantopere 135 *cf. Capt. 266.* nunciam *locum non habet, cf. Langenus symb. 287* 136 hominem, *corr. Palmerius* 137 feci bene *B* 138 illa scripta mitterem *Nonius 499,* illas scriptas mittebam *codd.* 139 al piacularem *VE, ad* piac. *ascr.* l peculiarem *B* 140 tuae stultitiae *Gellius 4, 6, 4:* stultitiae tuae *codd. non vitiose* succidananeum *VE* 141 S. *Angelius:* Ch. *distinxit Studemundus stud. 2, 271* opus est 142 resoluas, *corr. Pylades; fort.* resolvam, sed 143 uis me *Guietus* (tarpezita *Ritschelius op. 2, 524 sq.*) 144 nisi *ut vid. B ante corr.* elo *etiam corruptum; e.g.* ⟨alicunde elicueris⟩ 145 pristinum *B, cf. Pers. 420, Pseud. 1060 velut* ⟨ultro conferas⟩ 147 ioui *VE*

ego istuc accedam periclum potius atque audaciam.
STR. Nunc places, nunc ego te laudo. EP. Patiar ego istuc quod lubet.
STR. Quid illa fiet fidicina igitur? EP. Aliqua res reperibitur,
aliqua ope exsólvar, extricabor aliqua. STR. Plenus consili es.
novi ego te. EP. Est Euboicus miles locuples, multo auro potens,
qui úbi tibi istam emptam esse scibit atque hanc adductam alteram,
continuo te orabit ultro ut illam tramittas sibi.
sed ubi illa est quam tu adduxisti tecum? STR. Iam faxo hic erit.
CH. Quid hic nunc agimus? ST. Eamus intro huc ad te, ut hunc hodie diem
luculentum habeamus. — EP. Ite intro, ego de re argentaria
iam senatum convocabo in corde consiliarium,
quoi potissimum indicatur bellum unde argentum auferam.
Epidice, vide quid agas, ita res subito haec obiectast tibi;
non enim núnc tibi dormitandi neque cunctandi copia est:
adeundumst. senem oppugnare certumst consilium mihi.
i ábi intro atque ádulescenti dic iam nostro erili filio,
ne hinc foras ámbulet neve usquam óbviam veniat seni. —

APOECIDES II 1

Plérique homines, quós cum nil refért pudet,
úbi pudendum est íbi eos deserit pudor,
quom úsus est ut pudeat.
ís adeo tu és. quid est quód pudendúm siet,
génere natám bono paúperem domum
dúcere te uxorem?

150 *accedit A* ego *om. A* istut *A* 151 illa *A, Nonius 508:* de illa *P* res *A, Nonius:* re *P* reppe[ri]bitur *AVE, Nonius* 152 ope *del. Langenus symb. 68 (alienum esse ab usu Plautino non recte dicit Abrahamus stud. Pl. 221)* exsoluam *P* consilii es *P:* consiliis *A* 154 tibi *om. A* 155 transmittas *P, cf. 463* 157 S.: *spat. om. A* 158 luculente *P,* 160 cui *P,* qui *A* 162 dormitandum *P* [est] *A:* est tibi *P* 163 adeundum *A*, adeundem *VE,* at eundem (n *sup. scr.*) *B*, *i. e.* adeund'ē (*E*[3]), *corr. Merula* mi[hi] *A: om. P* 164 i abi *L.:* i i abi *P,* ibo *A* diciam *B:* ditiam *var. l. VE,* dicam *AVE* adolescenti *et* herili *P* 165 ne hinc *A:* ne (nec *B*) hic *P;* hinc: *iam ex ostio loquitur; cf. Langenus symb. 206* exambulet *A* usquam *om. A* 166 APOECIDES PERIPHANES SENES II · DV (II *om. B*) *P*, APOEODES PERIPHANES *A* *disp. ut supra A; sic P:* Plerique — est | Ibi — qui (*sed* Is *B*) | Des — domum (*sed* Genere *B*) | Ducere — comm. | Hanc — filium | At — exsequi | Cuius — hostiis | Neque — vivendo | Oh — aer. | Ac. — pulcra | Edepol — maritatast 166—168 *duo trimetra troch. catal. cum ithyphallico (cf. 170a 172); cf. Vahlenus Herm. 15, 263* 168 usust *A* 169 quid est *A:* qui des *P* 170 pauperem *P:* parem *et in mg.* pauperem *A* 170a te *om. P* (*cf. 475*) *cf. ad Pseud. 141*

praesértim eam, qua ex tibi cómmemores hanc quaé domist
fíliam prognatam.

PERIPHANES

Révereor filium. Ap. At pól ego te crédidi
úxorem, quam tu éxtulistí, pudore éxsequi,
cúius quotiéns sepulcrúm vides, sácruficas
ílico Orco hóstiis, néque adeo iniúria,
quiá licitumst eam tíbi vivendo vincere. Per. Oh,
Hércules égo fui, dum ílla mecúm fuit;
neque séxta aerumna acérbior Herculí, quam illa mihi obiéctast.
Ap. Pulcra édepol dos pecuniast. Per. Quae quidem pol non maritast.

EPIDICVS II 2

St, tacéte, habete animúm bonum.
liquido éxeo foras auspício, aví sinistra;
acútum cultrum habeó, senis qui exénterem marsúppium.
sed eccum ípsum ante aedis conspicor Apoecide +
qualis volo vetulos duo.
iam ego mé convortam in hirúdinem atque eorum éxsugebo sánguinem,
senáti qui columén cluent.

*

171 domi est *P:* domost *A* 172 filiam *A:* familiam *P* (*in ras. B*) *cf. Curc. 98 Pseud. 240; sed fort.* hanc — prognatam *item dim. anap.* 173 reuereor *AV: ex corr. B* (reor *in ras.*) *et E* (*ex* reuertor) 174 *cf. Amph. 223 Rud. 677* 176 horco ostiis *A* 177 *schol. Aen. 11, 160* Pl. in E.: quia tibi licuit eum vivendo vincere *senarius, cf. Meyerus act. acad. Bav. 1884, 96, Klotzius 342* 180 P. *om. A; cf. Porphyrio ad carm. saec. 20* ait senex 'pulchra — est' et alter respondet 'quae — est' maritast *A, testatur Porph.:* maritatast *P* 181 EPIDICVS SERVVS APOECIDES PERIPHANES SENES DVO C (C *om. VE*), EPIDICVS PERIPHANES APOETIDES *A* *disp. in P:* St — sinistra | Acutum — apoec. | Qualis — duo | Iam — senati | Qui — tuum | Nam *e. q. s.* 181 st tacete *A:* st ateitacete (eita B^2 *ut vid.*) *B,* atat certe *E, post spat.* tat cete *V* 182 auspicio foras *Reizius* sinixtra *A* 183—213 *deest A* (*f. 264, i. e. 38 versus, ut plures fuisse quam in P probabiliter coniciat Goetzius anal. Pl. 111 et Studemundus, cf. ad 184 sq.*) 183 ł extenterem B^2 *mg.* marsupium *V,* marsupii *E* 184. 185 apoecidę (-e *E*) *VEB*², apeciden *B;* ⟨erum meum atque⟩ Apoecidem *Goetzius,* ⟨et⟩ Apoecidem *Acidalius, sufficit* ⟨cum⟩ Apoecide 186 *ante* qualis *lacuna indicata in B* duos V^1, *ut postulat Studemundus in Woefflini arch. 3, 551* 186 uortam *Nonius 479* hirundinem *VE,* erundinem (*479*) *et* irundines, urund. (*102*) *Nonius* exsugebo *B, Nonius 479:* exugelo *VE,* exorbebo *testatur Nonius 102* 188 senati *testatur Nonius 484* cluet B^2 *intercidisse nonnulla vidit R. Muellerus; atque Periphanis primum sermonem fuisse scaenae in A titulus indicat*

(Ap.) cóntinuo ut maritus fiat. Per. Laudo consilium tuom.
nam égo illum audivi in amorem haerere apud néscio quam fidicinam,
íd ego excrucior. Ep. Di hercle omnis me ádiuvant augent amant:
ipsi hí quidem mihi dant viam, quo pacto ab se argentum auferam.
age núnciam orna te, Epidice, et palliolum in collum conice
itaque ádsimulato quasi per urbem totam hominem quaesiveris.

áge, si quid agis. di immortales, utinam conveniam domi
Periphanem, per omnem urbém quem sum defessus quaerere:
per medicinas, per tonstrinas, in gymnasio atque in foro,
per myropolia et lanienas circumque argentarias.
rogitando sum raucus factus, paene in cursu concidi.
Per. Epidice. Ep. Epidicum quis est qui revocat? Per. Ego sum, Periphanes.
Ap. Et ego Apoecides sum. Ep. Et ego quidem sum Epidicus. sed, ere, optuma
vos video opportunitate ambo advenire. Per. Quid rei est?
Ep. Mane ⟨dum⟩, sine respirem quaeso. Per. Immo adquiesce. Ep. Animo malest.
A. Recipe anhelitum. P. Clementer, requiesce. E. Animum advortite.
a legione omnes remissi sunt domum Thebis. Ap. ⟨Quis hoc⟩
dicit factum? E. Ego ita factum esse dico. P. Scin tu istuc? E. Scio.
Per. Qui tu scis? Ep. Quia ego ire vidi milites plenis viis;
arma referunt et iumenta ducunt. Per. Nimis factum bene.
Ep. Tum captivorum quid ducunt secum! pueros, virgines,
binos, ternos, alius quinque; fit concursus per vias,
filios suos quisque visunt. Per. Hercle rem gestam bene.
Ep. Tum meretricum numerus tantus, quantum in urbe omni fuit,
obviam ornatae occurrebant suis quaeque amatoribus,

---

191 amorem B^2*:* morem B^1VE*;* amore *Camerarius; cf. Cas. 242, leg. agr.* (*CIL. 1, 200*) *75 et Poen. 1278, Catonis r. r. p. 52, 20 K. al.; Pers. 535* 192 excruor me hercle omnis *Langenus* 194 epydice *B* pallium *Gellius 4, 17, 4* (*qui testatur* conice *scripturam*) 196 coueniam *B* 198 per *alterum om. VE* 201 P. *Acidalius:* A. epidictum B^1VE 202 quidem ego *Muellerus, cf. Luchsius comm. pros. 1, 16* 203 ambo (amabo *VE*) aduenire opportunitate (oport. *VE*), *corr. Bothius* 204 ⟨dum⟩ *Brixius* 205 A. recipe *Brixius:* recipiam clementer *cf. Merc. 952; Fronto p. 26* lente, otiose, clementer 206 ⟨quis hoc⟩ *Camerarius* 207 dicit *Reizius, cf. Wagnerus in Fleckeiseni ann. 89, 631 sq.:* scit 211 quinque *ς:* quisque (*'recte hic quinque, non quinos' Lambinus, fortasse rectius* aliquis quinque) 213 quantus *E, quod expectatur* 214 *sic AP, cf. 653;* ⟨ibi⟩ amatoribus *Muellerus*

eos captabant. id adeo qui maxime animum advorterim?
pleraeque eae sub vestimentis secum habebant retia.
quom ad portam venio, átque ego illam ílli video praestolarier
et cum ea tibicinae ibant quattuor. Per. Quicum, Epidice?
Ep. Cum illa quam tuos gnatus annos multos deamat, deperit,
ubi fidemque remque seque teque properat perdere;
ea praestolabatur illum apud pórtam. Per. Viden veneficam?
Ep. Sed vestita, aurata, ornata ut lepide, ut concinne, ut nove.
Per. Quid erat induta? an regillam induculam an mendiculam?
Ep. Inpluviatam, ut istaec faciunt vestimentis nomina.
Per. Vtin inpluvium induta fuerit? Ep. Quid istuc tam mirabile est?
quasi non fundis exornatae multae incedant per vias.
at tributus quom imperatus est, negant pendi potis:
illis quibus tributus maior penditur, pendi potest.
quid istae, quae vesti quotannis nomina inveniunt nova?
tunicam rallam, tunicam spissam, linteolum caesicium,
indusiatam, patagiatam, caltulam aut crocotulam,
subparum aut subnimium, ricam, basilicum aut exoticum,
cumatile aut plumatile, carinum aut cerinum — gerrae maxumae.

---

215 animaduorterint *A* 217 portam *AV:* portum *BE* 218 quatuor *P* 219 cum *A:* quom *P* 220 fidemquae remquae *A* 221 beneficam *A* 222 ornata *A:* ornamenta *P* 223 *Nonius 539* regilla — a regia dicta —: an regillam tuniculam indulam (*scil. super* induculam *scriptum erat* tunicam) an mendiculam 224 inpluviata *A, Nonius 548* istac faciunt *A, Nonius*, istaec facimus (mus *in ras.* B^2) *P* 225 P. *om.* utin *P:* ut *A* fuerit *A:* erit *P* E. *Bothius:* P. tam *A: om. P* 226 eundis *A* 227 cum *A*, qum *B*, quin *V*, cui *E* potesse *P* 228 tributis *A* 229—235 *postea insertos esse probabiliter Wagnerus contendit. praecipue mirificum est de matronis non de meretricibus haec dici* (*235*). *cf. Aul. 508 sq.* 229 uestei quodannis *A* 230 rallam *A, Nonius 539:* raliam *B*, ralia *VE* caesicium *A, Nonius 539:* caesitium *P* 231 *Varro l. l. 5, 131* unum genus quod foris ac palam, palla; alterum quod intus, a quo intusium, id quod Pl. dicit 'intusiatam *e. q. s.*'; *Nonius 540* indusium — quasi intusium. Pl. in E. 'indusiata *e. q. s.*', *deinde s. patagium:* 'indusiata patagiata', *seq. cap. s. caltulam:* 'illusiata *e. q. s.*' indusiatam *sic AP*, *cf. Aul. 509* caltulam *AB*, *Nonius 548:* catulam *VE, Nonius 540*, caltulum *Varronis cod.* aut: ac *Varro* crocotulam *A, Varro, Nonius 548:* proputulam *Nonius 540*, crutulam *P* 232 *Nonius 540 s. supparum totum habet, s. rica* ricam *sq., s. exoticum* b. a. e. supparum *A* subnimium *Nonius:* sub miniam *P*, subnimniam *A; explicavit Brandisius de asp. lat. 23* (*Onions journ. of philol. 14, 75*). *cf. praeter cetera Rud. 422* est ritam *Nonius s. supp.*, rica *s. rica* 233 *Nonius 549* cerinum a cerae colore. Pl. in E. 'plumatile aut cumatile, cerinum aut gelinum'; *id. 548* cumatilis — a graeco tractum (κύματα). Pl. in E. 'cum. aut pl.' *simul Titini fragmento*

cani quoque etiam ademptumst nomen. Per. Qui? Ep. Vocant Laconicum.
haec vocabula auctiones subigunt ut faciant viros.
Ap. Quin tu ut occepisti loquere? Ep. Occepere aliae mulieres
duae post me sic fabulari inter sese — égo abscessi sciens
paulum ab illis, dissimulabam earum operam sermoni dare;
nec satis exaudibam, nec sermonis fallebar tamen,
quae loquerentur. Per. Id lubidost scire. Ep. Ibi illarum altera
dixit illi quicum ipsa ibat — (Per. Quid? Ep. Tace ergo, ut audias)
postquam illam sunt conspicatae, quam tuos gnatus deperit:
'quam facile et quam fortunate évenit illi, obsecro,
mulieri, quam liberare volt amator.' 'quisnam is est?'
inquit altera illi. ibi illa nominat Stratippoclem
Periphanai filium. Per. Perii hercle. quid ego ex te audio?
Ep. Hoc quod actum est. egomet postquam id illas audivi loqui,
coepi rursum vorsum ad illas pauxillatim accedere,
quasi retruderet hominum me vis invitum. Per. Intellego.
Ep. Ibi illa interrogavit illam: 'qui scis? quis id dixit tibi?'
'quin hodie adlatae tabellae sunt ad eam a Stratippocle,
eum argentum sumpsisse apud Thébas ab danista faenore,
id paratum et sese ob eam rem id ferre. Per. Certo ego occidi.
Ep. Haec sic aibat: sic audivisse ex eapse atque epistula.
Per. Quid ego nunc faciam? consilium a te expetesso, Apoecides.

(*v. 114*) *adlato quod utramque prosodiam patitur*); *id. 540* plumatile aut clauatum aut ex plumis factum. Pl. in E. 'cum. aut pl.' carinum *A:* garinum *P, cf. Aul. 510* cerinum *Nonius 549:* gerrinum *AP* (gerrinium *E*) *ad κύματα aptavit* cumătile, *eius analogiam sequitur* plumătile (*quod ad πλύμα refert Stowasserus stud. Vindob. 6, 214*); cărĭnum *καρίνον est* (*Wilamowitzius*), *ei assimilavit* cĕrĭnum *a cera, cui assonant* gerrae, *omnia comice* 234 adeptust *A* Ep. — Per. *P* eubeant *A* 235 auetiones *B*, aut tiones *E*, aut ciones *V* uiri *P; cf. 606* 236 occipere *B*[1]*VE* 237 quae sic post me *A* fabulare *A* abcessi solens *P* 238 earum operam sermoni *A:* me harum sermoni operam *P* 239 exaudiebam *A* 244 quam liberare uult *A:* liberae (liberare *B*[2], *om. B*[1]) quam uult *P* *in hoc versu desinit V, in cuius vicem succedit I* (*Londinensis*) 245 inquid *A* illa *Ritschelius:* illi *A, om. P* strathippoclem *A*, stratippodem (-den *B*) *BE*, stratiphoclen *I* (*item 251*) 246 periphane (—ę *IB*[2]) *P*, perifani *A, corr. Ritschelius* peri *A* 247 est *om. P* postquam id *A:* post ibi *P* 248 versum *A* pausillatim *A, gloss. Pl.* 250 quis: qui *A* 251 quin *AP:* quia *Bothius* allatae sunt tabellae *P*, adlatae tabellae *A, corr. Guietus* strathippocl[e *A* 252—449 *desunt A* 253 ob eam rem *ἀπὸ κοινοῦ* (*cf. Pseud. 543*) certo *Kampmannus:* cedo *B*, cede *I, om. E* 254 aiebat ex eapse *Kampmannus:* se abse *post* atque *eras.* ab *B* 255 nunc faciam *Seyffertus in praef. Curc. ed. G. p. 18, Kellerhoffius in Studemundi stud. 2, 55:* faciam nunc

Ap. Reperiamus aliquid calidi conducibilis consili.
nam ille quidem aut iam hic aderit, credo hercle, aut iam adest. Ep. Si aequom siet
me plus sapere quam vos, dederim vobis consilium catum,
quod laudetis, ut ego opino, uterque, Per. Ergo ubi id est, Epidice?
Ep. Atque ad eam rem conducibile. Ap. Quid istuc dubitas dicere?
Ep. Vos priores esse oportet, nos posterius dicere,
qui plus sapitis. Per. Eia vero, age díc. Ep. At deridebitis.
Ap. Non edepol faciemus. Ep. Immo, si placebit, utitor,
consilium si non placebit, reperitote rectius.
mihi istic nec seritur nec metitur, nisi ea quae tu vis volo.
Per. Gratiam habeo; fac participes nos tuae sapientiae.
Ep. Continuo arbitretur uxor tuo gnato atque ut fidicinam
illam quam is volt liberare, quae illum corrumpit tibi,
ulciscare atque ita curetur, usque ad mortem ut serviat.
Ap. Fieri oportet. Per. Facere cupio quidvis, dum id fiat modo. Ep. Em,
nunc occasiost faciundi, prius quam in urbem advenerit,
sicut cras hic aderit, hodie non venit. Per. Qui scis? Ep. Scio.
quia mihi alius dixit qui illinc venit, mane hic adfore.
Per. Quin tu eloquere, quid faciemus? Ep. Sic faciundum censeo
quasi tu cupias liberare fidicinam animi gratia
quasique ames vehementer tu illam. P. Quam ad rem istuc refert? E. Rogas?
ut enim praestines argento, prius quam veniat filius,
atque ut eam te in libertatem dicas emere, Per. Intellego.
Ep. Vbi erit empta, ut aliquo ex urbe amoveas; nisi quid est tua
secus sententia. Per. Immo docte. Ep. Quid tua autem, Apoecides?
Ap. Quid ego iam nisi te commentum nimis astute intellego?
Ep. Iam ⟨simul⟩ igitur amota ei erit omnis consultatio
nuptiarum, ne gravetur quod velis. Per. Vive sapis,
et placet. Ep. Tum tu igitur calide quidquid acturu's age.
Per. Rem hercle loquere. Ep. Et repperi, haec te qui abscedat suspicio.

---

256 riperiamus *B* callidi, *corr. Dousa* 259 opinor 262 quid *EI* eia *ex* euge *B* (*cf. Goetzii et Loewii praef. Asin. p. 8*) 266 tuae — 270 em *om. EI* 267 ut *ad Amph. 9; versum ante hunc intercidisse coniecit Goetzius. cf. Vssingius* 270 hem 271 advenit 272 venerit, *corr. Redslobius* 273 illic *EI* hic *var. l. B:* hunc *B,* hic hunc *EI* 274 E. ς: A faciendo *EI* 276 rogas *om. EI* 279 est *om., cf. v. sq.* 280 sententia *Weisius:* sententia est tu, *correxi* 281 qui *BE* *ad* quid ego iam *verbum ex* intellego *subauditur* 282 *supplevi; cf. 279;* iam simitur *admittere dubitabam* 283 P. *Goetzius:* A. uiue *B:* ui *EI; coniecerunt* nimium, sane, valide 284 E. *om.* callide *EI* 285 haec *i. e. huius rei;* te *ablativus?*

Per. Sine me scire. Ep. Scibis, audi. Ap. Sapit hic pleno pectore.
Ep. Opus est homine qui illo argentum deferat pro fidicina;
nam te nolo neque opus factost. Per. Quid iam? Ep. Ne te censeat
fili causa facere, Per. Docte. Ep. Quo illum ab illa prohibeas:
ne qua ob eam suspicionem difficultas evenat.
Per. Quém hominem inveniemus ad eam rem utilem? Ep. Ilic erit optimus,
hic poterit cavere recte, iura qui et leges tenet.
Per. Epidico habeas gratiam. Ep. Sed ego istuc faciam sedulo:
ego illum conveniam atque adducam hunc ad eum quoiast fidicina,
atque argentum ego cum hoc feram. P. Quanti émi potest minimo? Ep. Illane?
ad quadraginta fortasse eam posse emi minimo minis.
verum si plus dederis, referam, nihil in ea re captiost.
atque id non decem occupatum tibi erit argentum dies.
Per. Quidum? Ep. Quia enim mulierem alius illam adulescens deperit,
auro opulentus, magnus miles Rhodius, raptor hostium,
gloriosus: is emet illam de te et dabit aurum lubens.
face modo, est lucrum hic tibi amplum. P. Deos quidem oro. E. Impetras.
Ap. Quin tu is intro atque huic argentum promis? ego visam ad forum.
Epidice, eo veni. Ep. Ne abitas prius quam ego ad te venero.
A. Vsque opperiar. — P. Sequere tu intro. — E. I, numera, nil ego te moror.

nullum esse opinor ego agrum in agro Attico II 3
aeque feracem quám hic est noster Periphanes:
quin ex occluso atque obsignato armario
decutio argenti tantum quantum mihi lubet.
quod pol ego metuo si senex resciverit,
ne ulmos parasitos faciat, quae usque attondeant.
sed me una turbat res ratioque, Apoecidi
quam ostendam fidicinam aliquam conducticiam.
atque id quoque habeo: mane me iussit senex
conducere aliquam fidicinam sibi huc domum,

---

288 nam telo non eque opus (n * tolo * non eque opus B^1), *corr. Vssingius* ne: nec *BE* 290 eueniat 293 epidice, *corr. Vssingius* istuc, *quasi Periphanes iusserit; Apoecidi ne tribuantur*, sed *obstat* 294 hunc ad eum *Vssingius:* huc ad te quoiiast fidicina *B:* fidicina epid. (apoe. *I*) illane *VE* 295 illane B^2*: om., cf. 294* 296 minas, *corr. Gronovius* 298 decet, *item Nonius 355* 299 quid dum B^1 alius illam *Bothius:* illam alius adolescens 301 is *Brixius:* hic lubens *Gruterus:* iubeas 302 tace, *corr. Palmerius* impetra, *corr. Palmerius* 303 hic *BE* 306 EPIDICVS SERVVS *BEI* oppinor *B* in ⟨omni⟩ *Lomanus* 308 armario *Pylades:* atque armario 309 argentum *B, corr. 1 m.* 311 attonde B^1, attondeat E^1I

⟨quae⟩, dum rem dinam faceret, cantaret sibi;
ea conducetur atque ei praemonstrabitur
quo pacto fiat subdola adversus senem.
ibo intro, argentum accipiam ab damnoso sene. —

STRATIPPOCLES III 1

Expectando éxedor míser atque exénteror,
quó modo mi Épidici blánda dicta évenant.
nímis diu máceror: sítne quid nécne sit,
scíre cupió.

CHAERIBVLVS

Per illám tibi cópiam
copíam parare aliám licet: scivi équidem in principio ilico
nullám tibi esse ín illo copiam. Str. Interii hércle ego.
Chaer. Ábsurde facis qui ángas te animi; si hércle ego illum semel préndero,
númquam inridére nos íllum inultúm sinam servom hominem.
Chaer. Quíd illum facere vís, qui, tibi quoi dívitiae domi máxumae sunt,
is númmum nullum habés neque sodáli tuo in te cópiast.
Chaer. Si hercle hábeam, polliceár lubens, verum áliquid aliqua aliquó modo
alicúnde ab alíqui aliqua tíbi spes est fore méliorem fortúnam.
Str. Vaé tibi, muricide homo. Chaer. Qui tibi lubet mihi male loqui?
Str. Quippe tú mi aliquíd aliquo modo alicunde ab aliquibus blatis

316 ⟨quae⟩ *Buechelerus mus. Rhen. 35, 629, qui vindicavit* dinam; *cf. ad Truc. 307* dinam *B¹:* divinam 320 STRATIPPOCLES (STRATIPHOCLES *I*) CHERIBOLVS ADOLESCENTES (DVO *add. I*) *BEI* 320 *sq. disp.:* Exp. — mihi | Ep. — maceror | Sic — copiam 321 eueniant 322 sic (sit *E*) ne quid (quit *B*) nec nescit 324 copiam *EI:* copiam tibi *B* parere *B ante corr.* in *del. Abrahamus stud. Pl. 224* 326 si *sq. Stratippocli dantur* prehendero 327 inultimum *cretici cum ithyph.* 328 facere *I var. l.:* fere *EI,* ferre *B* quoi *B²:* cui *I,* qui *B¹*, cui quisi *E; cf. Bachius de attr. inv. 28* 329. 330 is nummum (*ex* nummi) *B*, nummum his *EI* nec 331 aliquid *vindicat v. 334. lene anacoluthon, et properantem linguam sequentes anapaesti indicant* 332 allicunde *B* meliorem *L.:* mecum *Cic. ad fam. 14, 4, 1* quod si nos ad aliquam alicuius commodi aliquando recuperandi spem fortuna reservavit, minus est erratum a nobis 333 *Paulus 125* murricidum: ignavum, stultum. Pl.: ‘murricide homo’ ignave iners *vocabulo obscuro substituit* murcide *post Hermolaum Lambinus* (*cf. schol. Aen. 8, 636, Pompon. inc. 12 R.*): *fort. clausula dactylica, deinde dimeter iamb.* 334 latis *BE*, latras *B²*

quod nusquamst neque ego id inmitto in aures meas
nec mihi plus adiuménti †ades, quam ille qui numquam etiam nátust.

EPIDICVS III 2

Fecísti iam officium tuom, me meum nunc facere oportet.
per hanc cúram quieto tibi licet esse — hoc quidem iam periit:
ne quid tibi hinc in spem referas, oppido hoc pollinctum est;
crede modo mihi: sic ego ago, sic egerunt nostri.
pro di immortales, mihi hunc diem dedistis luculentum,
ut facilem atque impetrabilem! sed ego hinc migrare cesso,
ut importem in coloniam hunc ⟨meo⟩ auspicio commeatum?
mihi cesso, cum sto. sed quid hoc? ante aedis duo sodales,
erum et Chaéribulum, conspicor. quid hic ágitis? accipe hoc sis.
Str. Quantum hic inest? Ep. Quantum sat est, et plus satis: superfit.
decem minis plus attuli quam tu danistae debes.
dum tibi ego placeam atque obsequar, meum térgum flocci facio.
Str. Nam quid ita? Ep. Quia ego tuom patrem faciam parenticidam.
Str. Quid istúc est verbi? Ep. Nil moror vetera et volgata verba;
peratum ductarent: ego follitum ductitabo.
nam leno omne argentum abstulit pro fidicina (ego resolvi,
manibus his denúmeravi) pater suam natam quam esse credit;
nunc iterum ut fallatur pater tibique auxilium apparetur
inveni: nam ita suasi seni atque hanc habui orationem

*

335 *aut creticus tetrameter aut senarius;* aures immitto meas *Goetzius, cf. Capt. 548* 336 adiumenta ades *E*, adiumenta des *I;* das *Pylades,* addis *Kiesslingius* (*sic anapaesti fiant*), *potius* habes natus est *EI* 337 EPIDICVS SERVVS STRATIPPOCLES (STRATIPHOCLES *I*) CHERIBOLVS (CHER. *E*) ADOLESCENS (ADOL. *B*, ADOLESCENTES *I*) *BEI* tuum *EI:* tu tuum *B* 338 perit *cf. Bacch. 1067. Men. 548* 339 ni pollitum est *B*, politum est *EI, corr. Goetzius* 339. 340 *septenarios efficiunt* (339 hinc in sp. r. tibi *et* hoc oppido, 340 ⟨tu⟩ mihi); *traditi hi versus videntur:* –◡◡–◡͜◡–◡◡– –◡–◡–◡, *cf. ad 533 sq. hos duos versus exultans loquitur postquam fores occlusae sunt; deinde procedit ab aedibus* 341 diem ⟨ut⟩ *Guietus* (*cf. Rautenbergius quaest. Plaut. 10*); *fort. sequens* ut *ἀπὸ κοινοῦ* dedisti loculentum *B* 343 hunc meo *Pylades et Goetzius:* hunc hunc 346 supersit, *corr. Camerarius* 349 *sq. tractavi vind. Plaut. 3 sq.* 349 ego *om. B* 351 paratum *EI* ductare at ego, *correxi* 352 *cf. Vahlenus ind. lect. 1880 p. 15* 353 dinumeravi *possis* m. d. his credidit *B*[1]*EI* 355 inveni nam *Pylades et R. Muellerus:* inveniam *lacunas detexit Taubmannus, cf. R. Muellerus p. 6 sq. talia intercidisse apparet:* ⟨ut praestinaret fidicinam quam liberare velles, quasi liberare ipsus sibi eam cuperet⟩ quasique amaret. *de ultimis verbis v. ad v. 359*

ut cum rediisses ne tibi eius copia esset. Str. Euge.

*

(Ep.) ea iam domist pro filia. Str. ⟨Iam⟩ teneo. Ep. Nunc cautorem
dedit mihi ad hanc rem Apoecidem, is ápud forum manet me,
[quasique amaret] caveat. Str. Haud male. Ep. Iam ípse cautor captust.
ipse in meo cóllo tuos pater cruminam collocavit;
is adornat, adveniens domi extemplo ut maritus fias.
Str. Vno persuadebit modo, si illam, quae adducta est mecum,
mi adempsit Orcus. Ep. Nunc ego hanc astutiam institui.
deveniam ad lenonem domum egomet solus, eum ego docebo,
si quid ad eum adveniam, ut sibi essé datum argentum dicat
pro fidicina, argenti minas se habere quinquaginta
(quippe ego qui nudiustertius meis manibus denumeravi
pro illa tua amica, quam pater suam filiam esse retur):
ibi leno sceleratum caput suom imprudens alligabit,
quasi pro illa argentum acceperit, quae tecum adducta nunc est.
Chaer. Vorsutior es quam rota figularis. Ep. Iam ego parabo
aliquam dolosam fidicinam, nummo conducta quae sit,
quae se emptam simulet, quae senes duo dócte ludificetur.
eam ducet simul Apoecides ad tuom patrem. Str. Vt parate.
Ep. Eam pérmeditatam, meis dolis astutiisque onustam
mittam. sed nimis longum loquor, diu me éstis demorati.
haec scitis iam ut futura sint. abeo. — Str. Bene ambulato.
Chaer. Nimis dóctus ille ⟨est⟩ ad male faciendum. Str. Me equidem certo

---

356 redisses ne *B, sed* n *ex corr.:* ue *E,* ut *I* *intercidisse videntur talia:* ⟨nunc super adducam aliam patri fidicinam; nam quam amabas⟩ 357 E. *praem. B* (B^2 *ut solet*), *om. EI* pro filia *Acidalius:* pro illa B^2 *in ras.*, pelia *EI* ⟨iam⟩ *Brixius* auctorem *BI*, actorem *E, corr.* ς 359 quasi quae amaret caveat *codd.*, *atque videntur priora verba sana esse* (*cf. 275 sq.*) *et reliquiae eorum quae post v. 355 interciderunt. hic sententia flagitat* ⟨suasi ipse ut⟩ caveat E. *om. EI* ⟨sed⟩ iam *Goetzius* captus est *cf. Capt. 256; Cic. pro Mur. 22* 361 veniens, *corr. Camerarius* 363 dempsit B^1 astutiam hanc *Pylades, cf. Kaempfius de pron. pers. 23; possis velut* ⟨astu⟩ institui 364 ego *del. Pylades* 365 si quidem ς, *fort.* si cum illo (si qui ad eum adveniant *Camerarius*) datum esse *Pylades* 369 alligauit *minarum numerus pugnat cum v. 703. extrema* quae tecum *etc.* *παρὰ προσδοκίαν inferuntur: pro conducticia illa argentum acceptum esse Apoecides credet, re vera expensum erit pro ea quam Stratippocles adduxerit; eo spectat* imprudens 371 versutior *item schol. Aen. 2, 62* iam *B:* ha *E,* ah *I* 373 docta *EI* 374 suum B^1V ST. *om. EI* 375 E. *om. EI* permeditatam meis dolis *non recte coniungunt. cf. Mil. 903 Trin. 817* 376 mitram *EI* nimis *etiam ad* diu *pertinet* 378 ⟨est⟩ *Camerarius* met quidem B^1

servavit consiliis suis. Chaer. Abeamus intro hinc ad me.
Str. Atque aliquantó lubentius quam abs te sum egressus intus;
virtute atque auspicio Epidici cum praeda in castra redeo. —

PERIPHANES III 3

Non oris causa modo homines aequom fuit
sibi habere speculum, ubi os contemplarent suom,
sed qui perspicere possent cor sapientiae,
[igitur perspicere ut possent cordis copiam]
ubi id inspexissent, cogitarent postea,
vitam ut vixissent olim in adulescentia.
vel ego, qui dudum fili causa coeperam
ego med excruciare animi, quasi quid filius
meus déliquisset me erga aut quasi non plurima
male facta mea essent solida in adulescentia.
profecto deliramus interdum senes.
[fuit conducibile hoc quidem mea sententia.]
sed meus sodalis it cum praeda Apoecides.
venire salvom mercatorem gaudeo.
quid fit?

APOECIDES

Di deaeque te adiuvant. Per. Omen placet.
Ap. Quin omini omnes suppetunt res prospere.
sed tu hanc iubé sis intro abduci. Per. Heus, foras
exite huc aliquis. duce istam intro mulierem.
atque audin?

---

379 Ch. *om. EI* 382 periphanes apoecides senes ·ii· mvlier (M. om. *I*) fidicina *BEI* hominis 383 contemplaret *BE* 384 sed *Camerarius:* sed id (ed *in ras. B*²) *B,* sibi id *EI* (*ex correctura natum, in archetypo super* sibi *scripto* ed) cor sapientiae *posuit ut corporis cordi opponeret* (*cf. Mil. 336. 786 Pers. 623 Pacuv. v. 300*)*; varia scriptura fuit* cordis copiam. (sed qui perspicere possent cordis copiam *Geppertus, cf. Goetzius anal. Pl. 98 sq.*) 385 possint *BE* 387 adolescentia 388 uel quasi egomet qui dum fili c. c., *corr. Guietus* 389 mc 390 meus: melius *BE* med plurimum, *corr. Pius* 393 *del. Vssingius; si genuinus est, reliquiae sunt meditationis qualis Aul. 478 sq. et similes.* mea quidem *Acidalius* (*Luchsius comm. pros. 1, 17; 2, 9*) 396 sit adiuuant res propere Per. (P. *om. EI*) omen placet, *cf. v. sq.* 397 A. *om.* qui nomini *B*¹*:* cum nomini *E,* cum homini *I,* quoi homini *B*² omnis *BE* propere *BVE,* prosperae *ς, vulgo* (*cf. Curc. 368*) 398 iube sis *Gruterus:* iubes *EI,* lubens *B; cf. ad Cas. 846* P. *om. BE* 399 mulierem *sequente rasura B:* mulierem concludi volo *EI* (*cf. 402*)

SERVVS

Quid vis? Per. Cave siris cum filia
mea cópulari hanc neque conspicere. iam tenes?
in aediculam istanc sorsum concludi volo.
divortunt mores virgini longe ac lupae.
Ap. Docte et sapienter dicis. + num nimis potest
pudicitiam quisquam suae servare filiae.
edepol ne ístam temperi gnato tuo
sumus praémercati. Per. Quid iam? Ap. Quia dixit mihi
iam dudum se alius tuom vidisse hic filium:
hanc edepol rem apparabat. Per. Planum hercle hoc quidem est.
Ap. Ne tú habes servom graphicum et quantivis preti,
non carust auro contra. ut ille fidicinam
fecit ⟨sese ut⟩ nesciret esse emptam tibi!
ita ridibundam atque hilaram huc adduxit simul.
Per. Mirum hoc qui potuit fieri. Ap. Te pro filio
facturum dixit rem esse divinam domi,
quia Thebis salvos redierit. Per. Rectam institit.
Ap. Immo ipsus illi dixit conductam esse eam,
quae hic administráret ad rem divinam tibi.
[facturum hoc dixit rem esse divinam tibi domi]
ego illic me autem sic assimulabam: quasi
stolidum, combardum me faciebam. Per. Em istuc decet.
Ap. Res magna amici apud forum agitur, ei volo
ire advocatus. Per. At quaeso, ubi erit otium,
revortere ad me extemplo. Ap. Continuo hic ero. —
Per. Nihil homini amicost opportuno amicius:

---

400 S.: Epid. *B*, Ap. *EI* eum B^1 (siriscum nomen proprium B^2 *in marg.*) 402 istaec B^1, istac *E*, istae *I* sorsum *sic* 404. 405 nemo nimis potest pudicitiam umquam *Muellerus* (*qui* pŭdĭcitiam *probat*, num *esse* noenum *dicat*) 406 istam ⟨hodie⟩ *Muellerus* (*post* istam *ras. 8 litt. B*) tempore 408 *fort.* aliquis, *cf. 273* tuum *om. B* visse *B*, nisse *E* 409 P. *praem. EI* P. *B*: A. *EI* plane, *corr. Geppertus* (*Capt. 564 Mil. 406*) 410 AP. *om. EI* 412 ⟨sese ut⟩, *cf. Muellerus pros. 505, Engelbrechtus stud. Vind. 6, 218* nescire, *corr. Muellerus* 413 ita ridibundam *B*: laridibundam *E*, illam ridibundam *I* 414 qui *I*: quod *B*, quidem *E* 416—419 *om.* B^1EI 416 recte, *corr. Lambinus* 417 immo ipsus *ridicule rem amplificat* 419 *cf. 415, delevit Acidalius* 420 quasi *sic versu divisum Pseud. 462* 421 cum bardum, *cf. consucidam Mil. 787* em istuc *L.*: immo stat B^1, immo sta EIB^2 422 ei IE^2: eum *B et ut vid.* E^1 423 *re B^1, ere E^1, esse *I* (*cum v. l.* ire) at queso *B*: atquest *E*, atque esto *I* 425 oportuno *EI* amicitius *E*, amititius *B*, amictius *I* *cf. ad v. 526*

sine tuo labore quod velis actumst tamen.
ego si allegavissem aliquem ad hoc negotium
minus hominem doctum minusque ad hanc rem callidum,
os sublitum esset, itaque me albis dentibus
meus dérideret filius meritissumo.
sed quis hic est quém ⟨ego⟩ huc advenientem conspicor,
suam qui undantem chlamydem quassando facit?

MILES III 4

Cave praéterbitas ullas aedis, quin roges,
senex híc ubi habitat Periphanes Platenius.
incertus tuom cave ad me rettuleris pedem.
PER. Adulescens, si istunc hominem, quem tu quaeritas,
tibi commonstrasso, ecquam abs te inibo gratiam?
MIL. Virtute belli armatus promerui, ut mihi
omnis mortalis agere deceat gratias.
PER. Non repperisti, adulescens, tranquillum locum,
ubi tuas virtutes explices, ut postulas.
nam strenuiori deterior si praedicat
suas pugnas, de illius illae fiunt sordidae.
sed istúm quem quaeris Periphanem Platenium,
ego sum, si quid vis. MIL. Nempe quem in adulescentia
memorant apud réges armis, arte duellica
divitias magnas indeptum? PER. Immo si audias
meas púgnas, fugias manibus dimissis domum.

---

427 alligassem (*cf. Poen. 773*) 428 hominem *Camerarius:* hominem quam; *verba collocata ut Cist. 653 et saepe* callid*m B^1, callidam *E* 429 ⟨mi⟩ os *Hasperus ad Epid. coni. 23* alchis *EI* 430 deridet B^1, deridere *I* 431—434 (*quos hoc loco etiam in A fuisse probabile est*) *Acidalius post v. 455 posuit* 435 ⟨ego⟩ *L.* 436 qui suam *Nonius 254* (quassare *sub* C *litt.*) *Militem fabulam dicens* clamydem *B,* clamidem *EI, Nonius* fecit *Noni codd. fere* 437 MILES SENEX PERIPHANES FIDICINA *BEI,* MVLIER *add.* B^2 438 hic *om. B* platemus *I,* platenus (*sed* n *ex corr.*) *E, cf. 448.* Plothenius *quasi* Πλωθειεύς Πλωθεύς *finxit Petitus;* Pallenius *Wilamowitzius ind. lect. Gott. 1893/94, 14.* 439 tuum: tu *e corr. E,* sum *I* retuleris B^2, retulerit *ut vid.* B^1, retulit *EI* 440 P. *om. EI* (*v. 439 praem. I*) adolescens, *item 444 . 449* 441 commonstravero B^1 442 ornatus *Geppertus* praemerui *ut vid.* B^1 443 deceat agere deceat *BE* 447 *item Priscianus, qui 1, 86 sq. adfert v. 446. 447; cf. Buechelerus mus. Rhen. 37, 524; Truc. 381* sordidae *B, var. l. 1:* ordine *EI* 448 periphanen *BI* platanium B^1, platemum *I; cf. 438* 450 *accedit A* 451 i]n̥[dep]t̥[um *A:* indemptum *B,* ademptum *I,* adeptum *E* 452 demissis *AP, sed fort.* dimissis *A; cf. Pseud.* 844 *sq.*

Mil. Pol égo magis unum quaero, meas cui praedicem,
quam illum qui memoret suas mihi. Per. Hic non est locus;
proin tu alium quaeras cui centones sarcias.
atque haec stultitiast me illi vitio vortere
egomet quod factitavi in adulescentia,
cum militabam: pugnis memorandis meis
eradicabam hominum auris, quando occeperam.
Mil. Animum advorte, ut quod ego ad te advenio intellegas.
meam amicam audivi te esse mercatum. Per. Attatae,
nunc demum scio ego hunc qui sit: quem dudum Epidicus
mihi praedicavit militem. adulescens, itast
ut dicis, emi. Mil. Volo te verbis pauculis,
si tibi molestum non est. Per. Non edepol scio,
molestum necne sit, nisi dicis quid velis.
Mil. Mi illam ut tramittas, argentum accipias: adest.
nam quid ego apud te vera parcam proloqui?
ego illám volo hodie facere libertam meam,
mihi concubina quae sit. Per. Te absolvam brevi:
argenti quinquaginta mi illa empta est minis;
si sexaginta mihi denumerantur minae,
tuas póssidebit mulier faxo ferias;
atque ita profecto, ut eam ex hoc exoneres agro.
Mil. Estne empta mi istis legibus? Per. Habeas licet.
Mil. Conciliavisti pulchre. Per. Heus, fóras educite
quam introduxistis fidicinam. atque etiam fides,
ei quae accessere, tibi addam dono gratiis.
age accipe hanc sis. Mil. Quae te intemperiae tenent?
quas tu mihi tenebras trudis? quin tu fidicinam

---

454 quam illum *P:* qua [ill]um *vel* qua[m e]um *A* 455 proin *A:* quo in *E,* qu** B^1, quin IB^2 farcias *A*, fartias *B*, faruas *EI*, *corr. Lambinus* (*'nonnulli legi volunt'*); *cf. Cat. r. r. 2, 3; Gronovius lect. Pl. 154 sq.* 431 stultia st *B* 432 in adulescentia *om. EI*, *cf. 434* 434 hominum *B:* hominum adulescentia (-am *I*) *EI* aureis 456 venio *P* 457 atate *B*, aetate *E*, atat *I* 459 adulescens itast *A*, B^2 *in ras.:* adolescens ntiast *E*, adolescens est *I* 461 nonst *BE* 462 necne sit *A:* non est *P* nisi *P:* nihil *A* quod *A* 463 adest *A*, *Periphani tribuens:* habeas *P* (*Periphani tribuit B*) 464 verba *A*, *corr. Geppertus et Goetzius*: *om. P* 465 hodie volo *P* 466 *pers. spat. om. A ut vid.* 468 si *om.* B^1EI den. *vel* din. *A* 471 est nempta *A* mihi *A:* mihi haec *EI*, tibi haec *B* 472 *totus Periphanis P post* 474 *versus vacuus in A; titulus v. 437 in P fidicinam iam habet* 475 te *om. P* 476 trudis *A*, *B* (*sed* tr *in ras. 2 m.*) *I*, cudis *E;* tradis *Vssingius*, terebras *Scaliger* (*cf. Taubmannus*), *cf. Buechelerus Fl. ann. 105, 113*

produci íntus iubes. Per. Haec ergo est fidicina.
hic alia nullast. Mil. Non mihi nugari potes.
quin tu huc producis fidicinam Acropolistidem?
Per. Haec inquamst. Mil. Non haec inquamst. non novisse me
meam rere amicam posse? Per. Hanc, inquam, filius
meus deperibat fidicinam. Mil. Haec non est ea.
P. Quid? non est? M. Non est. P. Vnde haec igitur gentiumst?
equidem hercle argentum pro hac dedi. Mil. Stulte datum
reor et peccatum largiter. Per. Immo haec east.
nam servom misi, qui illum sectari solet
meum gnátum: is ipse hanc destinavit fidicinam.
Mil. Em istíc homo te articulatim concidit, senex,
tuos servos. Per. Quid? concidit? Mil. Sic suspiciost,
nam pro fidicina haec cerva supposita est tibi.
senex, tibi os est sublitum plane et probe.
ego illám requiram iam ubi ubi est. — Per. Bellator, vale.
euge, euge, Epidice, frugi es, pugnavisti, homo es,
qui me emunxisti mucidum, minimi preti.
mercatus te hodie est de lenone Apoecides?

FIDICINA

Fando ego istunc hominem numquam audivi ante hunc diem,
neque me quidem emere quisquam ulla pecunia
potuit: plus iam sum libera quinquennium.
Per. Quid tibi negotist meae domi igitur? Fid. Audies.
conducta veni, ut fidibus cantarem seni,
dum rem divinam faceret. Per. Fateor me omnium
hominum esse Athenis Atticis minimi preti.
sed tu novistin fidicinam Acropolistidem?

---

477 intus iubes produci *Brugmannus* 479 cropolistidem *P* 481 eam *P* posse *P:* ęssę *A* 485 et *om. A* east *P:* est *A* 486 qui illum *A:* qui *post spatium B, om. lacuna indicata EI* 487 is *om. P* hanc destinauit fidicinam *A:* hanc fidicinam emit fidicinam (*cum lac. post* emit) *B*, hanc fidicinam (*cum lac. post* hanc) *EI* 488 hem *P* articulatum concidis *A* *hic Peliam, statim Iphigeniam indicat* 489 quid *P:* qui *A* 490 cerva *om. P* 492 P. *praem. B* P. *om. AP, corr. Goetzius* 493 eugae eugae *A:* euge fruge *I*, euge frugi (frugi* *B*) *BE* pugnasti *AP; cf. Ter. Ad. 843. Eun. 154* 494 muccịdum *A* 495 mercatum est te hodie est lenone apoẹtides *A* 496 fandum *A*, eandum *P* (*etiam* B^1 *ut vid.:* chodum B^2), *corr. Geppertus* istuc nomen *Bothius* (*sed Capt. 634 non eiusdem generis*) 497 equidem *A; cf. 378* 498 quinquennium sum libera *Fleckeisenus* 503 nouistin *EI:* nouisti *B*, probistịịn *A* fidicinam *P:* mulierem fidicinam *A* cropolistidem (rerop. *E*) *P*

F. Tam facile quam me. P. Vbi habitat? F. Postquam liberast
ubi habitet dicere admodum incerte scio.
Pe. Eho an libera illa est? quis eam liberaverit,
volo scíre, si scis. Fid. Id quod audivi audies.
Stratippoclem aiunt Periphanai filium
absentem curavisse ut fieret libera.
Per. Perii hercle, si istaec vera sunt; planissume
meum exenteravit Epidicus marsuppium.
Fid. Haec sic audivi. numquid me vis ceterum?
Per. Malo cruciatu ut pereas atque abeas cito.
Fid. Fides non reddis? Per. Neque fides neque tibias.
propera igitur fugere hinc, si te di amant. Fid. Abiero.
flagitio cum maiore post reddes tamen. —
Per. Quid nunc? qui in tantis positus sum sententiis. †
[eamne egó sinam impune? immo etiam si alterum
tantum perdundumst, perdam potius quam sinam
me impune irrisum esse, habitum depeculatui]
ei sic data esse verba praesenti palam!
atque mé minoris facio prae illo, qui omnium
legum atque iurum fictor, conditor cluet;
is etiam sese sapere memorat: malleum
sapientiorem vidi .excusso manubrio.

---

504 liberast *A:* uber ast *E,* liberta est *I,* uberta st *B* 505 habitat B^1, habitaret *E* dicere *A: om. P* admodum *A:* dum *P* incerto *BE* 506 eho an libera illa est quis eam liberauit *A,* eho ani quis (uis B^1I) eam liberauerit (-ui B^1 *ut vid.,* -uit *I*) 507 audiui iam audiens *A, cf. ad Amph. 793* 508 stratippoden *B,* strapoden *E,* stratiphoclen *I,* strathippoclen *A* aiunt *om. P* periphani *AP* (perifani *EI*) 509 libera: filia *A* 510 peri *A* 511 exinterauit *I,* ex intrauit *B,* exineravit *E* epidicus marsuppium epidicus *A* 512 nunc si quid uis me ceterum *A* 513 ut cruciatu ut *A* 514 *cf. Vahlenus ind. lect. 1880 p. 6* 515 propera sis igitur *A* te si *A* 517 qui nunc quin tantis posiṭụs siis (sus? seis?) sententeis *A* sim *E, cf. Pseud. 516 et similia* qui in antis positus sum (*vel* sis *sequente* tibi *v. 521 in.*) senatuis *conieci Herm. 18, 582 sq.* 518—520 *om. A* 518 eumne *B* 519 qua *B* 520 depeculatum *cf. Buechelerus de decl. 110 W., Pers. 555, carm. lat. epigr. 134, 6. peccavit qui hos versus fecit* (*cf. Lucil. 553*) 521 ei seic *A,* eis sic *P,* mei sic *Buechelerus l. s.; cf. ad 517* 522 atque me minoris *A,* atque memineris *P; cf. Muellerus pros. 436, Skutschius Plaut. u. Rom. 53* facio facio *A* 523 uirum B^1 condictor *A* (*cf. Curc. 5*) *tamquam de fingendis* (*libis, Varro l. l. 7, 44*) *et condiendis* (*cf. Cic. pro Clu. 71*) *loquitur, leges condendas figendasque indicans* 525 uidi excusso *om. P, spatio relicto* mulier *add. P, cf. tit. 437;* PERIPHANES *inter*

PHILIPPA IV 1

Si quid est homini míseriarum quód miserescat, míser ex animost.
id ego expérior, cui múlta in unúm locum
cónfluont, quaé meum péctus pulsánt simul:
multiplex aerumna me exercitam habet,
paupértas, pavór territát mentem ánimi,
neque úbi meas spes cóllocem habeo úsquam munitúm locum.
ita gnáta mea hostiumst potita, neque ea nunc ubi sit scio.
PER. Quis illaec est mulier, timido pectore peregre adveniens
quae ipsa se miseratur? PHIL. In his dictust locis habitare mihi
Periphanes. PER. Me nominat haec; credo ego illi hospitio usus venit.
PHIL. Pervelim mercedem dare, qui monstret eum mihi hominem aut ubi habitet.
PER. Noscito ego hanc, nam videor nescio ubi mi vidisse prius.

---

v. 525 et v. vacuum A (fort. ante illud etiam Philippae nomen extitit) 526—540 *in A pauca leguntur* 526 si q *et* q *et* miser [ex a.] *suis locis in A genus loquendi est quale ad Aul. 207 exemplis probavimus* 527 *sq. disp. P:* Id — meum | Pectus — paupertas | Pauor — spes | Habeo — potita | Neque — timido | Pectore — miseratur | In — Periph. | Me — invenit | Pervelim — habitet | Noscito — est | Quam — antidhac *e. q. s.* 527—530 *in A suis locis leguntur* id e[go] *et* ḷọ[cum confluu]ṇṭ q[uae | , *sequente versu* [pectu]s pulsa[nt], *sequente* sị[mul] — p̣ *ab initio, sequente medio* ṭe[rrit]ạṭ ṃ ṃ[ente]ṃ 527 *fortasse trochaei incipiunt velut* íd ego experior cuí ⟨mala⟩ 529 aerumna me *Gulielmius:* erumnam *BI,* erumpna *E* *anapaestos posuit Spengelius;* exercitam med *Geppertus* 530 *an* mi mentem? *cf. A* 531 collocem spes *P, corr. Weisius; in A legitur:* neç — ọ [ṃịḥ]ị usq[uam] mun[itu]m locum 532 *in A legitur:* i[ta — *et* ṇẹque ea nunc ubi s[it] scio nescio *P* 533—537 *ut supra disponit A, nisi quod versuum 535 et 536 extrema (post* hos]pi *et* hominem) *propriis versibus scripta sunt; quae dispositio praesertim commendatur Periphanis nomine in versus initio posito, cf. Bacch. 414 sim.; de P vide ad 527 sq.* *vulgo tres iambicos duo trochaicos efficiunt octonarios. schema coli decies versu non clauso repetiti hoc esse videtur:* ⏓⏓ ⏕ – ⏖ – ⏑⏑ – (*cf. prius Eupolidei colon, ad Bacch. 989 sq.*), quís illaec est muliér timido | péctore quae peregre ádveniens | ípsa se miserátur? in his | díctu' locis habitáre mihi | Périphanes. me nóminat haec. | crédo ego, illi hospitio úsu' venit. | pérvelim mercedém dare qui | mónstret eum mi hominem aút ubi habet. | nóscito ego hanc, nam mí videor | néscio ubi vidísse prius. *de 537 v. i.* 533 *huc spectare Marium Plotium (449* Plautus 'sed quis illaec mulier est') *non est probabile; cf. 620 Mil. 361, Pseud. 963 alia* *in A legitur* quis ill[ae]ç ẹṣ[t *et* peregṛẹ ad[ue]niens 534 *in A legitur* q[uae] ipsa [se] ṃis — *et* mi]ḥị 535 *in A legitur* per[ip]ḥạ — *et* c]redo ego ill[ị ụṣ]ụṣ [ḥọṣ]pị — invenit *P; cf. Langenus symb. 162* 536 *fere legitur in A;* aut *non apparet ante* ụḅị ḥ[ạ-ḅ]ịṭẹ[t; *cf. Beckerus in Studemundi stud. 1, 192* 537 *in A legitur* ṇ]ọ — *et*

éstne ea an nón east quam animus retur meus?
Phil. Di boni, visitavi * * antidhac?
Per. Certo eást * * quam in Épidauro paupérculam memini cómprimere.
Phil. Plane hícine est, qui mihi in Épidauro primús pudicitiam pépulit.
Per. Quaé meo compréssu peperit fíliam quam dómi nunc habeo.
quíd si adeam — Phil. Hau scio án congrediar — Per. Si haéc east.
Phil. Si is ést homo, sicut ánni multi dúbia dant.
Per. Lónga dies meum incértat animum. sín east quam incerte aútumo,
hánc congrediar ástu.
Phil. Múliebris adhibenda míhi malitia nunc est.

Per. Cómpellabo. Phil. Orátionis áciem contra cónferam.
Per. Salva sis. Phil. Salutem accipio mi et meis. Per. Quid ceterum?
Phil. Salvos sis: quod credidisti reddo. Per. Haud accuso fidem.

---

uidisse prius me *P*, *corr. Lindemannus. fortasse tres choriambi cum tripodia dactylica, cf. Cas. 633* 538 *in A legitur* — ṇ[ẹạ]st qu[am] animu[ṣ ṛẹṭụṛ m]ẹụṣ east: est *P* 539 *spatium ante* Antidhac (*sic B*) *vacuum reliquit P; in A legitur* [ḍi] ḅọ *et in medio fere versu* ḥụṇ, *ultimus versus in sq. lineam excucurrit ut vid.; quod supplent* hunc an non, hunc ego umquam *vel* hominem *non satis ostendit primo aspectu commotam* 540—546 *disp. P:* Certo — Ep. | Pauperculam — Ep. | Primus — filiam | Quam — congredior | Si — dant | Longa — animo | Hanc — nunc est 540 *in A tribus versibus brevibus scriptus fuisse videtur, quorum secundus incepit a* qu[am], *tertius a* pạupẹr[cul]am *spatium post* east *relictum est in P. metrum sane incertum, sed ultimum colon non potest non dimeter anapaesticus esse* 541 *in A:* plane ḥịç[iṇẹ ẹ]ṣ — *et sq. versu . . . .* ị[ḥi] in *e. q. s.* hicine *cf. M. Warren ephem. philol. Americ. 2, 58* primus *P:* virgini primus *A; lege* primu' pẹ[ṛp]ulit *A, cf. Trin. 308* 542 quam domi nunc habeo *om. A ut vid.* 543 quid si adeam *Philippae,* haud — east *Periphani tribuit P* (*ante* hauscio *personam indicat A*), *corr. Goetzius Nonius 473* congredias Pl. in E.: quid si adeam aut sicia an congredias si hoc est haud *P* sin is est *EI et ut vid. A,* sin est is *B*, *corr. Geppertus* 544 *sq. disp. A:* sicut *usque ad* [anim]ụṃ | sein *u. ad* astu; *de P v. s.* 544 ḍubia da[nt] *non sequente pers. spatio A,* dubiam dant *I*, de ubi andant *B*, de ibandant *E*; dubiam *si verum sit anapaestos indicet, sed nec hoc nec* dubia *caret difficultate; cf. Langenus symb. 214, Seyffertus in Bursiani ann. 47, 92 adn.; indicavi systema trochaicum* 545 lon(ga) *et* (i)ṇç(ertat) *et* (anim)ụṃ, *deinde* sein east *e. q. s. A* longa dies meum incertat animum *item Nonius 123* incertẹ *A:* incerto *P* autumo *Camerarius:* animo *P,* ạụ[ḍi]ọ *A* 546 *aut trochaei quos indicavi aut anapaesti tales:* hanc cóngrediar astú. muliebris adhibénda mihi malitía nunc est, *neque constat de praecedentibus, cum* autumo *incertum sit; v. ad 544* 547 Per. *om. B* Ph.: Senex *B* 548 sịẹs *A* 549 Per.: *spat. om. A* haut *A*

novin ego te? Phil. Si ego te novi, animum inducam, ut tu noveris.
Per. Vbi te visitavi? Phil. Inique iniuriu's. Per. Quid iam? Phil. Quia
tuae memoriae interpretari me aequom censes. Per. Commode
fabulata es. Ph. Mira memoras. ⟨P. Te memini⟩ — Ph. Em istuc rectius.
P. Meministin — Ph. Memini id quod memini. P. At in Epidauro —
Ph. Ah, guttula
pectus ardens mi aspersisti. Per. Virgini pauperculae,
tuaeque matri me levare paupertatem? Phil. Tun is es,
qui per voluptatem tuam in me aerumnam obsevisti gravem?
Per. Ego sum. salve. Phil. Salva sum, quia te esse salvom sentio.
Per. Cedo manum. Phil. Accipe. aerumnosam et miseriarum compotem
mulierem retines. Per. Quid est quod voltus turbatust tuos?
Phil. Filiam quam ex te suscepi — Per. Quid eam? Phil. Eductam perdidi.
hostium est potita. Per. Habe animum lenem et tranquillum. tace.
domi meae eccam salvam et sanam. nam postquam audivi ilico
ex meo servo, illam esse captam, continuo argentum dedi,
ut emeretur. ille eam rem ádeo sobrie et frugaliter
accuravit, ut⟨ut⟩ ad alias res est impense inprobus.
Phil. Fac videam, si mea, si salva ⟨mihi sit⟩. Pe. Eho, istinc, Canthara,
iube Telestidem huc prodire filiam ante aedis meam,
ut suam videat matrem. Phil. Remigrat animus nunc demum mihi.

ACROPOLISTIS IV 2

Quid est, pater, quod me excivisti ante aedis? Per. Vt matrem tuam

---

550 Mvl. *praem. B et deinceps hoc v. et sequenti nomina permutat* uṭ ṭu *A:* uti *P* 552 aecum *A,* aequum *P, cf. 586* 553 *cf. vind. Plaut. 11* fabulataṣ *A* memoras. Per. (Mvl. *B*) Hem *omissis quae intercedunt P,* memoras . . . . ṇ . . em *A*, *quod supplet* memoras, Periphane. Ph. em *Studemundus Bothium secutus; sed nimis incerta est vocativi forma* (*cf. Ritschelius prol. 87*). *in* te memini *accusativus recte habet, sicut Philippa perfectam sententiam accipit, quam Periphanes continuaturus erat* 554 memini id quọḍ ṃẹṃ[iṇ]i *A:* memini id *P* at *om. P* ha *A* 555 pettus *A* 556—61 *tantum priores versuum partes servatae in A* 557 mea aerumna, *corr. Camerarius* 559 aerumnos[am] *AP:* aerumnarum *Nonius 456* 560 quiḍ [ẹṣṭ quọḍ]uọ — *A,* quid est (est *om.* B^1*EI*) quod duo itus (dii oitus *E,* digitus *I*) *P, corr. Camerarius* turbatust *Goetzius:* te turbat 561 Ph. *et* Per. *om. EI* 562 face *P* (*A n. l.*), *corr. Geppertus* (*cf. 603. 643*) 564 ex *P:* e *A* 566 ut ut ad *Studemundus:* ụṭ . . ad *A,* ut *P;* ut is ad *Geppertus et Goetzius, cf. Langenus symb. 140* 567 si mea si salva mihi sit. eho *L.:* sị m[ẹạ] ṣẹị (*vel* sit) saḷua ṃ — ẹo *A*, si me (m *e corr. E*, sit ne *I*) uis Sen. eho *P* 568 acropolistidem *B*, acro[po]listḥịḍem *A*, morodolistidem *ut vid. E,* cropolistidem *I, corr. Valla; cf. 635* huc *om. P* 569 remigat *A* Periphanes *apparet in A,* Fidicina. Periphanes. Senex Mvlier *P*

videas, adeas, advenienti des salutem atque osculum.
ACR. Quam meam matrem? PER. Quae exanimata exsequitur aspectum tuom.
PHIL. Quis istaec est quam tu osculum mihi ferre iubes? PER. Tua filia.
PHIL. Haecine? PER. Haec. PHIL. Egone osculum huic dem? PER. Quor non, quae ex te nata sit?
PHIL. Tú homo insanis. PER. Egone? PHIL. Tune. PER. Quor? PHIL. Quia ego hanc quae siet
neque scio neque novi, neque ego hanc oculis vidi ante hunc diem.
PER. Scio quid erres: quia vestitum atque ornatum immutabilem habet haec, *
PH. * aliter catuli longe olent, aliter suis.
ne ego eam novisse * PER. Pro deum atque hominum fidem,
quid? ego lenocinium facio, quí habeam alienos domi
atque argentum egurgitem domo prosus? quid tu, quae patrem
tuom vocas me atque osculare, quid stas stupida? quid taces?
ACR. Quid loquar vis? PER. Haec negat se tuam esse matrem. ACR. Ne fuat,
si non volt: equidem hac invita támen ero matris filia;
non med istanc cogere aequom est meam esse matrem, si nevolt.
PER. Cur me igitur patrem vocabas? ACR. Tua istaec culpast, non mea.
non patrem ego te nominem, ubi tu tuam me appellas filiam?
hanc quoque etiam, si me appellet filiam, matrem vocem.
negat haec filiám me suam ésse: non ergo haec mater mea est.
postremo haec mea culpa non est: quae didici dixi omnia;
Epidicus mihi fuit magister. PER. Perii, plaustrum perculi.

571—80 *in A pauca leguntur* 571 uenienti *P, corr. Camerarius; A n. l.* 573 mihi ferre iubes *etiam A* (fere B^1); dare *Muellerus pros. add. 15* 574 haeccine *BE; A n. l.* qu[o̤]r *A:* cur *P* 575 qur *B,* cur *EI; A n. l.; possis* quid iam quia̤ ego h̤[a̤n̤]c̤ q̤ṳa̤e̤ s̤i̤e̤t̤ *A cum P, nec mutari potest; cf. Bachius p. 333* 577 [i]mm[ut]a̤bilem *A cum P, cf.* nobilis, ignobilis (*Festus 174*) 578. 579 |*duo versus fuerunt in A, quorum secundus quoque totus perscriptus fuisse videtur; apparet tantum in priore* —s, *in altero* o̤l̤e̤n̤[t̤a̤]l̤[i̤t̤]e̤r s̤ . . s̤; *unum versum P praebet lacuna non indicata* PH. *om. B* suis B^1, sues IB^2, suus *E sententia manifesta, bestiae alterius nomen amissum* 580 *sic P,* ne eg̣o m̤e̤ n̤o̤ . . . . s̤s̤e̤ h̤ . . q̤ — *A;* nego eam me nouisse quae sit *Camerarius,* ne ego meam nouisse nequeam *Vssingius; fort.* ne ego me nego nosse hanc quae sit *secundum A* p̤r̤o̤ [d̤e̤ṳm̤] a̤]t̤q̤ṳe̤] hominum fidem *A:* pro *om. I,* pro deum *om. BE* 581 quid̤ *A cum P,* quod *Vssingius* (ς) alienos *P:* [a]nc[illas] *A* (*Studemundus*), alienas *Dousa* (ς) 582 p̤r̤o̤sus *A:* prorsum *P, Nonius 102; cf. ad Bacch. 146* 583 oscular . . *A,* oscularis *E,* osculari *B,* obsculare *I* 585 hanc *A* tam *Bothius* 586 me *P; A. n. l.* aecum *A,* aequum *P* 587—591 *pauca leguntur in A* 588 te *om EI; A n. l.* appellas B^1E: appelles B^2, appellabas *I; A n. l.* 592 magister fuit *P, corr. Bothius, atque in A suo loco* r *apparet* plaustrum *A:* austrum *P; cf. Festus 230, Donatus ad Eun. 2, 3, 87*

ACR. Numquid ego ibi, pater, peccavi? PER. Si hercle te umquam audivero
me patrem vocare, vitam tuam ego interimam. ACR. Non voco.
ubi voles pater esse, ibi esto; ubi noles, ne fueris pater.
PHIL. Quid, ⟨si⟩ ob eam rem hanc emisti, quia tuam gnatam es ratus,
quibus de signis agnoscebas? PER. Nullis. PHIL. Qua re filiam
credidisti nostram? PER. Servos Epidicus dixit mihi.
PHIL. Quid si servo aliter visumst, non poteras novisse, obsecro? †
PER. Quid ego, qui illam ut primum vidi, numquam vidi postea?
PHIL. Perii misera. PER. Ne fle, mulier. intro abi, habe animum bonum;
ego illam reperiam. PHIL. Hinc Athenis civis eam émit Atticus:
adulescentem equidem dicebant emisse. PER. Inveniam, tace.
abi modo intro atque hanc asserva Circam Solis filiam.
ego relictis rebus Epidicum operam quaerendo dabo:
si invenio, exitiabilem égo illi faciam hunc ut fiat diem. —

STRATIPPOCLES V 1

Male morigerus mi est danista, qui a me argentum non petit
neque illam adducit quae ⟨empta⟩ ex praedast. séd eccum incedit Epidicus.
quid illuc est quod illí caperrat frons severitudine?

---

593 pater pecc[aui *A: om.* B^1*EI*, peccaui B^2 audiuero *om. P* 595 ibi *P:* pater *A* 596 qui . . . o[b — *A, ubi* si *supplevit Studemundus Muellerum secutus* (*pros. 758*): quid ob *P* [han]c *A cum P:* istanc *Brixius* [emisti]s *A* qui *A* es *A: om P* 597—599 *om. A errore manifesto* 597 qua re *cf. Brixius ad Mil. 1405 p. 171, Abrahamus stud. Pl. 185* (P. de nullis. PH. quor filiam —); qua re *nondum coaluisse recte dicit Seyffertus Berl. phil. Wochenschr. 1891, 111* 598 *hic aliquid eius indicari exspectamus quod v. 639 comperimus* 599 nouis B^1*E* visum esset *Muellerus* (nosse); quid? sic seruo uisumst? aliter *Langenus stud. Pl. 295; fort. sic fere:* quid si inrisit? PER. aliter uisumst. PH. non poteras nosse, obsecro? 600 prei]mum u[idi] *A*B^2*:* primam (um B^2) qui uidi *P* 601 PE.: *spat. om. A* habeto *P* 602 PH.: *spat. om. A* 603 adolescentem *P* inueniam *P:* exc *vel* ego [in]u[eni]am *A* 604 obserua *A* circa *P* solus *A* 606 exitiabilem ego faciam ut hic fiat dies *A; cf. Vahlenus Herm. 17, 598, Baierus de Pl. fab. rec. 48* 607 STRATIPPOCLES ADOLESCENS. SERVVS EPIDICVS DANISTA MVLIER (M. *om.* B^1) *P, om. A v. vac.* quei a me *A:* quid me *P* (qui de me *I*) non: n *A* 608 empta ex praeda est (*Camerarius*) *legere in A sibi videbatur Geppertus; relicta est fenestra tot litterarum spatio paulo angustior. illa cur Plautum scripsisse cum Abrahamo* (*stud. Pl. 201 sq.*) *negemus non satis causae est:* ex praeda *I*, est praeda (*sed* est *in ras. sequente 10 litt. spatio*) *B*, praeda *antecedente minore spatio E* 609 illud *Nonius 8. 173* (*A n. l.*) caperrat *Nonius bis* (*testatur p. 8*)*:* caperat *P, A n. l.; cf.* caperrata *Varro de l. l. 7, 107* (*F*), caperratum *Paulus 48* (*Th.*), *corp. gloss. 4, 29, 34; 5, 51, 21*

EPIDICVS

Si undecim deos praeter sese secum adducat Iuppiter,
ita non omnes ex cruciatu poterunt eximere Epidicum.
Periphanem emere lora vidi, ibi aderat una Apoecides;
nunc homines me quaeritare credo. senserunt, sciunt
sibi data esse verba. Str. Quíd agis, mea commoditas? Ep. Quod miser.
Str. Quid est tibi? Ep. Quin tu mi adornas ad fugam viaticum,
prius quam pereo? nam per urbem duo defloccati senes
quaeritant me, in manibus gestant copulas secum simul.
Str. Habe bonum animum. Ep. Quippe ego quoi libertas in mundo sitast.
Str. Ego te servabo. Ep. Edepol me illi melius, si nacti fuant.
sed quis haec ést muliercula et ille gravastellus qui venit?
Str. Hic est danista, haec illa est autem, quam emi de praeda. Ep. Haecin est?
Str. Haec est. estne ita ut tibi dixi? aspecta et contempla, Epidice:
usque ab unguiculo ad capillum summumst festivissuma.
estne consímilis quasi cum signum pictum pulchre aspexeris?
Ep. Ex tuis verbis meum futurum corium pulchrum praedicas,
quém Apella atque Zeuxis duo pingent pigmentis ulmeis.
Str. Di immortales, sicin iussi ad me ires? pedibus † pulmunes
qui perhíbetur prius venisset quam tu advenisti mihi.

DANISTA

Haec edepol remorata med est. Str. Siquidem istius gratia
id remoratu's quod ista voluit, nimium advenisti cito.

612 periphanen *AP* aderat ibi *P* 614 agitis *A* 615 ad *om. A* 616 *post* 617 *P* 616 senex *A*, senis *BE* 617 te *A* simul *A:* siaui *B*, suaui *EI* 618 bonum: num *A* 619 nacti *AI*, nanctis *B* (*erasa* s) *E* 620 sed *AI*B^2*:* s * B^1, si *E* grauastellus *P, Paulus 96:* rauistellus *A, Paulus 273; cf. corp. gloss. 2, 35, 19* qui *A, Paulus bis:* que *P* aduenit *Paulus 96* 621 emi ex *P*, ego emi de *A, cf. Abrahamus stud. Pl. 201* (*cf. v. 608*) 622 ita *Muellerus:* ista *A, om. P* et *A:* haec *P* 623 unguio *A*, angulo *I* festiuistiuissima *A*, festu uissima B^2, *festu uis* B^1, est est tu uise *I*, stest*uiss *E* 624 estne (*AP*) *cf. ad. Poen. 1238* consimilis *A:* considera *B*, cons *sq. spat. 7 litt. E*, conspice *I* quasi cum *A: om. P* (*spatio relicto B*) aspexeris *A:* videris *P* 625 ex *P:* e *A* *inter* pul[ch]rum *et* prae[di]ca[s *vel spatium vel duae litt. ut* et, ei, st, si *A* 626–637 *perpauca leguntur in A* 626 apella — *A:* appelles *P* pincent *BE*, pinsent *I*, *A n. l.* pigmentis pingent *Goetzius* u]l[meis] *A*B^2*:* ulmiis *E*, ulmis B^1*I* 627 *nihil in A* d. i. scio (socio *EI*) iussi admirer *P*, *corr. Brixius* (*qui scripsit* ire); scio, si iussem ad me ire *Rauterbergius qu. Pl. 11* pulmones *I;* plumbeis *Brixius* (*cf. Weisius lex. Pl. p. 533*) *probabiliter, licet fabella non inveniatur.* cf. σκιάποδες ἱμαντόποδες φελλόποδες ψηττόποδες *etc.* 628 qui *AB:* quod *EI* uen[is]se *A* 629 med *B:* inedem *E*, me *I* 630 id re— *A cum P* *intellege* 'id quod

Dan. Age age, absolve ⟨me⟩ atque argentum numera, ne comites morer.
St. Pernumeratumst. Da. Tene cruminam: huc inde. St. Sapienter venis.
opperire, dum effero ad te argentum. Dan. Matura. Str. Domist. —
Ep. Satin ego oculis utilitatem optineo sincere an parum?
videon ego Telestidem te, Periphanai filiam,
ex Philippa matre natam Thebis, Epidauri satam?

TELESTIS

Quis tu homo es, qui meum parentum nomen memoras et meum?
Ep. Non me nosti? Tel. Quod quidem nunc veniat in mentem mihi.
Ep. Non meministi me auream ad te afferre natali die
lunulam atque anellum aureolum ín digitum? Tel. Memini, mi homo.
tune is es? Ep. Ego sum, ét istic frater, qui te mercatust, tuos.
* * ália matre, uno patre.
Tel. Quid pater meus? vivit? Ep. Animo liquido et tranquillo es, tace.
Tel. Di me ex perdita servatam cupiunt, si vera autumas.
Ep. Non habeo ullam occasionem, ut apud te falsa fabuler.

STRATIPPOCLES

Accipe argentum hoc, danista. hic sunt quadraginta minae.
siquid erit dubium, immutabo. Dan. Bene fecisti, bene vale. —
Str. Nunc enim tú mea es. Tel. Soror quidem edepol, ut tu aeque scias.
salve, frater. Str. Sanan haec est? Ep. Sana, si appellat suom.
S. Quid? ego modo ⟨amator sum⟩ huic frater factus, dum intro eo atque exeo?
Ep. Quod boni est id tacitus taceas tute tecum et gaudeas.
Str. Perdidisti et repperisti me, soror. Ep. Stultu's, tace.

---

voluit remoratus es' constructione quasi transitum faciente a transitiva ad intransitivam, cf. Rud. 440 et Langenus symb. 179. 180 631 ⟨me⟩ *Camerarius; A. n. l.* numera *bis BE* 632 pernumeratust *BE; A n. l.* D.: E. *EI* S.: D. *EI* uenis *P,* —nis *A;* mones *Acidalius* 633 S. *praem. EI* opp — *A,* operire *P* (*corr. B*²) S. *Taubmannus: om. BE,* E. *I* 634 am parum *B*¹ 635. 636 *inverso ordine P* 635 periphani *I,* phere pani *BE; A n. l.* 636 ex *vel* ea, er *A:* e *P* natam *Pylades:* natam as *BE,* natan (*corr. ex* natam) es *I; A n. l.* 637 ẹṣṭ *A* 638 nouịṣ[ti *A cum P* (nouistis *B*); *cf. Luchsius comm. pros. 1, 22* 640 mi *P: inter* memini *et* homọ *velut* hercle *vel* hem mi *in A extare videbatur Studemundo* 641 Mul. *vel* Vi. *praem. P* sum *om. A* qui tẹ mercatus *A, om. P* tuus *A,* tuus est *P* 642—652 *fere nihil legitur A* 642 *sic mutilus in P, nisi quod* inalia *iacturae indicium praebent BE* (alia *I*); *in A brevi post initium spatio* ṃṃ — ụt f — ! — *fuisse videntur virginis verba talia:* ⟨he⟩m, m⟨eus frater ille⟩ ut f⟨iat?⟩ 643 uiui st *B*¹*E,* uiuust *B*², uiuus est *I, correxi* 647 erit *bis BE* 648 soror — scias *Epidici B* 650 *supplevi* (sum *Goetzius*) exeo: ea eo *BE* 651 quid *B* 652 reperisti *EI*

tibi quidem quod ames domi praéstost, fidicina, opera mea;
et sororem in libertatem idem opera concilio mea.
Str. Epidice, fateor — Ep. Abi intro ac iúbe huic aquam calefieri;
cetera haec posterius faxo scibis, ubi erit otium.
Str. Sequere hac me, soror. Ep. Ego ad vos Thesprionem iussero
huc transire. sed memento, si quid saevibunt senes,
suppetias mihi cum sorore ferre. Str. Facile istuc erit. —
Ep. Thesprio, exi istac per hortum, adfer domum auxilium mihi,
magnast res. minoris multo facio quam dudum senes.
remeabo intro, ut accurentur advenientes hospites.
eádem haec intus edocebo quae ego scio Stratippoclem.
non fugio, domi adesse certumst; neque ille haud obiciet mihi
pedibus sese provocatum. abeo intro, nimis longum loquor. —

PERIPHANES V 2

Satine illic homo ludibrio nos vetulos decrepitos duos
habet?

APOECIDES.

Immo edepol tu quidem míserum med habes miseris modis.
Per. Tace sis, modo sine me hóminem apisci. Ap. Dico ego tibi iam, ut scias:
alium tibi te comitem meliust quaerere; ita, dum te sequor,
lassitudine invaserunt misero in genua flemina.
Per. Quot illic homo hodie me exemplis ludificatust atque te,
ut illic autem exenteravit mihi opes argentarias!
Ap. Apage illum a me, nam ille quidem Volcani iratist filius:
quaqua tangit, omne amburit, si astes, aestu calefacit.

---

653 *in A legitur* [fidici]na ope[ra] mea fidicina ⟨illa⟩ *Goetzius; sed vereor ne gravior corruptela sit, nam loci acumen non apparet nisi dicat alteram se fecisse sororem, alteram vindicasse* 656 ubi *A: om. BE,* cum *I* fuer[it] *A* 657 sequere me soror hac *A; cf. Langenus symb. 66* 658 saeuiunt senes *P, corr. Dousa,* saeuiuit senex *A, cf. 661* 659 supretias (-cias *B*) *BE* 660–668 *pauca leguntur in A* 660 *non foras, sed per hortum exire Thesprionem iubet, domum quidem, ut deinde significat iocose a servo militari quasi auxilium petens. iniuria post alios locum temptavit Abrahamus stud. Pl. 225* 661 magnas res *I, B ex corr.,* [res ma]gna — *A* facito *B,* facto *I* senex 663 haec *AI:* hac *BE* strathippoclem *E*, stratippodem *E*, stratiphoclen *I; A n. l.* 666 Senes · ii · servvs · mvlier *BE,* senes ii periphanes apoecides epidicvs servvs mvl. *I; v. vac. A* satin — *A* ille hic (huic *EI*) homo *EIB*², ille homo hic *B*¹, *corr. Bothius* 667 me 668 tace s[ei]s s — *A* *cf. ad Aul. 603* aspici *IE,* adipisci *B*² 669 melius *P, corr. Lambinus; A n. l.* 670 lassitudinem *P* 671 quod illic [hom]o *A,* quot illic *I,* quod illi *BE* 674 propius *inter* si *et* astes (astest *BE*) *praebet P, non extitisse videtur in A*

EPIDICVS

Duodecim deis plus quam in caelo deorumst immortalium
mihi nunc auxilio adiutores sunt et mecum militant.
quidquid ego malefeci, auxilia mi et suppetiae sunt domi,
apolactizo inimicos omnis. Per. Vbi illum quaeram gentium?
Ap. Dum sine me quaeras, quaeras mea causa vel medio in mari.
Ep. Quid me quaeris? quid laboras? quid hunc sollicitas? ecce me.
num te fugi, num ab domo apsum, num oculis concessi tuis?
*
nec tibi supplico. vincire vis? em, ostendo manus;
tú habes lora, ego te emere vidi: quid nunc cessas? colliga.
Per. Ilicet, vadimonium ultro mi hic facit. Ep. Quin. colligas?
Ap. Edepol mancipium scelestum. Ep. Te profecto, Apoecides,
nil moror mihi deprecari. Ap. Facile exoras, Epidice.
Ep. Ecquid agis? Per. Tuon arbitratu? Ep. Meo hercle vero atque hau tuo
colligandae haec sunt tibi hodie. Per. At non lubet, non colligo.
Ap. Tragulam in te inicere adornat, nescio quam fabricam facit.
Ep. Tibi moram facis, cum égo solutus asto. age, inquam, colliga.
Per. At mihi magis lubet solutum te rogitare. Ep. At nil scies.
Per. Quid ago? Ap. Quid agas? mos geratur. Ep. Frugi es tú homo, Apoecides.
Per. Cedo manus igitur. Ep. Morantur nihil. atque arte colliga.
Per. Nihil moror. Ep. Obnoxiose. Per. Facto opere arbitramino.
Ep. Bene hoc habet. age nunciam ex me exquire, rogita quod lubet.
Per. Qua fiducia ausu's primum, quae emptast nudiustertius,
filiam meam dicere esse? Ep. Libuit: ea fiducia.

---

675 *cf. 610; i. e. praeter XII deos alteri XII* 678 apolactico (*vix* -zo) *A* 679 quaer]ạṣ quaeṛ[ạṣ] *A:* quaeras *P* vel *om. A* 680—683 *pauca leguntur in A* 680 quaeras B^1 (*A n. l.*) 681 tuis *AP:* a tuis *Beckerus* (abs *Studemundus*) 682 *om. P; in A legitur medio versu* f̣ . . . . ụtqụdịọ (*vel* neq. odio) . . . . q . . . . ọ — ḥị[bẹ]ṣ; *tale quid fuerit:* nec mihi gratu's neque odiosus neque timorem mi exhibes 683 uincere *B^1E^1; A n. l.* 684 ego *P:* [ẹ]ạ *A* coliga *A, item* coligas *685,* coligo *689, ceterum* collig. 685 facis *P*, *corr. Pius* (*A incert.*) E. *Valla: A* quid *P* 686 A. *Dousa:* P. *P* macipium *B; A n. l.* 687 deprạẹçạṛị *A:* deprae *P* A. *tantum B a corr.; A n. l.* facil *BE,* facili *I; A n. l.* 688 uero *A:* uerbo *P* bau *A:* haud *I*, aud *B*, aut *E* 689 hạe *AI* *post* 689 *versum 692 suo loco redeuntem praebet P* 690 tragula *P* fecit *P* 691 age *A:* alege *P* 693 E.: P. *B* SER. apoecides *B* 694—707 *pauca leguntur in A* 694 colligat B^1E^1 695 P. *om BE* moror E. obnoxiosse *L.:* uero obnoxios se (-iasse *I*) *P; A n. l.* P.: E. *I* 696 qu]od *etiam A*][ib]cṭ *A,* iubet B^1E^1 697 qu[a] *AI:* quae *B*, quo *E*

Per. Ain tu? libuit? Ep. Aio. vel da pignus, ni ea sit filia.
Per. Quam negat novisse mater? Ep. Ni ergo matris filia est,
in meum nummum, in tuom talentum pignus da. Per. Enim istaec captiost.
sed quis east mulier? Ep. Tui gnati amica, ut omnem ⟨rem⟩ scias.
Per. Dedin tibi minas triginta ob filiam? Ep. Fateor datas
et eo argento illam me emisse amicam fili fidicinam
pro tua filia: is te eam ob rem tetigi triginta minis.
Per. Quo modo mé ludos fecisti de illa conducticia
fidicina? Ep. Factum hercle vero, et recte factum iudico.
Per. Quid postremo argento factum est quod dedi? Ep. Dicam tibi:
neque malo homini neque maligno tuo dedi Stratippocli.
Per. Quor dare ausu's? Ep. Quia mi libitum est. Per. Quae haec,
malum, impudentiast?
Ep. Etiam inclamitor quasi servos? Per. Cum tu es liber, gaudeo.
Ep. Merui ut fierem. Per. Tu meruisti? Ep. Vise intro: ego faxo scies
hoc ita esse. Per. Quid est negoti? Ep. Iam ipsa res dicet tibi.
abi modo intro. Ap. Ei, non illuc temerest. Per. Adserva istum,
Apoecides. —
Ap. Quid illuc, Epidice, est negoti? Ep. Maxima hercle iniuria
vinctus asto, cuius haec hodie ópera inventast filia.
Ap. Ain tu te illius invenisse filiam? Ep. Inveni, et domi est.
sed ut acerbum est, pro bene factis cum mali messim metas.
Ap. Quamne hodie per urbem uterque sumus defessi quaerere?
Ep. Ego sum defessus reperire, vos defessi quaerere.
Per. Quid isti oratis opere tanto? mi ⟨orandum⟩ esse intellego.
ut liceat merito huius facere. cedo tu ut exsolvam manus.
Ep. Ne attigas. Per. Ostende vero. Ep. Nolo. Per. Non aequom facis.

---

699 da *A:* ad *P* ni ea *B:* mea *EI; A n. l.* 701 *Periphanis EI* e]ṇiṃ *etiam A* iste *P, corr. Brixius* (*A n. l.*) 702 ⟨rem⟩ *Pylades; A n. l.* 703 dedin *AI:* diden *BE* 704 eo B^2*:* ego *AP* 705 is te *Merula et* istam (*hoc vitiose*) ob rem ς: iste abore *P*, istaa — *vel* istam — *A* minas *B; A n. l.* 706 l[ud]os *A*: ludo *P* 707 rectum *EI; A n. l.* 708 es B^1*; A n. l.* 709 maligno *Scaliger, et a apparere videtur in A:* benigno *P* tuo *om. B; A n. l.* dedist ippocli *BE*, stratiphocli dedi *I*, —rasi[pp]oclis *A* 710 i]ṇpudentiast *A, Donatus ad Eun. 4, 7, 10: om. P* 711—724 *perpauca leguntur A* 711 indamitor que si *BE; A n. l.* ragaudeo *vel* argaudeo *versum claudit A* 712 uisse *B*, iusse *EI; A n. l.* 714 *A tantum* apoecides abi: ibi *B*, ibo *E* A. *Richterus in Studemundi stud. 1, 470* (*qui agnovit* ei *imperativum*)*:* P. *fort.* illuc non P. *I: spat. B, om. E* aduersa *EI* 716 (e)st: si B^1E, sit IB^2*; A n. l.* 718 malis me sim (messem *I*) *P*, — ṃ *A* 720 *om. EI* 721 mi orandum esse *L.*: meruisse *P*, — sẹ *A* 723 atticas *BE*, attingas *I; A n. l.*

Ep. Numquam hercle hodie, nisi supplicium mihi das, me solvi sinam.
Per. Optumum atque aequissumum oras. soccos, tunicam, pallium
tibi dabo. Ep. Quid deinde porro? Per. Libertatem. Ep. At postea?
novo liberto opus est quod pappet. Per. Dabitur, praebebo cibum.
Ep. Numquam hercle hodie, nisi me orassis, solves. Per. Oro te, Epidice,
mihi ut ignoscas, siquid imprúdens culpa peccavi mea.
at ob eam rem liber esto. Ep. Invitus do hanc veniam tibi,
nisi necessitate cogar. solve sane, si lubet.

POETA

Hic is homo est qui libertatem malitia invenit sua.
plaudite et valete. lumbos porgite atque exsurgite.

---

727 P. *praem. deinde suo loco om. I, s. v. E, spat. om. A* 728 orasseis *A* 729 ignoscans *A* siquid *AP, cf. ad Aul. 340* 731 cogor *Vssingius* solues *A* 732 poeta *B*, grex *I, om. AE* is: sis *A* qua *A* 733 et *A: om. P* purgite atque exsorgite *A* (*cf. Pseud. prol. 1*), surgite atque extollite *P inepte* T MACCI PLAVTI EPIDICVS EXPLICIT INCIPIT MERCATOR FELICITER *A*, PLAVTI EPIDICVS EXPLICIT INCIPIT BACHIDES (I. B. *om. EI*) *P*

MENAECHMI

ARGVMENTVM

Mercator Siculus, quoi erant gemini filii,
Ei surrupto altero mors optigit.
Nomen surrepticii illi indit qui domist
Avos paternus, fácit Menaechmum e Sosicle.
Et is germanum, postquam adolevit, quaeritat
Circum omnis oras. post Epidamnum devenit:
Hic fuerat alitus ille surrepticius.
Menaechmum omnes civem credunt advenam
Eumque appellant meretrix, uxor et socer.
I se cognoscunt fratres postremo invicem.

IN — MENECHM — FELICITER *A post Militem*, INCIPIT MENECHMVS · ARGVMENTVM MENECHMI *B*, ARGVMENTVM IN MENEHMOS PLAVTI POETAE *D*, *om. C* 2 altero **mor soptigit *B* (*'cuius rasurae ratio intellegitur ex C' Vahlenus*), aliae rumor soptigii *CD* 3 surrepticii *Camerarius:* surrepiti *B*, surrepit *CD* *cf. 42* 4 paternos menechum 6 *om. CD* *cf. 237* 7 auitus subrepticus *B*[1] 9 eum *i. e. Menaechmum appellant* apellant 10 ii si *B*[1]

PERSONAE

PENICVLVS parasitus

MENAECHMVS } adulescentes
MENAECHMVS

EROTIVM meretrix

CYLINDRVS cocus

MESSENIO servus.

ANCILLA

MATRONA

SENEX

MEDICVS

SCAENA EPIDAMNI

MENAECHIMI *Varro de re r. 232, 3 K., cf. Schoellius praef. X adn.*

PROLOGVS

Salutem primum iam a principio propitiam
mihi atque vobis, spectatores, nuntio.
apporto vobis Plautum, lingua non manu,
quaeso ut benignis accipiatis auribus.
nunc argumentum accipite atque animum advortite;
quam potero in verba conferam paucissuma.
atque hoc poetae faciunt in comoediis:
omnis res gestas esse Athenis autumant,
quo íllud vobis graecum videatur magis;
ego nusquam dicam nisi ubi factum dicitur.
atque adeo hoc argumentum graecissat, tamen
non atticissat, verum sicilicissitat.
huic argumento antelogium hoc fuit;
nunc argumentum vobis demensum dabo,
non modio, neque trimodio, verum ipso horreo:

Prologvs poeta *BD* 9 vobis illud *Pylades* 12 *non a σικελίζω sed a σικελικίζω frequentativum formavit (sic recte Siberus apud Taubmannum et Vssingius), non ex analogia sed ioci causa. Paulus 28* atticissat, attice loquitur. Plautus 'non atticissat sed sicilicissat' (*sic Thewrewkius edidit, Muellerus* sicilissat), i. e. Sicule loquitur. *Consentius G. L. 5, 376, 33* ab appellativo graecizat sicilizat patrizat (*ubi* sicliscat *Monac.*) *si huc spectat analogiam sequitur de sententia cf. Pers. 395 et Cic. Verr. 4, 95 de or. 2, 217 Tusc. 1, 15* 13 ante elogium *hinc* ('ut Plautus ait') *Ausonius ep. 16 praef.* (*p. 175 Sch. 239 P.*) *habet* antilogium fabularum (*sic codd.*); ⟨igitur⟩ argumento *Bergkius* 14 *sq. non concinere cum v. 6 apparet; sed qui haec composuit ab argumento devertitur* (atque *v. 7*) *statim in loco indicando, deinde brevitatis oblitus est et sibi ipse ridiculi causa contradicit, cf. 50. v. 7 sq. a 5. 6 divelli non possunt, v. 14 sq. excusandae prolixitati necessarii sunt, ipsa prolixitas indissolubilis; cf. Vahlenus mus. rhen. 27, 173 sq. Dziatzko Fleckeiseni ann. 107, 833 sq.*

tantum ad narrandum argumentum ádest benignitas.
    mercator quidam fuit Syracusis senex,
ei sunt nati filii gemini duo,
ita forma simili pueri, út mater sua
non internosse posset quae mammam dabat,
neque adeo mater ipsa quae illos pepererat,
ut quidem ille dixit mihi, qui pueros viderat:
ego illós non vidi, ne quis vostrum censeat.
postquam iam pueri septuennes sunt, pater
oneravit navem magnam multis mercibus;
imponit geminum álterum in navem pater,
Tarentum avexit secum ad mercatum simul,
illum reliquit alterum ápud matrem domi.
Tarenti ludi forte erant, cum illuc venit.
mortales multi, ut ad ludos, convenerant:
puér aberravit inter homines a patre.
Epidamniensis quidam ibi mercator fuit,
is puerum tollit avehitque Epidamnium.
pater eius autem postquam puerum perdidit,
animum despondit, eaque is aegritudine
paucis diebus post Tarenti emortuost.
postquam Syracusas de ea re rediit nuntius
ad avom puerorum, puerum surruptum alterum
patremque pueri Tarenti esse emortuom,
immutat nomen avos huic gemino alteri;
ita illum dilexit, qui subruptust, alterum:

---

16 tantum *ad* argumentum *pertinet. iocose alia oratione utitur quam solent, cf. Mil. 80, Merc. 11* 18 natei *et* geminei *B ante corr.* (*sed* filii), *ut v. sq.* puerei *et multa item* 19 ut *item Nonius 343 et 423; cf. schol. Aen. 8, 632;* uti *Camerarius* 21 peperat *CD* (*recte cum B Nonius bis*) *scurriliter quasi discernit inter parentem nutricem* (*Varro rer. rust. 2, 4, 20; cf. 10, 8*) *et τὴν μητέρα ἥ σφ' ἐγείνατο* 22 mihi dixit *CD cf. 45 et 10* 23 *om. CD* 25 navim *CD* 26 gemitum *CD*[1], geminorum *Hermannus* 29 ludei *B*[1], iudei *CD, cf. ad v. 18* 31 *cf. 1113* aberravit inter homines *Acidalius, cf. 236. 991* (*Pers. 57. 355*)*:* inter homines aberravit 33 Epidamnum eum *Seyffertus* 35 disponit *B* ea quis, *corr. Camerarius post 36 inseruit Schoellius versum quem Fulgentius p. 559 ad* Plautum in Menaecchmis comoedia *refert:* sicut pollinctor dixit, qui eum pollinxerat, *cf. Poen. prol. 63* 37 redit *B utrumque nomen* (Syracusas *et 39* Tarenti) *in versu intolerabile, sed ludere tantum coniectura potest, velut:* postquam de ea re nuntius rediit domum — patremque prae aegritudine esse emortuom (*cf. Stich. 215*) 40 huic *de Sosicle dicere non potuit;* illi *Fleckeisenus*

illius nomen indit illi qui domi est,
Menaechmo, idem quod alteri nomen fuit;
et ipsus eodem est avos vocatus nomine
(propterea illius nomen memini facilius,
quia illúm clamore vidi flagitarier).
ne mox erretis, iam nunc praedico prius:
idem est ambobus nomen geminis fratribus.
nunc in Epidamnum pedibus redeundum est mihi,
ut hanc rem vobis examussim disputem.
si quis quid vestrum Epidamnum curari sibi
velit, audacter imperato et dicito,
sed ita ut det unde curari id possit sibi.
nam nisi qui argentum dederit, nugas egerit;
qui dederit, magis maiores nugas egerit.
verum illuc redeo unde abii, atque uno asto in loco.
Epidamniensis ille, quem dúdum dixeram,
geminum illum puerum qui surrupuit alterum,
ei liberorum, nisi divitiae, nil erat:
adoptat illum puerum surrupticium
sibi filium eique uxorem dotatam dedit,
eumque heredem fecit, quom ipse obiit diem.
nam rus ut ibat forte, ut multum pluerat,
ingressus fluvium rapidum ab urbe haud longule,
rapidus raptori pueri subduxit pedes
abstraxitque hominem in maximam malam crucem.
illi divitiae evenerunt maximae.
is illic habitat geminus surrupticius.
nunc ille geminus, qui Syracusis habet,
hodie in Epidamnum veniet cum servo suo
hunc quaeritatum geminum germanum suom.
haec urbs Epidamnus est, dum haec agitur fabula:

---

43 mena hec mo *B*¹, mane hec mo *CD* 45 *cf. Poen. 62* 47 *cf. Mil. 150* 49 *sq. cf. Poen. 79 sq.* 51 epidamni ς 54 qui *Beroaldus:* qui non 55 qui *Pylades:* nam nisi qui 56 redeunde *B*¹*CD* 57 *accedit A*; *57—75 tantum initia servata* 58 alteram (*in B ex corr.*) 59 diviliae 62 quam, *corr. Pius* *cf. Poen. 77. 904* 63 plūerat *testatur Consentius G. L. 5, 379 in., cf. Varr. l. l. 9, 104* 64 *a nominativo* ingressus *ad priora aptato apodosis deflectit* 65 fides, *corr. Saracenus* 67 illi ⟨autem⟩ *Schoellius* 68 ịṣ [ịḷḷị]ç *AB*²*:* istilic *B*¹*D*, istillic *C* *cf. Poen. 78* 69 siracussis 70 venit, *corr. Geppertus, cf. Poen. 121. 124 Amph. 140 Rud. 80* suo servo *B*

quando alia agetur, aliud fiet oppidum;
sicut familiae quoque solent mutarier:
modo †ni caditat leno, modo adulescens, modo senex,
pauper, mendicus, rex, parasitus, hariolus

*

74 mutari, *corr. Camerarius* 75 *a* modo *incepit A* modo hic agitat *Gruterus non recte* (*et flagitatur* idem *et expectatur* lenonem), habitat *Schoellius, sed id nec ad omnes personas nec ad* familias *nec ad habitationum multitudinem apte quadrat; sententiam non metrum effecit Camerarius:* modo enim idem fit leno. *sed ne* familiae *quidem sine determinatione satis quemvis certumve histrionem indicant. cf. Bio apud Teletem p. 3, 2; 40, 2 H., Lucian. Menipp. 16. videtur post v. 74 aliquid intercidisse* (*puta* mutari, ⟨uti mutatur fabula, habitus moresque, idem homo⟩ modo ut fiat leno —) *item finis prologi periit. uno versu auctior fuit A*

PENICVLVS I 1

Iuventus nomen fecit Peniculo mihi,
ideo quia mensam, quando edo, detergeo.
homines captivos qui catenis vinciunt
et qui fugitivis servis indunt compedes,
nimis stúlte faciunt mea quidem sententia.
nam homini misero si ad malum accedit malum,
maior lubido est fugere et facere nequiter.
nam se ex catenis eximunt aliquo modo.
tum compediti ánum lima praeterunt
aut lapide excutiunt clavom. nugae sunt eae.
quem tu adservare recte, ne aufugiat, voles,
esca atque potione vinciri decet.
apud ménsam plenam homini rostrum deliges;
dum tu illi quod edit et quod potet praebeas,
suo arbitratu ádfatim cottidie,
numquam edepol fugiet, tam etsi capital fecerit,
facile adservabis, dúm eo vinclo vincies.

---

77 Penicvlvs Parasitvs *BD; in A usque ad v. 91 tantum paucorum versuum extrema, 99—108 paucorum initia* *personarum notas fere om. CD, saepissime B* *cf. Capt. 69 sq. Stich. 174 sq. Curc. 415 sq.* fecit nomen *schol. Verg. georg. 1, 137* *post v.* 78 *quaedam intercidisse probabiliter statuit Ritschelius* 82 homoni *versu commendari dixit Bergkius op. 1, 148 sq. et similiter v. 89. 98. 223. 304. 316. 489. 709. 713. 744. 903. 958. 961* 85 compediti ⟨autem⟩ *Vahlenus, cf. Herm. 17, 621* anum *B, Nonius 333:* ianum *CD* (compediti, ii anum *Havetus rev. de philolol. 1892, 73*) 88 debet *CD* 89 homini *P et ut vid. A:* hominis *Nonius 455* deligis *Nonius* 90 edat *CDB*² 91 coctidie *sic A* 92 edepol fugiet tametsi *Pylades:* edepol te fugiet tiam (iam *CD*) et si *P, A n. l.,* hercle effugiet tametsi *Nonius 38* (*Schoellius legere sibi visus est* numq . . . . . rcl . . ff — *in A, ubi post* numquam *nihil certi Studemundo apparuit*) 93 uinculo *B*

ita istaéc nimis lenta vincla sunt escaria:
quam magis extendas, tanto adstringunt artius.
nam ego ad Menaechmum húnc eo, quo iam diu
sum iudicatus; ultro eo ut me vinciat.
nam illic homo homines non alit, verum educat,
recreatque: nullus melius medicinam facit.
ita est adulescens; ipsus escae maxumae
cerialis cenas dat, ita mensas exstruit,
tantas struices concinnat patinarias:
standumst in lecto, si quid de summo petas.
sed mi intervallum iam hos dies multos fuit:
domi domítus sum usque cum caris meis.
nam neque edo neque emo nisi quod est carissumum.
id quoque iam, cari qui instruontur deserunt.
nunc ad eum inviso. sed aperitur ostium.
Menaechmum eccum ipsum video, progreditur foras.

MENAECHMVS I 2

Ní mala, ni stúlta sies, ni índomita impósque animi,
quód viro esse odió videas, túte tibi odio habeas.
praéterhac sí mihi tále post húnc diem
fáxis, faxó foris vídua visás patrem.
nám quotiens foras íre volo, mé retines, revocás, rogitas,
quó ego eam, quám rem agam, quíd negotí geram,

---

94 ea enim fere lenta u. s. scaria *Nonius 108* (*s.* escarium) *et 338* (*s.* lentum) lenta uincta sunt scaria 96 hunc ⟨nunc⟩ *Muellerus cf. Hor. sat. 2, 7, 30* 98 [na]m [illic ho]m — *item A* educat *cf. 905 Trin. 512 Varro rer. rust 2, 8, 2. 6* 101 cerialis *Festus 310* (*s.* struices): certalis B^1CD, certe talis B^2 mensas *Festus:* mensam 102 *sq. cf. Euangelus com. 3 p. 376 v. 9 K.* 104 *cf. Rud. 137* 105 domo d. summus que B^1 dominatus *Vahlenus, quod verum esse videtur, nisi* domitus *ut illa* ne dentes dentiant, auribus peraurienda sunt *in eandem notionem finxit.* pater familias appellatur qui in domo dominium habet *dig. 50, 16, 195. cf. Cic. de off. 1, 139 cum verbis tragici. Lucr. 6, 223 sq. 385. Fest. 289ª 30. inde ambigua notione ad epuli dominum et ipsum patrem familias* (*e. g. Cic. in Vatin. 31*) *trahitur. aliter verbis eisdem ludit Cic. de domo 110* 106 *cf. Bacch. 309 sq.* 107 *cf. Capt. 153 sq. Vahlenus ind. lect. 1880 p. 6; 1881/82 p. 4* instruntur B^1C 110 MENAECHMVS PAENICVL — *A*, MENECHMVS ADOLESCENS PENICVLVS PARASITVS (PAR. PEN. *B*) *BD* 110—119 *A disponit ut P, usque ad 124 paucissima servata de hoc cantico dixi mus. Rhen. 40, 198* 110 sis *BC, item Serv. Aen. 3, 686 Don. Eun. 2, 3, 36, om. D* – ◡ ◡ – – ◡ ◡ – – ◡ ◡ – – ◡ ◡ – (*vel ithyph.*) | – ◡ – ◡ ◡ – ◡ ◡ – *cum ithyphallico; cf. ad Cas. 629* 114 *dactyli* rogas *A*

quíd petam, quid feram, quíd foris egerim.
portitorem domum duxi, ita omnem mihi
rem necesse eloqui est, quidquid egi atque ago.
nímium ego te habui délicatam; núnc adeo ut factúrus dicam.
quando égo tibi ancillás, penum, 120
lanam, aurum, vestem, purpuram
bene praebeo nec quicquam eges, 121
malo cavebis si sapis,
virum observare desines. 122
átque adeo, ne me nequiquam serves, ob eam industriam
hodie ducam scortum ad cenam atque aliquo condicam foras.
PEN. Illic homo se uxori simulat male loqui, loquitur mihi;
nam si foris cenat, profecto me, haud uxorem, ulciscitur.
MEN. Euax, iurgio hercle tandem uxorem abegi ab ianua.
ubi súnt amatores mariti? dona quid cessant mihi
conférre omnes congratulantes, quia pugnavi fortiter?
hánc modo uxori intus pallam surrupui, ad scortum fero.
sic hóc decet, dari facete verba custodi catae.
hoc fácinus pulchrumst, hoc probumst, hoc lepidumst, hoc factumst fabre:
meó malo a mala abstuli hoc, ad damnum deferetur.
avórti praedam ab hostibus nostrum salute socium.
PEN. Heús adulescens, ecqua in istac pars inest praeda mihi?
MEN. Perii, in insidias deveni. PEN. Immo in praesidium, ne time.

---

116 petam *Camerarius:* detam B^1D, detiam *C*, dedam B^2 legerim B^1CD; *in A inter* q *et* g *spatium capit* uid forise *cf. Brixius ad. l.*, *Vahlenus Herm. 17, 611 sq*; foras egeram *Hauptius* 117 p. d. dixit ita mihi necesse est eloqui *Nonius 24* loqui 120—122 *tribus versibus describit B* (quando — penum | lanam — eges | malo — desines), *quattuor A*, *servatum in secundi initio* lan (lan · · l — *t. Schoellio et Goetzio*) 120 *cf. 801* *schol. Aen. 4, 373* linum lanam praebeo neque quicquam eges 122 malo cauebis si sapis *διὰ μέσον*, *vera apodosis sequitur, non ea forma quam praeparaverat* 123 nequicquam B^1, quicquam *CD* *cf. 791* 124 atque aliquo ad cenam *Acidalius*, *sed quod deinde fit ne sic quidem exponitur. scortum se non domum ad cenam ducturum esse consentaneum est; addit* atque aliquo condicam foras *quo parasiti sermo praepuretur* 126—158 *deest A* 127 *Varro l. l. 7, 93* (*F*) euax iurgio uxorem tandem ab regia ianua 129 qui B^1 foriter *B* 130 *procedit pallam sub pallio indutus, cf. 196. 512. eam nunc spectatoribus ostendit* (*hic versus unus etiam metro sermoni propior, nam v. 127 ad priora pertinet*), *deinde de re bene gesta verba facit ut instituerat* 131 si B^1 132 factust 133 *cf. Vahlenus Herm. 17, 609* 134 auerti *CD*, *Priscianus 1, 309:* aduorti *B* *huc respicere videtur Asin. 884* 135 et qua B^1CD praeda *Camerarius:* pre 136 deuenit B^1CD

M. Quis homo est? P. Ego sum. M. O mea Commoditas, o mea Opportunitas,
salve. P. Salve. M. Quid agis? P. Teneo dextera genium meum.
Men. Non potuisti magis per tempus mi advenire quam advenis.
Pen. Ita ego soleo: commoditatis omnis articulos scio.
Men. Vin tu facinus luculentum inspicere? Pen. Quis id coxit coquos?
iam sciam, si quid titubatumst, ubi reliquias videro.
Men. Dic mi, enumquam tu vidisti tabulam pictam in pariete,
ubi aquila Catameitum raperet aut ubi Venus Adoneum?
Pen. Saepe. sed quid istaé picturae ad me attinent? Men. Age me aspice.
ecquid adsimulo similiter? Pen. Quis istest ornatus tuos?
Men. Dic hominem lepidissimum esse me. Pen. Vbi essuri sumus?
Men. Dic modo hoc quod ego te iubeo. Pen. Dico: homo lepidissime.
Men. Ecquid audes de tuo istuc addere? Pen. Atque hilarissime.
Men. Perge ⟨porro⟩. Pen. Non pergo hercle, nisi scio qua gratia.
litigium tibi est cum uxore, eo mi ábs te caveo cautius.
Men. Clam uxoremst ubi pulchre habeamus atque hunc comburamus diem.
Pen. Age sane igitur, quando aequom oras, quam mox incendo rogum?
dies quidem iam ad umbilicum est dimidiatus mortuos.
Men. Te morare, mihi quom obloquere. Pen. Oculum ecfodito per solum
mihi, Menaechme, si ullum verbum faxo nisi quod iusseris.
Men. Concede huc a foribus. Pen. Fiat. Men. Etiam concede huc. Pen. Licet.
Men. Etiam nunc concede audacter ab leonino cavo.
Pen. Eu edepol ne tu, ut ego opinor, esses agitator probus.

---

137 M. oh oportunitas 138 qui B^1 dextra 139 quem B^1 141 quocus 142 titubatust *CD* 143 mihi numquam (-a *B*), *corr. Brixius, cf. Auson. 24, 1 p. 121 Sch.* (*109 P.*) en umquam uidisti nebulam pictam in pariete? 144 catamitum *et* adonem B^2 146 qui istic est, *corr. Muellerus, cf. Trin. 1099* 147 *vel* med esuri B^2 148 quo B^1 dic B^1 149 et quid *CD* P. *om. B* atqui 150 ⟨porro⟩ *Pylades* 151 litutium B^1, litidium *CD* eo *Ritschelius:* M. o *B*, oh *post spat. pers. D, sine spatio C* 152 clam uxorem ubi sepulchrum habeamus, *corr. Vssingius* (*Charisius 145 tantum* clam uxorem est); *cf. Merc. 583*; *ad* pulchrum (*cf. Epid. 157 Poen. 1367*) *si* hunc diem *intellegas, hoc ad combustionem non quadret possis* age hunc, *sed* habeamus atque *coalescentia verba non moveo cf. Asin. 291 Capt. 464 Stich. 436. 648* 154. 155 iam dumbilicum *CD et ut vid.* B^1, *recte cum* B^2 *Gellius 3, 14, 16* est *post* mortuus *Gellius* 156 Ne B^2, *e B^1 quam *CD*, quin B^2, qu** B^1 P *om.* occulum *B* *de oculorum solo Stati Theb. 1, 55* (*cf. Gronovius*) *Schoellius admonet, cf. Allenus in Fowleri ed. p. 184 sq.; van Cleef de attractionis usu Platon.* (*Bonn 1890*) *p. 56* 157 iuseris B^1 158 fiat etiam M. concede huc licet *B, spat. post* fiat *CD* 159 *accedit A* ab *P:* a *A teste Loewio* (159–172 *priores fere versuum partes leguntur*)

MEN. Quidum? PEN. Ne te uxor sequatur, respectas identidem.
MEN. Sed quid ais? PEN. Egone? id enim quod tu vis, id aio atque id nego.
MEN. Ecquid tu de odore possis, si quid forte olfeceris,
facere coniecturam * ? *
(PEN.) * captum sit collegium.
MEN. Agedum odorare hanc quam ego habeo pallam. quid olet? apstines?
PEN. Summum ólfactare oportet vestimentum muliebre,
nam ex istoc loco spurcatur nasum odore + inlucido.
MEN. Olfacta igitur hinc, Penicule. lepide ut fastidis. PEN. Decet.
MEN. Quid igitur? quid olet? responde. PEN. Furtum, scortum, prandium.
tibi fuạnt
elocutus, nam
nunc ad amicam deferetur hanc meretricem Erotium.
mihi, tibi atque illi iubebo iam adparari prandium. PEN. Eu.
MEN. Inde usque ad diurnam stellam crastinam potabimus. PEN. Eu,
expedite fabulatu's. iam fores ferio? MEN. Feri.
vel mane etiam. PEN. Mille passum commoratu's cantharum.
MEN. Placide pulta. PEN. Metuis, credo, ne fores Samiae sient.
MEN. Mane, mane obsecro hercle: eapse eccam exit. oh, solem vides
satin ut occaecatust prae huius corporis candoribus?

---

162 ais *A:* agis *P* *spat. ante* egon— *om. A* ato B^1, dato *CD* nega B^1CD 163 ecquịd *A*: hec (haec *B*) quid *P* 164. 165 *sic P:* facere coniecturam captum sit collegium, *duo versus in A:* facere coiecturaṃ cuṃ ị — | cuọị . s . . aṣụ.ịụṣ c̣ọṇịẹc̣ —, *ut* coniectorum captum s. c. *clauserit Peniculi responsum potius quam* captum s. c. *inceperit. dixisse eum conicio, cocta quae sint se certius quam coniectores agnoscere cf. Asin. 878 Curc. 246 sq.* 167 oportet olfactare *Guietus* 168 nam ex istoc *ACD:* nam istoc *B,* nec isto *Nonius 394* nasum odore B^2 *Nonius:* nasum modori B^1CD inlutibili *Nonius,* inlutili *Ritschelius,* mucido *Colvius* 169 olfacta *A:* difacta *P* P. *om.* 171. 172 *tantum in A servata haec:* tibi fuạṇ (*sive* fuat, *ut etiam testatur Loewius*) — ạẹqu (ṇqụ *t. Loewio*) — | elocutus naṃ — (*deinde* u *t. Loewio*); *quorum sententiam apparet hanc fuisse:* tibi fuat mihique quod olet, age paremus prandium. M. elocutu's. namque uxori ego hanc surrupui clanculum, *cf. Schoellius* 173 ME. *praem. B* 174 eu *sine pers. sp. A: om. P* 175 diurnum *P* potabimus *P:* potạụmus eu (*fort. supra primam* u *a corr. add.* i) *A, ubi* poteṛimus eu *legit Loewius;* eu *in sq. v. posuit Brixius* 176 ferio foṛẹs *A* 177—192 *pauca tantum in posterioribus versuum partibus A* 177 P. *Acidalius: om.* 178 scient *P* 179. 180 eapse *Acidalius:* ab se ecca, *corr. Bothius* oh *CD:* PE. oh *B* vides *P, item A t. Loewio* (vịḍ — *St.*), vide *Acidalius. a similibus locis, ut Truc. 353 Stich. 270, eo differt quod non Erotium sed ipsum solem designat ante hunc versum alius Loewio in A extare visus est ab* f— *incipiens* 181 santin *B* ocecatus, *corr. Pylades*

EROTIVM I 3

Anime mi, Menaechme, salve. PEN. Quid ego? ER. Extra numerum es mihi.
PEN. Idem istuc aliis adscriptivis fieri ad legionem solet.
MEN. Ego istic mihi hodie adparari iussi apud te proelium.
ER. Hodie id fiet. MEN. In eo uterque proelio potabimus;
uter ibi melior bellator erit inventus cantharo,
+ tuest legio adiudicato, cum utro hanc noctem sies.
ut ego uxorem, mea voluptas, ubi te aspicio, odi male.
ER. Interim nequis quin eius aliquid indutus sies.
quid hoc est? MEN. Induviae tuae atque uxoris exuviae, rosa.
ER. Superas facile, ut superior sis mihi quam quisquam qui impetrant.
PEN. Meretrix tantisper blanditur, dum illud quod rapiat videt;
nam si amabas, iám oportebat nasum abreptum mordicus.
MEN. Sustine hoc, Penicule: exuvias facere quas vovi volo.
PEN. Cedo; sed obsecro hercle, salta sic cum palla postea.
MEN. Ego saltabo? sanus hercle non es. PEN. Egone an tu magis?
si non saltas, exue igitur. MEN. Nimio ego hanc periculo
surrupui hodie. meo quidem animo ab Hippolyta subcingulum
Hercules haud aeque magno umquam abstulit periculo.
cape tibi hanc, quando una vivis meis morigera moribus.

---

182 EROTIVM (-CIVM *B*) MVLIER. PENICVLVS PARASITVS. MENECHMVS. ADOL. *BD*, -ṣ- *A* mei 183 fieri ad legionem *A*, *Varro l. l. 7, 56:* ad legionem fieri 184. 185 -ṣị (iụṣsi *t. Loewio*) ap[u]ḍ te proelium *A;* iussim (*Acidalius*) *sermo non patitur*, *cf. Cramerus de perf. coni. usu potentiali p. 8 sq.* 186—190 *sine personarum notis* (*ante* Hodie *eras.* ME *B*), *ut supra ς et Gruterus;* in eo *e. q. s. Peniculo dedit Vssingius* 186 flet proilio 188 —ṭro *etiam A* sies *A:* scies *P* *versui corrupto nihil medelae inventum est.* uter 187 *et* utro 188 *sententias diunctas ostendunt, ut sensus talis fuisse potuerit: tecum erit, aut tu iudicato* *v. 184—188 spurios esse probabiliter statuit Langenus st. Pl. 298 sq., cf. Sonnenburgius de Men. Pl. retractata 5 sq., Havetus rev. de phil. 16, 107 sq.* 189 uxore *CD* meam *B* 190 E. *om.* saliquid B^1C i]ṇdu[t]ụṣ *ACD:* intuta B^1, induta B^2 sis *P* 191 ERO *praem. B* 194—202 *priores partes leguntur A* 194. 195 ịạm opọ[rtebat *AP:* iamdudum oportuit *Nonius 138* nassum CD^1 adeptum *Nonius* *ioci ratio non satis aperta* 196 exsuuias B^1C quas suo uiuolo, *corr. Camerarius* 197—201 *sine personarum notis, corr. Acidalius* 199 si non saltas exuigitur (*corr.* B^2) *P:* ẹx[ụẹ ị]gịtụṛ [ṣị ṇ]ọṇ — *A* 200 ipolita subgingulum 201 haud hercules aeq — *A,* haud hercle seque *B*, aud (apud D^1, aut D^2) hercule seque *CD; Festus 302* (s. succingulum) Plautus — — um Herculis — tiquam abstu —, *ubi inter* Herculis *et* (um)quam *tantum spatii intercedit quantum codicum verbis satis est. correxit Lambinus* 202 ME *praem. B* capẹị[tị]bi *A* (*non fuit* capito); cape tu tibi *Havetus rev. de phil. 16, 108* mieis B^1CD *ut in elogio Scipionis Hispani*

Er. Hoc animo decet animatos esse amatores probos.
Pen. Qui quidem ad mendicitatem se properent detrudere.
Men. Quattuor minis ego emi istanc anno uxori meae.
Pen. Quattuor minae perierunt plane, ut ratio redditur.
Men. Scin quid volo ego te accurare? Er. Scio, curabo quae voles.
Men. Iube igitur tribus nóbis apud te prandium accurarier
atque aliquid scitamentorum de foro opsonarier,
glandionidam suillam, laridum pernonidam,
aut sincipitamenta porcina aut aliquid ad eum modum,
madida quae mi adposita in mensa miluinam suggerant;
atque actutum. Er. Licet ecastor. Men. Nos prodimus ad forum.
iam hic nos erimus: dum coquetur, interim potabimus.
Er. Quando vis veni, parata res erit. Men. Propera modo.
sequere tu. — Pen. Ego hercle vero te et servabo et te sequar.
neque hodie ut te perdam, meream deorum divitias mihi. —
Er. Evocate intus Culindrum mihi coquom actutum foras.
sportulam cape atque argentum. eccos tris nummos habes. I 4

CYLINDRVS

Habeo. Er. Abi atque obsonium adfer; tribus vide quod sit satis:
neque defiat neque supersit. Cyl. Cuius modi hí homines erunt?
Er. Ego et Menaechmus et parasitus eius. Cyl. Iam isti sunt decem;
nam parasitus octo hominum munus facile fungitur.
Er. Elocuta sum convivas, ceterum cura. Cyl. Licet.
cocta sunt, iube ire accubitum. Er. Redi cito. Cyl. Iam ego hic ero. —

---

203 P., *corr. Bothius* 204 se properent *P*, p]rop[erent] se *A t. Loewio*, pro]p̣er— *t. St.* 205 quatuor *BD, item 206* ẹgọ [emi ist]ạṃ *A*, egomi stanc *P, corr.* B^2 207 ego *om A* 209 *sive* 210—212 *qui Menaechmo adimunt et parasito tradunt, vetant poetam mores eius persequi, quem v. 100 dixit* ipsum escae maxumae; *atque Epidamniensis est* 209 scitamentorum *A:* sit amentorum *P* 210 suillam AB^2*:* sullam *P* pernonidem *P*, au[t p]ernonidam *A* suillae *et* larido *adiecta patronymica* (*cf. Gruterus, Vssingius*) 211 sincipitamenta *post* scitamenta *ex analogia comica* 212 in mensam *ACD*, mensam *B*, *corr. Lambinus* ṃụḷụinam suggeram *A* *iocus in eo est quod* miluina *quasi carnis nomen sonat post* porcinam 213 *spatia habet A, om. P, corr.* ς 214 quoquitur *P, item vel* q]uoque[tur] *A* 215 M. *om.* 216 tu ⟨me⟩ *Lambinus* et te *B*, et ti *CD, vel* et *vel* te *om. A* 218 culindrum mihi quoquum *P*, — ṃ ṃịḥi qụoquoṃ *A*, mihi cocum Cilyndrum *Charisius 201* 219 Erotivm (-civm *B*) meretrix. cilindorvs (cilinidorvs *B*) cocvs *BD, spat. A* eccos treis (ecc *n. l. St.*) *A*, hec costris *P* 221 ḥ[ic] (*vel* his) ḥọṃines *A*, hiomines *P, corr.* B^2; hi *quos quasi manibus tenet* 223 octo hominum munus *P*, *Nonius 497:* octo hominum nuc̣ *A* *cf. Eubulus frg. 119 K.* 224 comuiuas *A* curarị licet *A*, curaticet *P, corr.* B^2 (C. *Camerarius*) 225 Cil. *praem. B* iube ire AB^2*:* iubire *P* *spatia habet A, om. P, corr.* ς

MENAECHMVS II 1

Voluptas nullast navitis, Messenio,
maior meo animo, quam quom ex alto procul
terram conspiciunt.

MESSENIO

Maior, non dicam dolo,
[quam] si adveniens terram videas quae fuerit tua.
sed quaeso, quam ob rem nunc Epidamnum venimus?
an quasi mare omnis circumimus insulas?
MEN. Fratrem quaesitum geminum germanum meum.
MESS. Nam quid modi futurum est illum quaerere?
hic annus sextust postquam ei rei operam damus.
Histros, Hispanos, Massiliensis, Hilurios,
mare superum omne Graeciamque exoticam
orasque Italicas omnis, qua adgreditur mare,
sumus circumvecti. si acum, credo, quaereres,
acum invenisses, si appareret, iam diu.
hominem inter vivos quaeritamus mortuom;
nam invenissemus iam diu, si viveret.
MEN. Ergo istuc quaero certum qui faciat mihi,
qui sese dicat scire eum esse emortuom:
operam praeterea numquam sumam quaerere.
verum aliter vivos numquam desistam exsequi.
ego illum scio quam cordi sit carus meo.
MESS. In scirpo nodum quaeris. quin nos hinc domum
redimus, nisi si historiam scripturi sumus?
MEN. Dictum facessas, datum edis, caveas malo.
molestus ne sis, non tuo hoc fiet modo. MESS. Em

---

additur Menaechmus mes senio taciti *P*, *sq. inscr.* MENECHMVS ADOLESCENS. MESSENIO SENEX. *BD*, *v. vac. A* 226 uoluptas nulla est *A*, *Lactantius ad Stat. Theb. 2, 194:* nullast uoluptas *P* 227 quom *A*: qum B^1C, quam B^2, quin *D*, quando *Lact.* 228 prospiciunt *Lact.*, *A. n. l.* M. *om., ut in sq. multas nominum notas* 229 quam si *P*, *Lact.*, q— *A*, *corr. Acidalius;* quom *Bothius* conspicias *Lact.* 230–239 *priores partes leguntur A* 230 in epidamnum *B* 231 omneis *A*, *item 237* *i. e. an circumimus quasi mare omnes insulas?* 234 sextus est *P*, sextus *A* ei rei *Gruterus:* ire hi (hinc B^2) 238 sei *A*, *item 239. 241* 239 iam *Gulielmus:* tam 242 qui *BD:* quid *C*, quid id *A* 243 quei sese deicat *A* 244 summam *A* 246 cordi sit carus meo *P:* carus sit cordi meo *A* 247—255 *posteriores partes leguntur A* 249 *recte traditum esse docui Herm. 18, 576* tdis *A t. St.*

illoc enim vérbo esse me servom scio.
non potuit paucis plura plane proloqui.
verum tamen néqueo contineri quin loquar.
audin, Menaechme? quom inspicio marsuppium,
viaticati hercle admodum aestive sumus.
ne tu hercle, opinor, nisi domúm revorteris,
ubi nihil habebis, geminum dum quaeres, gemes.
nam ita est haec hominum natio: in Epidamnieis
voluptárii atque potatores maxumi;
tum sycophantae et palpatores plurumi
in urbe hac habitant; tum meretrices mulieres
nusquam perhibentur blandiores gentium.
propterea huic urbi nomen Epidamno inditumst,
quia nemo ferme huc sine damno devortitur.
MEN. Ego istúc cavebo. cedo dum huc mihi marsuppium.
MESS. Quid eo vis? MEN. Iam aps te metuo de verbis tuis.
MESS. Quid metuis? MEN. Ne mihi damnum in Epidamno duis.
tu magnus amator mulierum es, Messenio,
ego autem homo iracundus, animi perditi;
id utrumque, argentum quando habebo, cavero,
ne tu delinquas neve ego irascar tibi.
MESS. Cape atque serva. me lubente feceris.

CYLINDRVS II 2

Bene opsonavi atque ex mea sententia,
bonum anteponam prandium pransoribus.
sed eccúm Menaechmum video. vae tergo meo,
prius iám convivae ambulant ante ostium,
quam ego opsonatu redeo. adibo atque alloquar.
Menaechme, salve. MEN. Di te amabunt quisquis ⟨es⟩.
CYL. Quisquis * ⟨quis⟩ ego sim?

253 continerị *A:* continere *P, cf. 1124 Rud. 1172 Capt. 592* 254 adi* B^1, audi B^2 255 aestiui *A* 256 erclẹ *A* reuọrtereis *A* 257 quaeres *A:* queris *P* 258 *ut supra A:* natio epidamnia | Nam ita est hec hoṃinum *P* 259 maxumeị *A* 260 plurumei *A:* pluri *P* 263 urbei *A* inditust *AP* 264 qua *A* sine damno huc *A* *cf. Festus 340ᵇ 9* 265 mihi huc *P* 266–288 *priores partes leguntur A* 266 ụeịs *A* 267 duis *Beroaldus:* dus *B¹CD,* dias B^2 268 tu magiṣ [amat]oṛ *A; cf. Mil. 775* 269 iracundis *P,* iṛacuṇ— *A* perciti *Lipsius* 270 habeo, *corr. Pylades* 271 neu *P,* nẹ— *A* 272 iubente CYLINDRVS. MENAECHMVS. MESSENIO (Mess. *om. CD*) *P, spat. A* 275 uideon aetergo (*etergo *B,* et ergo *C*), *corr. Gruterus* 276 obambulant *Ritschelius* 278. 279 menaechme salue ME di te amabunt quisquis ego

Men. Non hercle vero. Cyl. Vbi convivae ceteri?
Men. Quos tu convivas quaeris? Cyl. Parasitum tuom.
Men. Meum parasitum? certe hic insanust homo.
Mess. Dixin tibi esse hic sycophantas plurumos?

*

Men. Quem tu parasitum quaeris, adulescens, meum?
Mess. Peniculum éccum in vidulo salvom fero.
Cyl. Menaechme, numero huc advenis ad prandium.
nunc opsonatu redeo. Men. Responde mihi,
adulescens: quibus hic pretiis porci veneunt
sacres sinceri? Cyl. Nummis. Men. Nummum a me accipe:
iube té piari de mea pecunia.
nam équidem insanum esse te certo scio,
qui mihi molestu's homini ignoto, quisquis es.
Cyl. Cylindrus ego sum: non nosti nomen meum?
Men. Si tu Cylindrus seu Coriendrus, perieris.
ego te non novi, neque novisse adeo volo.
Cyl. Est tibi Menaechmo nomén, tantum quod sciam.
Men. Pro sano loqueris quom me appellas nomine.
sed ubi novisti me? Cyl. Vbi ego te noverim,
qui amicam habes eram meam hanc Erotium?

---

sim *uno versu P* (Me *om. CD*), men[aech]m— | quisquis d *A t. St.*, m]e[naech]m[e sa]lue — | quidqu — f — *A. t. Loewio;* 278 ⟨es⟩ *Ritschelius; dixisse cocum putes:* quisquis sum? non tu scis, Menaechme, quis ego sim? 280 M. *Sonnenburgius:* Cil. *B* C. *Ritschelius: om.* 282 ǂ cert[e ǂ] *A t. St.*, ǂ oe certe *t. Loewio et Schoellio ante* certe *erasum* me *B* 284—300 *posteriores partes fere leguntur A* 284 *om. P; in A legitur* — rincu · sm · n — tu · ·, *videtur cocus nominasse* Peniculum parasitum tuom 285 para *CD, spatium* parasitum *recipit A* meus *A* 286 Mess. *Ribbeckius mus. Rhen. 37, 536:* Cil. *B, om. CD; tantum* Peniculum *coco tradunt ς, et spatia in A quadrant t. Loewio* 287 C. *om.* menaechum ero *cum spatio ante* ero *B* 288 opsonatu *B:* ipso natu *CD* M.: *spat. A t. Loewio, om. P* 289 pret]ieis *A:* pretii *P* ueneunt *A, Festus 318:* ueniunt *P* 290 sacres *testantur Festus, Varro r. r. 2, 1, 20; 4, 16:* sacri nummeis ǂ nummum *A:* —s nummum *Festus,* nummis*** *B* (nummos B^2), nummis *CD* 292 *spatium in A quadrat; nihil inventum est quod sine detrimento sermonis inseratur* 293 es *A:* es** *B,* esci *CD* (ci *ad pers. notam rettulit Schoellius*) 294 cilindrus *hic et sq. v.* nosti [no]men meum *AP, cf. 484. 499. 873* 295 sei *Muellerus:* seu Coriendrus *a corio adludit ad coriandrum, non potuit Coriindrus paucis litteris ante* peri]eris *Loewio apparuit* l *A* 297 mena hec mo *P,* —hmo *A ante* tantum *pers. spat. A* (*cf. Merc. 642*) 298 M. *om. B* quom *A:* qum *BC,* quin *D* 299 ⟨tu⟩ me *Pylades quadrante spatio in A t. Loewio* 300 [ha]bes *A:* habeas *P*

Men. Neque hercle ego habeo, neque te quis homo sis scio.
Cyl. Non scis quis ego sim, qui tibi saepissime
cyathisso apud nos, quando potas? Mess. Ei mihi,
quom nihil est qui illi homini diminuam caput.
Men. Tun cyathissare mihi soles, qui ante hunc diem
Epidamnum numquam vidi neque veni? Cyl. Negas?
Men. Nego hercle vero. Cyl. Non tu in illisce aedibus
† habitas? Men. Di illos homines, qui illic habitant, perduint.
Cyl. Insanit hic quidem, qui ipse male dicit sibi.
audin, Menaechme? Men. Quid vis? Cyl. Si me consulas,
nummum illum quem mihi dudum pollicitu's dare —
nam tu quidem hercle certo non sanu's satis,
Menaechme, qui nunc ipsus male dicas tibi —
iubeas, si sapias, porculum adferri tibi.
Mes. Eu hercle hominem multum, et odiosum mihi.
Cyl. Solet iocari saepe mecum illoc modo.
quam vis ridiculus est, ubi uxor non adest.
quid ais tu? Men. Quid vis, inquam. Cyl. Satin hoc quod vides
tribus vóbis opsonatumst, an opsono amplius,
tibi et parasito et mulieri? Men. Quas [tu] mulieres,
quos tu parasitos loquere? Mess. Quod te urget scelus,
qui huic sis molestus? Cyl. Quid tibi mecum est rei?
ego te non novi: cum hoc quem novi fabulor.
Mess. Non edepol tú homo sanus es, certo scio.
Cyl. Iam ergo haec madebunt faxo, nil morabitur.
proin tu ne quo abeas longius ab aedibus.
numquid vis? Men. Vt eas maximam malam crucem.
Cyl. Ire hercle meliust te interim atque accumbere,
dum ego haec appono ad Volcani violentiam.
ibo intro et dicam te hic adstare Erotio,

---

301 ego *om. P* qui *A* 302 scis *AB*^{2}*:* sis *P* 303—342 *deest A* 303 ciatisso totas *B*^{1}*CD* 304 qum *B,* cum *CD* dimminuam *B* 305 tunc *B*^{1}*CD* cyatissare *B:* cratissare *CD* 306 C. ς: Me 307 M. *om. B* 308 habes *Seyffertus* que *B*^{1}*CD* perdunt *B*^{1}*CD* 309 equidem, *corr. Bentleius* ipse ς*:* id se 310 aut in mena hec me *B*^{1}*CD* 311 *sq. quod suum sermonem excusatione quasi interrumpens titubanter loquitur, causam habet servus erae amatori insaniam exprobrans* 316 eu *Camerarius:* tu 317 locari illo *CD* 319 *pers. om.* Qui *BC,* Quis *D* inquam *cf. 648. Vahlenus Herm. 17, 619* 320 nobis *B* obsonatust 321 [tu] *Pylades* 322 paratitos 325 Mes. ς: Me Ci *D*^{2}, *om. B* 327 habeas ab ⟨hisce⟩ *Brixius* 328 eas ⟨in⟩ *B*^{2} 329 *avertit maledictum sed cavet ne maledicat* 330 ergo *BC*

ut te hinc abducat potius quam hic adstes foris. —
MEN. Iamne abiit ⟨illic⟩? edepol haud mendacia
tua verba experior esse. MESS. Observato modo:
nam istic meretricem credo habitare mulierem,
ut quidem ille insanus dixit, qui hinc abiit modo.
MEN. Sed miror qui ille noverit nomen meum.
MESS. Minime hercle mirum. morem hunc meretrices habent:
ad portum mittunt servolos, ancillulas;
si quae peregrina navis in portum advenit,
rogitant cuiatis sit, quid ei nomen siet,
postilla extemplo se applicant, agglutinant:
si pellexerunt, perditum amittunt domum.
nunc ín istoc portu stát navis praedatoria,
aps qua cavendum nobis sane censeo.
MEN. Mones quidem hercle recte. MESS. Tum demum sciam
recte monuisse, si tu recte caveris.
MEN. Tace dúm parumper, nam concrepuit ostium:
videamus qui hinc egreditur. MESS. Hoc ponam interim.
asservatote haec sultis, navales pedes.

EROTIVM II 3

Sine fóres sic, abi, nolo óperiri.
intús para, curá, vide, quod opúst fiat:
sterníte lectos, incéndite odores; múnditia
inlécebra animost amántium.

333 MES. habit B^1C, abit *D* ⟨illic⟩ *Bachius in Studemundi stud. 2, 306 (Cas. 794)* aut 334 exterior, *corr. Lipsius* (*qui add.* MES.) 339 ad *B*: a *CD* seruolus *CD* 340 si qua B^2, sed qua B^1, sed quia *CD*, *corr. Bentleius* 341 rogitant *CD*, *Priscianus 2, 122:* rogant *B* siet *B*, sciet *C*, sciat *D* 342 postille, *corr. Gulielmus* applicat B^1 ac glutinant (-at B^1) 343—345 *initia servata A* 344 nunc in istoc portu stat *etiam A ut vid.*, *sic* nauis *monosyllabum* (*cf. Solmsen stud. z. lat. lautgesch. 182*); portust *Bentleius* 346—350 *nihil in A* 348 tum *B ante corr.* 349 creditur hoc B^1CD MES. *add. Pylades* 350 adseruate istaec *probabiliter Bachius in Studemundi stud. 2, 282* si uoltis *BD*, siuuoltis *C* EROCIVM MVLIER. MENECHMVS ADOLESCENS. MESSENIO SENEX *B*, *tantum nomina* D^2, *spat.* *A*(?)*C* 351—357 *ut in P sex versibus in A ut vid. scripti, quorum in sexto tantum aliquid apparebat cantici prior pars* (*351—356*) *anapaestica admixtis colis iambicis; secuntur anapaesti, quorum systema ultimum colo iambico* (*365*) *et Reiziano clauditur* 351 ubi B^1 352 *sic descriptum adfert Varro l. l. 7, 12; iambos excipit anapaestus* quid opus *Varronis F* 353 mundicia *adhaeret versui sq.* 354. 355 *anapaestum excipit iambus* amantum *CD*

amánti amoenitás malost, nobís lucrost.
sed ubi ille est, quem coquos ánte aedis esse áit? atque eccum video,
qui mi ést usui et plurímum prodest.
item hinc últro fit, ut méret, potissimus nostraé domi ut sit;
nunc éum adibo, adloquar ultro.
animúle mi, mihi mirá videntur,
te hic stáre foris, fores quoi pateant,
magis quám domus tua domus quom haéc tua sit.
omné paratumst, ut iússisti
atque út voluisti, néque tibi
ullá morast intus.
prandium, út iussisti, hic cúratumst:
ubi lúbet, ire licet áccubitum.
M. Quícum haec mulier loquitur? E. Equidem tecum. M. Quid mecum tibi
fuit umquam aut nunc est negoti? Er. Quia pol te unum ex omnibus
Venus me voluit magnificare, neque id haud immerito tuo.
nam ecastor solus benefactis tuis me florentem facis.
Men. Certo haec mulier aut insana aut ebria est, Messenio,
quaé hominem ignotum compellet me tam familiariter.
Mess. Dixin égo istaec hic solere fieri? folia nunc cadunt,
praeut si triduom hoc hic erimus: tum arbores in te cadent.
nam ita sunt hic meretrices: omnes elecebrae argentariae.
sed sine me dum hanc compellare. heus mulier, tibi dico. Er. Quid est?
Mess. Vbi tu húnc hominem novisti? Er. Ibidem ubi hic me iam diu,

---

356 malo si (sy *C*, sed *D*), *corr. Camerarius* 357 aedis esse ait B^2: ạẹḍ— *A*, aedis se ait se B^1CD 358. 359 *tres versus in A, quorum primus non usque ad marginem interiorem pertinuit et fortasse ultima verba versus 357 habuit, tertius clauditur* nos]trae ḍọ[mi] ut sit; *ceterum nihil legitur* 358 propest B^1CD 359 hic *Nonius 468* potissimus *CD, Nonius:* potissimum *B* 360 ultri, *corr.* B^2 *in A aliquid apparuit quasi* — quẹ ụḷtṛọ [adloqu]ar 358—360 *systema septem metrorum* 361—363 *concinit A, in quo posteriores versuum partes leguntur; de metro ad 351 sq.* 361 mei B^1CD 363 tụa AB^1: itua *CD*, sit tua B^3 quom *A:* quam *P* 364—368 *sic disponit B:* Omne — tibi | Si — intus | Prandium — accubitum. *in A 4 versus:* — o — ro | — ṭ[i n]ẹq[ue ti]bi | — us | — licet (*ut* accubitum *sequenti v. positum fuerit*). *eorum igitur versuum primo non idem quod in P scriptum erat* 364 paratust ut iussisti B^2: parasitus tutius sisti *CD*, para tutius *intercedente rasura,* i *sup. prius* t, *B* 366 sullam oras *CD*, si*** am ora *B*, (tibist) ulla mora B^2 367 iussisti *B et D ex corr.:* iuss*sti *B*, ius st sti *CD* curatust ubi *B*, curatus tibi *CD cf. Varro Men. frg. 521* 369—372 *fere nihil legitur A* 369 E. D^2: Mes. *B* 370 qui *B* polt te *CD* 372 f[ac]is *A:* facias *CD*, fatias *B* 374—445 *deest A* 375 heic B^1 folia B^2: fortia 378 dicos B^1CD 379 me ⟨nouit⟩ *Brixius*

in Epidamno. Mess. In Epidamno? qui huc in hanc urbem pedem,
nisi hodie, numquam intro tetulit? Er. Heia, delicias facis.
mi Menaechme, quin, amabo, is intro? hic tibi erit rectius.
Men. Haec quidem edepol recte appellat meo me mulier nomine.
nimis miror, quid hoc sít negoti. Mess. Oboluit marsuppium
huic istuc quod habes. Men. Atque edepol tu me monuisti probe.
accipe dum hoc. iam scibo, utrum haec me mage amet an marsuppium.
Er. Eamus intro, ut prandeamus. Men. Bene vocas: tam gratiast.
Er. Cur igitur me tibi iussisti coquere dudum prandium?
Men. Egon te iussi coquere? Er. Certo, tibi et parasito tuo.
Men. Cui, malum, parasito? certo haec mulier non sanast satis.
Er. Peniculo. Men. Quis iste ést Peniculus? qui extergentur baxeae?
Er. Scilicet qui dudum tecum venit, quom pallam mihi
detulisti, quám ab uxore tua surrupuisti. Men. Quid est?
tibi pallam dedi, quam uxori meae surrupui? sanan es?
certe haec mulier cantherino ritu ástans somniat.
Er. Qui lubet ludibrio habere me atque ire infitias mihi
facta quae sunt? Men. Dic quid est id quod negem quod fecerim?
Er. Pallam te hodie mihi dedisse uxoris. Men. Etiam nunc nego.
ego quidem neque umquam uxorem hábui neque habeo, neque huc
umquam, postquam natus sum, intra portam penetravi pedem.
prandi in navi, inde huc sum egressus, te conveni. Er. Eccere,
perii misera, quam tu mihi nunc navem narras? Men. Ligneam,
saepe tritam, saepe fixam, saepe excussam malleo;
quasi supellex pellionis, palus palo proxumust.
Er. Iám, amabo, desiste ludos facere atque i hac mecum semul.
Men. Nescio quem, mulier, alium hóminem, non me quaeritas.
Er. Non ego te novi Menaechmum, Moscho prognatum patre,
qui Syracusis perhibere natus esse in Sicilia,
ubi rex Agathocles regnator fuit et iterum Phintia,
tertium Liparo, qui in morte regnum Hieroni tradidit,

---

381 detulit B^2 E. *om.* hia 382 Ero *praem.* 383 apellat *CD* 384 Mes. *praem., deinde om.* minor *CD* obuoluit B^1CD marsupium *BD* 385 Me *ante* istuc, *deinde om.* 386 cibo *CD* 388 me tibi me *CD*, *cf. 654. 982. 1041. 1126* 389 egonc tibi ⟨mi⟩ *Schoellius* 390 malo B^1CD 391 bexeae (buxeae *sup. scr. B*) 392 qum *CD*, cum *B* 398 uxoris etiam *C*, uxoris sed iam *BD* (*pers. not. B sup. v.*) 401 ⟨et⟩ te *Ritschelius* Ero *versui sq. praem., corr. Pistoris* eccerem *B* 404 quam si est ἀπὸ κοινοῦ 405 desine, *corr. Fleckeisenus* semel B^1 407 nescio *B*: nam *CD* quem ⟨tu⟩ *Fleckeisenus* 407 mosco *BD* 408 siracussis *B* 409. 410 pinthia *de nominibus Hueffnerus de Pl. com. exempl. att. 54*

nunc Hiero est? Men. Haud falsa, mulier, praedicas. Mess. Pro Iuppiter,
num istaec mulier illinc venit, quae te novit tam cate?
Men. Hercle opinor, pernegari non potest. Mess. Ne feceris.
periisti, si intrassis intra limen. Men. Quin tu tace modo.
bene res geritur. adsentabor quidquid dicet mulieri,
si possum hospitium nancisci. iam dudum, mulier, tibi
non imprudens advorsabar: hunc metuebam, ne meae
uxori renuntiaret de palla et de prandio.
nunc, quando vis, eamus intro. Er. Etiam parasitum manes?
Men. Neque ego illum maneo, neque flocci facio, neque, si venerit,
eum volo intromitti. Er. Ecastor haud invita fecero.
sed scin quid te amabo ut facias? Men. Impera quid vis modo.
Er. Pallam illam, quam dudum dederas, ad phrygionem ut deferas,
ut reconcinnetur atque ut opera addantur quae volo.
Men. Hercle qui tu recte dicis: eádem ignorabitur,
ne uxor cognoscat te habere, si in via conspexerit.
Er. Ergo mox auferto tecum, quando abibis. Men. Maxime.
Er. Eamus intro. Men. Iam sequar te. húnc volo etiam conloqui.
eho Messenio, accede huc. Mess. Quid negoti est? Men. + sussciri.
M. Quid eo opust? M. Opus est. scio ut me dices. M. Tanto nequior.
Men. Habeo praedam: tantum incepi óperis. ei quantum potes,
abduc istos in tabernam actutum devorsoriam.
tum facito ante solem occasum ut venias advorsum mihi.
Mess. Non tu istas meretrices novisti, ere. Men. Tace, inquam *
mihi dolebit, non tibi, si quid ego stulte fecero.
mulier haec stulta atque inscita est; quantum perspexi modo,
est hic praeda nobis. — Mess. Perii, iamne abis? periit probe:

---

412 hiero es *C*, heroes *D* salsa Mes. *om.* 413 Mes. *praem.* 416 intrassis *verbum ceterum a Plauto alienum* 419. 420 aduorsabor *CD*^{1} ni *B*^{1}*CD* 421 renuntiare *B*^{1}*CD* 423 moneo *B*^{1} 424 ecasto haud *CD*, ecastor auh *B* 425 M. impera *Dousa:* impera Me *B*, impero *CD* 426 frigionem 427 ut: *fort.* una 428 quin *B*, quiin *CD*, *corr. Fleckeisenus* eadem ⟨ea⟩ *Ritschelius* 430 M. *om.* 431 E. *om.* 432 huc accede *Bachius in Studemundi stud. 2, 206* Men. *om.* *ad* sussciri *adscr.* ł sciscitari *B*^{2}, susurra *alia m. ant. in mg.;* sussili *Bothius*, *cf. Varron. Men. frg. 206. 521* (*cf. Vahlenus*); *temptavi* sciscito, *cf. Festus 177* nam 'scisscito' significat sententiam dicito ac suffragium ferto, unde scita plebis. *ac fortasse sequitur* opus est scito, ut me dicas 433 eo *Pylades:* ego (ergo *B*^{2}) opust Me. *Camerarius:* opusi dices *B*^{2}*:* dicas nequiore *B*^{1}, nequorę (c *sup* q) *D*, nec quiorę *C*, nequior es *B*^{2} 434. 435 ei *Gruterus:* et potest *Dousa* 436 diuorsoriam *B* 437 solis, *corr. Lambinus* 438 ⟨atque hinc abi⟩ *Ritschelius* 439 stult *B*^{1}, stul *CD* 440 insita (inscia *B*^{2}) 441 peri

ducit lembum dierectum navis praedatoria.
sed ego inscitus qui domino me postulem moderarier:
dicto me emit audientem, haud imperatorem sibi.
sequimini, ut, quod imperatum est, veniam advorsum temperi. —

PENICVLVS III 1

Plus triginta ánnis natus sum, quom ínterea loci,
numquam quicquam facinus feci peius neque scelestius,
quám hodie, quom in contionem mediam me immersi miser.
ubi ego dúm hieto, Menaechmus se subterduxit mihi
atque abiit ad amicam, credo, neque me voluit ducere.
qui illum di omnes perduint, qui primus commentust *
contionem habere, qui homines occupatos occupat.
non ad eam rem ótiosos homines decuit deligi,
qui nisi adsint quom citentur, census capiat ilico?

* *

* *

adfatim est hominum, in dies qui singulas escas edint,
quibus negoti nihil est, qui essum neque vocantur neque vocant:
eos oportet contioni dare operam atque comitiis.
sí id ita esset, non ego hodie perdidissem prandium,
quoi tam credo † datum voluisse quam me video vivere.
ibo: etiamnum reliquiarum spes animum oblectat meum.

---

442 limbum (-pum *D*) derectum B^1, dlerectum *CD* 443 insitus qui domino me *Bothius:* quid (qiđ *D*, quod *B*) romę (pro me B^2) 445 sedquimini *CD* Penicvlvs parasitvs 446 *accedit* A; 446—453 *initia fere leguntur* 446 natus annis *Gruterus, cf. Rud. 1382, Mil. 629* ⟨ego⟩ sum *Ritschelius* 447 atque *B* 448 cum in *P*, quoṃ *A* 450 abi[t *ABD* 451 quị AB^2*:* que *CD,* quo B^1 pe]rd— *A*, perdunt B^1D quei (que ci B^1) primus commentu est *P*, —ṣ [c̣ọ]ṃẹ̄ — *A*, *cf. apogr. praef. n. 82; secundi versus quinto fere loco* m *apparuit Loewio.* ⟨male⟩ *Ritschelius;* primus ⟨hoc⟩ *Vahlenus* 452 hạ[bere] *A:* hac re *B*, hare *CD* 453 noṇ [ad ea]ṃ— *A* non ⟨saltem⟩ *Vahlenus* delegi *CD* 454 citentur AB^2*:* cinetetur B^1, citenetur *CD* census *P, A n. l.; nec μονοσιτοῦντες isti censum habent et dictum oportuit bona; fort.* pignus (*Amph. 68*) c̣]ạ[pị]at *A:* capiant *P;* capiat *scil. magistratus qui citet* 455. 456 *om. P,* qu — quam senatus ḍẹụ . . . . c̣ọṇtịoneṃịḍạḥ | — — q . . ml — — ṣ *A, extremis versuum litteris incertissimis* 458 qui essum *P:* quiẹscuṇṭ *A* uocant AB^2*:* uocauit *P* 459 comiti[ei]s *A* 460 sẹi ịd ita esse *A* 461 *sic AP, nisi quod* ne *pro* me *P* datum voluisse: '*sententia et oratio proba*' *Vahlenus, quod de oratione concedo, de sententia non item. flagitari* '*funus factum*' *iure dixerunt. nec metrum sine offensa cf. Asin. 123 Vidul. 66 Ter. Eun. 718* 462 reliquarum *A* oblectat AB^2*:* obiectat *P* meum *A:* me *P*

sed quid ego video? Menaechmus cum corona exit foras.
sublatum est convivium, edepol venio adversum temperi.
observabo, quid agat, hominem. post adibo atque adloquar.

MENAECHMVS III 2

Potine ut quiescas? ego tibi hanc hodie probe
lepideque concinnatam referam temperi.
non faxo eam esse dices: íta ignorabitur.
Pen. Pallam ad phrygionem fert confecto prandio
vinoque expoto, parasito excluso foras.
non hercle is sum qui sum, ni hánc iniuriam
meque ultus pulchre fuero. observa quid dabo.
Men. Pro di immortales, quoí homini umquam uno die
boni dedistis plus, qui minus speraverit?
prandi, potavi, scortum accubui, apstuli
hanc, quoius heres numquam erit post hunc diem.
Pen. Nequeo quae loquitur exaudire clanculum;
satur nunc loquitur de me et de parti mea.
Men. Ait hanc dedisse me sibí, atque eam meae
uxori surrupuisse. quoniam sentio
errare, extemplo, quasi res cúm ea esset mihi,
coepi adsentari: mulier quidquid dixerat,
idem ego dicebam. quid multis verbis ⟨opust⟩?
minore nusquam bene fui dispendio.
Pen. Adibo ad hominem, nam turbare gestio.
Pen. Quis hic ést, qui adversus it mihi? Pen. Quid ais, homo
levior quam pluma, pessime et nequissime,
flagitium hominis, subdole ac minimi preti?
quid de te merui, qua me causa perderes?
ut surrupuisti te mihi dudum de foro!

463—470 *posteriores partes fere leguntur A* 463 menaechm]us cu[m cor]ona *A:* menechmum chorona *P* 465 *hic A, post v. 473 P* 466 Menechmvs adol. penicvlvs parasitvs (ad. *et* paras. *om. C*) ut *ς:* me ut *B*, neut *CD* ego *A:* sedco *CD*, sed dico *B*, si ego *ς* 467 temperei *A* 468 eum *CD* 469 frygionem *et* frigionem *Nonius 3. 538:* phyyglonem (phyygionem B^2) 471 hercle *P:* er— *A*, hercle ⟨ego⟩ *Ritschelius* 472 ultus AB^2*:* uultus *P* *de v. 465 v. s.* 474 *post 475 P, recte A* 475 *sic AP; Priscianus 1, 483* prandi et potaui, scortum accubui ⟨inde⟩ abstuli *Muellerus* 476 heres *P:* referes *A; cf. 493* 478 *om. A; vindicat Niemeyerus* de parti *CD:* departe *B*, *sup. scr.* ł pallam *ut vid.* B^2 479. 480 *sic AP* ⟨me⟩ meae *Bothius* 483—497 *pauca in initiis leguntur A* 484 ⟨opust⟩ *Pylades* 487 aduersum sit, *corr. Gruterus et Bothius*

fecisti funus med absente prandio.
cur ausu's facere, quoi ego aeque heres eram?
Men. Adulescens, quaeso, quid tibi mecum est rei,
qui mihi male dicas homini ignoto insciens?
an tibi malam rem vis pro male dictis dari?
Pen. + Pol eam quidem edepol te dedisse intellego.
Men. Responde, adulescens, quaeso, quid nomen tibist?
Pen. Etiam derides, quasi nomen non noveris?
Men. Non edepol ego te, quod sciam, umquam ante hunc diem
vidi neque novi; verum certo, quisquis es,
si aéquom facias, mihi odiosus ne sies.
Pen. Menaechme, vigila. Men. Vigilo hercle equidem, quod sciam.
Pen. Non me novisti? Men. Non negem, si noverim.
Pen. Tuom parasitum non novisti? Men. Non tibi
sanum est, adulescens, sinciput, intellego.
Pen. Responde, surrupuistin uxori tuae
pallam istanc hodie átque dédisti Erotio?
Men. Neque hercle ego uxorem habeo neque ego Erotio
dedi nec pallam surrupui. Pen. Satin sanus es?
occisast haec res. non ego te indutum foras
exire vidi pallam? Men. Vae capiti tuo.
omnis cinaedos esse censes, tu quia es?
tun med indutum fuisse pallam praedicas?
Pen. Ego hercle vero. Men. Non tu abis quo dignus es?
aut te piari iube, homo insanissime.
Pen. Numquam edepol quisquam me exorabit, quin tuae

492 me[ḍ ạḅṣẹ]ṇ — *A*, meo absenti *P* 493 quo B^1, cui *CD; vel* quoiei ego ea quae heris heram, *corr. Lipsius et Bentleius* 495 qui *in initio etiam A* (quẹ B^1) homini ignoto ς: homini hic noto B^1, hic noto *CD*, homini hic ignoto B^2, *cf. 293. 374;* ⟨sic⟩ h. i. *Ritschelius* — ṇṣ *in fine etiam A* insciens *i. e. qui me qui sim nescias, cf. Vahlenus* 497 pol eam — *A, cf. Capt. 335 al.:* post eam *P; fort.* pol *varia scriptura pro* edepol 498 qui B^1C, q — *A* nomen tibist *Weisius:* —ist (*minus probabile* nst) *A*, tibi nomenst *B*, tibi nomen sit *CD* 499 *item A, sed* gnoụ — 500 *item A, sed* quad (*cf. apogr. p. 493*) *et potius* hanc *quam* hunc 501 *item A, sed* gnoui 502—507 *paucissima in extremis versibus leguntur A* 502 aequom si *Camerarius* 503.504 *hoc ordine A, inverso P* 503 menaecme vigilia *B* 506 ⟨ut⟩ intellego *Camerarius* 508—510 *nihil apparet A* 510 taliam B^1CD s. s. e. *Menaechmo dedit Thomas rev. de l'instr. Belg. 19, 260, sed eo modo ignotum non alloquuntur. cf. 506. 517* 511—517 *pauca leguntur A* 511 occisa si B^1CD 512 exeịre *A* palla *CD*, palam *B* 513 quia tu es *P*, — ṣ *A, corr. Camerarius* 514. 515 tu *A* me *AP* fuisse *om. CD, A n. l.* 517 iubes *Pylades* (*A n. l.*)

uxori rem omnem iám, uti sit gesta, eloquar;
omnes in te istaec recident contumeliae:
faxo haud inultus prandium comederis. —
MEN. Quid hoc ést negoti? satine, ut quemque conspicor,
ita me ludificant? sed concrepuit ostium.

ANCILLA III 3

Menaechme, amare ait te multum Erotium,
ut hoc una opera ⟨sibi⟩ ad aurificem deferas,
atque huc ut addas auri pondo únciam
iubeasque spinter novom reconcinnarier.
MEN. Et istúc et aliud, si quid curari volet,
me curaturum dicito, quidquid volet.
ANC. Scin quid hoc sit spinter? MEN. Nescio, nisi aureum.
ANC. Hoc est quod olim clanculum ex armario
te surrupuisse aiebas uxori tuae.
MEN. Numquam hercle factum est. ANC. Non meministi, obsecro?
redde igitur spinter, si non meministi. MEN. Mane.
immo equidem memini. nempe hoc est, quod illí dedi.
ANC. Istuc. MEN. Vbi illae armillaé sunt, quas una dedi?
ANC. Numquam dedisti. MEN. Nam pol hoc unum dedi.
ANC. Dicam curare? MEN. Dicito: curabitur.
et palla et spinter faxo referantur simul.
ANC. Amabo, mi Menaechme, inauris da mihi
faciendas pondo duom nummum, stalagmia,
ut te libenter videam, quom ad nos veneris.

---

519 [uxo]rei *A* [u]ṭ *AP* 520 ṛẹccịdẹnt *A* 521 inultus *A:* inultum *B*, multum *CD* comedereis *A* 522—537 *initia fere leguntur A* 522 quemquem *B* *post* 523 Ancilla menaechmus idem *B* 524 ANCILLA ADOLESCENS *BD, v. vac. AC* 525 ⟨sibi⟩ *Vssingius* 526 hunc B^1, nunc CDB^2, *corr. Ritschelius* ⟨tu⟩ pondo *Pylades* 527 spinter *B* (*item 530. 534. 540. 682 sq. 807*), *Priscianus 1, 151:* spinther *CD* (*item*), *Festus 333;* spinther *540 et fort.* spinter *534 A;* spinther *1061 P, ubi A n. l.* 528 istud *P* uoles B^1, uolei *C* (*A n. l.*) 530 scẹịn *A* quod *P* 532 aiebas B^2*:* ạịbạṣ *A*, mebas B^1CD 533 noenu *Bergkius* 534 rede *B* *A incipere videtur* [igi]ṭuṛ [spint]ẹr si nomine ministi *CD* (*A n. l.*) 535 dedei *A* 536 istu[c ubi i]ll[ae AB^2*:* istuc ubi iclae (clae *D*) *P*; *ancillae* istuc *Lambinus dedit* dedit B^1CD*; A n. l.* 537 una *P*, ụ — *A*, *corr. Redslobius Berl. phil. wochenschr. 12, 1452. temperi meminit ut v. 535* 539 dicito cụrabị[tur] AB^2*:* dicit occurabitur *P* 540 referatu[r] *A* 541. 542 *nihil legitur A* 542 statagmia, *cf. Festus 317* 543 quom B^2*:* quam *in A conspicitur* (*p. 413*^{v} *v. 3*) q]u[om ad nos] ṿẹnẹrịṣ, *v. 4. 5 nihil legitur; v. 6 exit in* —anṭ (*549*), *v. 7 n. l.* (— uịt — *vocis* operuit, *v. 550,*

MEN. Fiat. cedo aurum, ego manupretium dabo.
da sodes abs te: ⟨ego⟩ post reddidero tibi.
MEN. Immo cedo abs te: ego post tibi reddam duplex.
ANC. Non habeo. MEN. At tu, quando habebis, tum dato.
ANC. Numquid [me] vis? — MEN. Haec me curaturum dicito —
ut quantum possint quique liceant veneant.
iamne abiit intro? abiit, operuit fores.
di me quidem omnes adiuvant, augent, amant.
sed quid ego cesso, dum datur mi occasio
tempusque, abire ab his locis lenoniis?
propera, Menaechme, fer pedem, confer gradum.
demam hanc coronam atque abiciam ad laevam manum.
ut, siquis sequatur, hac me abiisse censeant.
ibo et conveniam servom, si potero, meum,
ut haec, quae bona dant di mihi, ex me sciat. —

MATRONA IV 1

Egone hic me patiar frustra in matrimonio,
ubi vir compilet clanculum quidquid domist
atque ea ad amicam deferat? PEN. Quin tu taces?
manufesto faxo iam opprimes: sequere hac modo.
pallam ad phrygionem cum corona ébrius
ferebat, hodie tibi quam surrupuit domo.

---

t. Schoellio), v. 8 exit in — ị . . ạ . . dam (*qualis versus exitus non est in P*), *v. 9 n. l.* (*fuit 551 t. Schoellio*), *v. 10 quae leguntur pertinent ad v. 552, ac secuntur 553 sq.; ergo pro 544—551 sex versus fuerunt, pro 544—548 duo* (*cf. pares exitus* 544 dabo, 547 dato)   545 *vel* ted, *item 546*   ⟨ego⟩ *Pylades, Spengelius*   546 M. *om.* dupelex *B*   547 A. — M. *Weisius:* ME — A   dabis *Charis. 111 ante corr.*   548 A. *Weisius: om.*   [me] *Acidalius*   *cf. Bacch. 1067*   549 ueniant *CD*   *cf. 1159; Hortuli frg.; potius* quiqui   550 intro habiit B^1CD 551 equidem, *corr. Bentleius*   552—558 *perpauca leguntur A*   553 ḷẹnọn[ie]is *A:* lenonis *P*   554 profer *Brixius*   555 hanc *Nonius 519: om.*   556 ut si sequentur me hac abisse censeant *Nonius*   si quis *C ante corr.:* si qui *C ex corr.*, DB^2, sequi B^1; siquis *bibreve, cf. ad Aul. 340*   hac B^2: hec   558 me ⟨iam⟩ *Bentleius*   559 MVLIER PARASITVS PENICVLVS (PEN. *om. B, habet post v. 558*) *BD, v. vac. AC*   eg[one hic m]ẹ p̣ạṭiar [fr]ụstṛạṭin ṃạṭ[ri]m — *A*, egone hic medaciar in matrimonio *P* (paciar B^2), *ubi* esse *inseruit Camerarius, quod si ad* frustra *subauditur* (*cf. Trin. 378*), *dura enuntiatio est. potius iacturam codices indicant:* egon hic me patiar frustatim ⟨lacerarier, si in hoc ego misera maneam⟩ matrimonio, *vel* frustillatim confici, *cf. Curc. 576 Truc. 613. 626 Epid. 488*   561—571 *priores partes servatae A*   561 ea *A: om. P* (atque** ad B^1); *cf. Rud. 357 sq.*   563 frygion— *A*, phydrionem *B*, fridionem *CD*   coronam *CD*   564 homo C^1D^1

sed eccám coronam quám habuit. num mentior?
em hac ábiit, si vis persequi vestigiis.
atque edepol eccum óptume revortitur;
sed pallam non fert. MAT. Quid ego nunc cum illoc agam?
PEN. Idem quod semper: male habeas; sic censeo.
huc concedamus: ex insidiis aucupa.

MENAECHMVS IV 2

Vt hóc utimúr maximé more móro
moléstoque múltum, atque utí quique súnt
optumí, maxumé morem habént hunc:
cliéntes sibi ómnes volúnt esse múltos:
boníne an malí sint, id haúd quaeritánt;
res magís quaeritúr quam cliéntum fidés
    cuius modí clueat.
si ést pauper átque haud malús, nequam habétur,
sin díves malúst, is cliéns frugi habétur.
quí neque legés neque aequóm bonum usquám colunt,
    sollícitos patrónos habént.
datúm denegánt quod datum ést, litiúm plení, rapaces
    virí, fraudulénti,
qui aut faénore aut periúriis habént rem parátam,
    mens est in quo *
eís ubi dicitur dies, simul patronis dicitur.

---

567 eccum opṭ— *etiam A;* ⟨ipsum⟩: optume *Camerarius, Bachius in Studemundi stud. 2, 410* 568 illo *B* 569 habeat B^2 sic censeo *matronae tribuitur* ς 570 huc *AP*: ut *Nonius 467* iṇ[si]dịẹis *A* *add.* menęchmus idem *B* (*eras.*) MENECHMVS MVLIER. PARASITVS *B*, MENECHMVS ADOLESCENS · DV · (*debuit* · C ·) *D*, *v. vac. AC* 571—579 *ut supra disponunt AP, nisi quod 576. 577 coniungit P. non debebat colis dirimi versus longus 32 baccheorum, quem versibus bacchiacis creticisque et clausulis* (*Reiziana v. 577*) *discripsisse videntur editores antiqui, quorum ordines tenui* 571 morum *P* (*A n. l.*), *corr. Lipsius* 572 molestoque *CDB*^{2}*:* molesto qui B^1 (*?*), molesto[m]que *vel* molesto [at]que *A* multo *A* 573 maxumi *P*, [m]aximi *A*, *corr. Lomanus* 574 clientis *P* 576 clientum *etiam ad* res *pertinet, cf. Vahlenus* 578 est *P:* eṣ *A* 579 sin *P: si fort. A* ma]lus [est] *AP* 580. 581 *uno versu bipartito A* 582. 583 *uno versu P, duobus A:* — ṭum est liti[um] pleni . ṛ . . ạtis | — ri frau[dulent]i litium *cf. Rud. 583 Truc. 897* 584. 584a *uno versu P* (*duobus A*) 584 faenore aut: fenorea B^1 (*A n. l.*) 584a. 585 mensę in quo ire (quo*re B^1, quoi rem B^2) | Lis uiris ubi *P*, —n quo lạ ẹis ụ— (*deinde* —s simul patronis dicitur *ut P*) *A* (*post* la *nulla aut 1 littera*) mens est in querelis. | iuris (*D*) ubi ς, *quod ferri non posse exposui et* mens est in quo lis est

[quippe qui pro illis loquimur quae male fecerunt]
aut ád populum aut in iure aut ápud aedilem rés est.
sicút me hodie nimis sóllicitum cliens quídam habuit, neque quód volui
agere aút quicum licitumst, ita med attinuit, ita detinuit.
ápud aediles pro eius factis plurumisque pessumisque
dixi causam, condiciones tetuli tortas, confragosas:
aut plus aut minus quám opus fuerat dicto dixeram + controversiam, ut
sponsio fierét. quid ille? qui * praedem dedit.
néc magis manufestum ego hominem úmquam ullum teneri vidi:
omnibus male factis testes tres aderant acerrumi.
di illum ómnes perdant, íta mihi
hunc hódie corrupít diem, 596
meque adeo, quí hodie forum
umquam oculis inspexi meis. 597
diem corrupi óptimum:
iussi adparari prandium, 598
amica exspectat me, scio.
ubi primum est licitum, ílico 599
properavi abire de foro.
iratast, credo, nunc mihi; 600
placabit palla quam dedi,
quam hódie uxori ábstuli atque huic détuli Erótio. 601ª
PEN. Quid aís? MAT. Viro me malo mále nuptam. PEN. Satin aúdis quae illic lóquitur?

Ambrosiani scripturae, mens est in qua re lis *Palatinorum subesse conieci Herm. 18, 577. item pro* uiris *posui* quibus, *nunc* eis *A praebet, sed* e *incerta et fort. sequebatur* u[iris 586 loquantur (loqua** B^1) *P* fecerint *BC versum delevit Hermannus* 587 apud aedilem *A:* ad iudicem *P versum del. Vssingius, recte ut videtur* 588 nimis *A:* minis *P* 589 aut quicum *Ritschelius:* quicum *P,* ạịṭ qu·quam *A,* hau quiquam *Schoellius* me 590. 591 *coniungit P* 590 pr]o eius AB^2*:* proeliis *P* 591 deixei *A* detuli AB^2 comfragosas *A* 592 aut plus aut minus *id quod 'plus minus' i. e. circiter, cuius compendium in titulis* p. m.; *dixit fere quantum satis* qua *A* fuerat *A:* erat *P* dicṭo *A:* multo *P* ut *versum claudit A, sequentem incohat P de hoc loco dixit Bergkius op. 1, 152 sq., qui* controversiam *interpolatum habet; fort.* compuleram 593 PE quid *B* qui *AP:* quid? *Camerarius; sententiae convenit* qui⟨n ultro⟩ praedam CDB^2 594 illum *A* *deficit A* (*cf. ad* 1017) 596—601 *dimetri coniuncti bini, deinde* placabit—erotio 596 corrumpit B^1CD 597 inspexi meis B^2*:* inspexim** B^1, inspeximus *C ex corr.*, *D*, inspicimus *C ante corr.* 598 *inserendum videtur* ipse, *cf. 596* 599 licitum est *Guietus* 601 placebit *CD* 601ª hodie *om. B* quam ⟨meae⟩ *et* detuli huic *Ritschelius* 602 satin B^2*:* statin B^1D, statet *C*

Mat. Satis. Men. Sí sapiam, hinc intro ábeam, ubi mi bene sít.
Pen. Mane: male erit pótius.

Mat. Ne íllam ecastor faénerato ábstulisti. Pen. Sic datur.
Mat. Clanculum te istaec flagitia facere censebas potis?
Men. Quid illuc est, uxor, negoti? Mat. Men rogas? Men. Vin hunc rogem?
Mat. Aufer hinc palpationes. Pen. Perge tu. Men. Quid tu mihi
tristis es? Mat. Te scire oportet. Pen. Scit, sed dissimulat malus.
Me. Quid negotist? Ma. Pallam — Me. Pallam? Ma. Quidam pallam —
Pen. Quid paves?
Men. Nil equidem paveo. Pen. Nisi unum: palla pallorem incutit.
at tu ne clam me comesses prandium. perge in virum.
Men. Non taces? Pen. Non hercle vero taceo. nutat, ne loquar.
Men. Non hercle ego quidem usquam quicquam nuto neque nicto tibi.
|-Ma. Ne ego mecastor mulier misera. Me. Qui tu misera es? mi expedi. |
Pen. Nihil hoc confidentius, qui quae vides ea pernegat.
Men. Per Iovem deosque omnis adiuro, uxor, (satin hoc est tibi?)
me isti non nutasse. Pen. Credit iam tibi de isto: illuc redi.
Men. Quó ego redeam? Pen. Equidem ad phrygionem censeo. ei,
pallam refer.
Men. Quae istaec palla est? Pen. Taceo iam, quando haec rem non
meminit suam.

*

603 habeam *B¹CD* 604 *sq. in hac scaena non video quid non apte inter se et eleganter scriptum sit, nisi quod v. 614 sermonem interrumpit, v. 620 cum praecedentibus non satis cohaeret, v. 645 male praecipitur* (639^a) *loco praeterea non integro, v. 655. (656) male repetit iusiurandum versus 616. nonnulla quod simili modo iterantur, scaenae generi convenit* 604 mecastor *arte haec verba applicantur ad v.* 601^a *ea de causa prolatum* sic datur *mulieri continuatur, corr. Gruterus. parasitus primum impetum laudat* 605 tensebas *CD¹* potesse, *corr. Lindemannus, cf. Epid. 227* 606 ‘illam abstulisti’ *quid sibi velit quasi nescius quaerit, blandiri incipit culpae conscius, sed de palla, quam iam non secum gerit, securus* 607 aufir *CD¹* P. *Langenus: om.* 608 tris es *CD, om. B¹* sit se 609 *repetit quaestionem, iam audit de palla mulierem comperisse* *post* negotist *omnia mulieris, corr. Gruterus* 610 paueo *B²:* paulo P. *Boxhornius: om.; pallorem monstrat qui aspicit virum* 611 ne clam *B²:* nec iam *B¹C*, nectiam *D* 612 ercle, *item 613* 614 *hic stare non posse vidit Ladewigius, post v. 619 probabiliter posuit Kiesslingius* egastor *CD* quid *Pareus, sed interrogat quo modo misera sit, non cur* misera es *B²:* miseres 615 qui quae *B²:* quinque, *i. e.* quin quae 617 mei si non *B*, meisi inon *CD* P. *Camerarius: om.* istis, *corr. Bothius* credi *B* 618 ego redeam *B²:* egredeam phyygionem *BC cf. ad Aul. 603* et, *corr. Gruterus* 619 *iterum palla memorata iterum*

MEN. Numquis servorum deliquit? num ancillae aut servi tibi
responsant? eloquere. impune non erit. MAT. Nugas agis.
MEN. Tristis admodum es. non mi istuc satis placet. MAT. Nugas agis.
MEN. Certe familiarium aliquoi irata es. MAT. Nugas agis.
MEN. Num mihi es irata saltem? MAT. Nunc tu non nugas agis.
MEN. Non edepol deliqui quicquam. MAT. Em rursum nunc nugas agis.
MEN. Dic, mea uxor, quid tibi aegre est? PEN. Bellus blanditur tibi.
MEN. Potin ut mihi molestus ne sis? num te appello? MAT. Aufer manum.
PEN. Sic datur. properato absente me comesse prandium,
post ante aedis cum corona me derideto ebrius.
MEN. Neque edepol ego prandi neque hodie huc intro tetuli pedem.
PEN. Tun negas? MEN. Nego hercle vero. PEN. Nihil hoc homine audacius.
non ego te modo hic ante aedis cum corona florea
vidi astare? quom negabas mi esse sanum sinciput,
et negabas me novisse, peregrinum aibas esse te?
MEN. Quin ut dudum divorti abs te, redeo nunc demum domum.
PEN. Novi ego te. non mihi censebas esse, qui te ulciscerer.
omnia hercle uxori dixi. MEN. Quid dixisti? PEN. Nescio,
eam ipsus roga. MEN. Quid hoc est, uxor? quidnam hic narravit tibi?
quid id est? quid taces? quin dicis quid sit? MAT. Quasi tu nescias.

*

[palla mi est domo surrepta. MEN. Palla surrepta est tibi?] 639ª
MAT. Me rogas? MEN. Pol haud rogem te, si sciam. PEN. O hominem malum,
ut dissimulat. non potes celare: rem novit probe.
omnia hercle ego edictavi. MEN. Quid id est? MAT. Quando nil pudet
neque vis tua voluntate ipse profiteri, audi atque ades.
et quid tristis ⟨sim⟩ et quid hic mihi dixerit, faxo scias.

---

interrogat; parasitus, qui post primam eius mentionem ipse verba fecerat, nunc novo modo mulierem incitat; illa gemitu suo (cf. ad 614) rursus a palla sermonem deflectit P. *Schmiederus: om.* memini B^1CD 620 deliquid seruet, *corr. Gruterus* (seruei) 621 responde ante loquere B^1 622 es B^2*:* est *pergit loqui quasi ad se pertinere non possit* 623 aliquo *B* 625 rurum B^1CD 626 *post verba non efficacia palpari incipit, intercedit parasitus. illa manum repellit; laudat parasitus. cf. Stich. 766* 629 corona me B^2*:* coronam 630 detuli B^2 632 flora B^1CD 633 qum 634 alebas B^1CD 635 devorti *D* adste *CD* 636 uolciscerer B^1CD 638 eam ipsus B^2*:* eam plus B^1, eampsus ei *CD;* eampse ipsus *Onions* 639ª *cf. 645. hic interiectus esse videtur ad lacunam sarciendam* 640 P. *ς:* MV *B* ho *CD* 641 potest B^1 noui, *corr. Acidalius* 642 PE *praem. B* 643 audi atque B^2*:* audiat qui *D,* audiat quid B^1, audeat qui *C* adest B^1 644 ⟨sim⟩ *Pylades, Lambinus*

palla mi est domo surrupta. MEN. Palla surruptast mihi?
PEN. Viden ut ⟨te⟩ scelestus captat? huic surruptast, non tibi.
nam profecto tibi surrupta si esset — salva non foret.
MEN. Nil mihi tecum est. sed tu quid ais? MAT. Palla, inquam, periit domo.
MEN. Quis eam surrupuit? MAT. Pol istuc ille scit qui illam abstulit.
MEN. Quis is homo est? MAT. Menaechmus quidam. MEN. Edepol factum nequiter.
quis is Menaechmust? MAT. Tu istic, inquam. MEN. Egone? MAT. Tu. MEN. Quis arguit?
MAT. Egomet. PEN. Et ego. atque huic amicae detulisti Erotio.
MEN. Egon dedi? MAT. Tu, tu istic, inquam. vin adferri noctuam,
quae 'tu tu' usque dicat tibi? nam nos iam defessi sumus.
[MEN. Per Iovem deosque omnis adiuro, uxor (satin hoc est tibi?)
non dedisse. MAT. Immo hercle vero, nos non falsum dícere.]
MEN. Sed ego illam non condonavi, sed sic ütendam dedi.
MAT. Equidem ecastor tuam nec chlamydem do foras nec pallium
cuiquam utendum. mulierem aequom est vestimentum muliebre
dare foras, virum virile. quin refers pallam domum?
MEN. Ego faxo referetur. MAT. Ex re tua, ut opinor, feceris;
nam domum numquam introibis, nisi feres pallam simul.
eo domum. PEN. Quid mihi futurum est, qui tibi hanc operam dedi?
MAT. Opera reddetur, quando quid tibi erit surruptum domo. —
PEN. Id quidem edepol numquam erit, nam nihil est quod perdam domi.
cum viro cum uxore di vos perdant. properabo ad forum,
nam ex hac familia me plane éxcidisse intellego. —
MEN. Male mi uxor sese fecisse censet, quom exclusit foras;
quasi non habeam, quo intromittar, alium meliorem locum.
si tibi displiceo, patiundum: at placuero huic Erotio,
quae me non excludet ab se, sed apud se occludet domi.

---

645 mihi '*legendum videtur quibusdam*' *Lambinus, cf. Gronovius:* tibi 646 vident *B*¹*CD* ⟨te⟩ *Lambinus* capiat, *corr. Camerarius* 647 salva non foret *scil. quam apparere sciat, ad phrygionem delatam* (*cf. Vssingius*); nunc *Camerarius sine acumine* 650 is *Brixius:* hic 651 menaechmus (menaecmus *B*) est 654 tu tu usque *B ex corr.:* tututus que *CD* nos iam ς*:* nos iam nos 655. 656 *cf. 615, ubi facete iurabat; hic periurium illiberale facit, mulier sive Peniculus insulsis verbis interpellat. puto versus interpolatos esse. v. 657 post 653* egon dedi? *apte infertur* 656 MV *B:* P. *Merula* 658 etastor *C*, et castor *D* clamidem deforas *CD* 663 eo *Bentleius:* ME ego *B*, ego *CD* 664 ME *B* operam *B*¹*CD* 666 cum viro cum uxore *familiam dicit* (*667*); *cf. ad Merc. 988.* qua virum qua uxorem *Fleckeisenus* 668 cum *B*, qum *C*, quam *D* 670 adplacuero *B*¹*D* 671 abste *B*¹ occludit *BC*¹

nunc ibo, orabo ut mihi pallam reddat, quam dudum dedi;
aliam illi redimam meliorem. heus, ecquis hic est ianitor?
aperite atque Erotium aliquis evocate ante ostium.

EROTIVM IV 3

Quis hic me quaerit? MEN. Sibi inimicus magis quam aétati tuae.
ER. Mi Menaechme, cur ante aedis astas? sequere intro. MEN. Mane.
scin quid est quod ego ad te venio? ER. Scio, ut tibi ex me sit volup.
MEN. Immo edepol pallam illam, amabo te, quam tibi dudum dedi,
mihi eam redde. uxor rescivit rem omnem, ut factum est, ordine.
ego tibi redimam bis tanto pluris pallam, quam voles.
ER. Tibi dedi equidem illam, ad phrygionem út ferres, paulo prius,
et illud spinter, ut ad aurificem ferres, ut fieret novom.
MEN. Mihi tu ut dederis pallam et spinter? numquam factum reperies.
nam ego quidem postquam illam dudum tibi dedi atque abii ad forum,
nunc redeo, nunc te postillac video. ER. Video quam rem agis.
quia commisi, ut me defrudes, ad eam rem adfectas viam.
MEN. Neque edepol te defrudandi causa posco (quin tibi
dico uxorem rescivisse) — ER. Nec te ultro oravi ut dares:
tute ultro ad me detulisti, dedisti eam dono mihi;
eandem nunc reposcis: patiar. tibi habe, aufer, utere
vel tu vel tua uxor, vel etiam in loculos compingite.
tu huc post hunc diem pedem intro non feres, ne frustra sis;
quando tu me bene merentem tibi habes despicatui,
nisi feres argentum, frustra me ductare non potes.
aliam posthac invenito quám habeas frustratui. —
MEN. Nimis iracunde hercle tandem. heús tu, tibi dico, mane,
redi. etiamne astas? etiam audes mea revorti gratia?
abiit intro, occlusit aedis. nunc ego sum exclusissimus:

672 reddo adquam B^1 673 heus ς: eius hec quis B^1, et quis *CD* 674 aliqui *B* hostium *BD* 675 EROCIVM MERETRIX·MENECHMVS ADOL. *B et sim.* D^2 ⟨quist⟩ quam *Ritschelius* 676 E. *om.* mei B^1, *om. D* asstas *C*, has stas B^2 677 voluptas, *corr. Pylades* 680 tanta B^1 quam: *eligendi potestas pretio accedet* 681 tibi equidem dedi *Seyffertus Berl. phil. wochenschr. 1890, 214* prius ς: uis 683 tu ut *CD:* ut tu *B*, tu *Priscianus 1, 151* reperies *Priscianus:* releceris B^1, relegeris *CD*, dixeris B^2 685 dost illac B^1CD 686 quae *Bothius* 688 ER. *Pylades: om.; cf. Vssingius* 689 ER. *praem.* 690 habe tibi *Guietus* 691 oculos, *corr. Balbachius* 692 ferres B^1 frustrassis *CD*, ferustasis (*sup.* t *scr.* r) *B* 694. 695 *hinc alienos esse dixit Sonnenburgius de Men. 24 sq. non improbabiliter;* frustra es *Ritschelius* 696 hercle iracunde *Seyffertus stud. Pl. 5 (cf. 1013);* hercle tandem *coniungitur ut v. 127* 698 abii B^1, abi *CD* occlusit aedis B^2*:* octus *taedis B^1, octus itaedis (iraedis *C*) *CD*

neque domi neque apud amicam mihi iam quicquam creditur.
ibo et consulam hanc rem amicos, quid faciendum censeant. —

MENAECHMVS V 1

Nimis stúlte dudum feci, quom marsuppium
Messenioni cum argento concredidi.
immersit aliquo sese, credo, in ganeum.

MATRONA

Provisam quam mox vir meus redeat domum.
sed eccum video. salva sum, pallam refert.
MEN. Demiror ubi nunc ambulet Messenio.
MAT. Adibo atque hominem accipiam quibus dictis meret.
non te pudet prodire in conspectum meum,
flagitium hominis, cum istoc ornatu? MEN. Quid est?
quae te res agitat, mulier? MAT. Etiamne, impudens,
muttire verbum unum audes aut mecum loqui?
MEN. Quid tandem admisi in me, ut loqui non audeam?
MAT. Rogas me? ⟨o⟩ hominis impudentem audaciam!
MEN. Non tu scis, mulier, Hecubam quapropter canem
Graii esse praedicabant? MAT. Non equidem scio.
MEN. Quia idem faciebat Hecuba quod tu nunc facis:
omnia mala ingerebat, quemquem aspexerat.
itaque adeo iure coepta appellari est canes.
MAT. Non ego istaec ⟨tua⟩ flagitia possum perpeti.
nam med aetatem viduam ésse mavelim,
quam istaec flagitia tua pati quae tu facis.
MEN. Quid id ad me, tu te nuptam possis perpeti
an sis abitura a tuo viro? an mos hic ita est,
peregrino ut advenienti narrent fabulas?
MAT. Quas fabulas? non, inquam, patiar praeterhac,
quin vidua vivam quam tuos móres perferam.
MEN. Mea quidem hercle causa vidua vivito,

701 MATRONA. MENECHMVS ALTER *B* (*et praescribit per hanc et sequentem scaenam* MA *non* MV), ME SOS ME D^2 qum *B*, cum *CD* marsupium *B* 704 uer *C*, **ra B^1 707 dictis quibus *Nonius 468* meret B^2, *Nonius:* aeret 710 te res *Brixius:* res te 711 mittire *CD* 713 ⟨o⟩ *Pylades* 714 heccubam *D*, hec cumbam *C* quam propter B^1 718 appellare B^1CD canis B^2, *cf. Trin. 172* 719 ista haec ⟨tua⟩ *Ritschelius* 720 ⟨usque⟩ esse *Redslobius Berl. phil. wochenschr. 12, 1453 cl. Rud. 715* 721 ista hec 723 adtuo B^1CD annos ita est hoc B^1CD, an mos est ita hic B^2, *corr. Bothius*

vel usque dum regnum optinebit Iuppiter.
MAT. At mihi negabas dudum surrupuisse te,
nunc eandem ante oculos attines: non te pudet?
MEN. Eu hercle, mulier, multum et audax et mala es.
tun tibi hanc surreptam dicere audes, quam mihi
dedit alia mulier ut concinnandam darem?
MAT. Ne istuc mecastor — iam patrem accersam meum
atque ei narrabo tua flagitia quae facis.
ei, † Deceo, quaere meum patrem, tecum simul
ut veniat ad me: ita rem esse dicito.
iam ego aperiam istaec tua flagitia. MEN. Sanan es?
quae mea flagitia? MAT. Pallam atque aurum meum
domo suppilas tuae uxori et tuae
degeris amicae. satin haec recte fabulor?
MEN. Quaeso hercle, mulier, si scis, monstra quod bibam,
tuam qui possim perpeti petulantiam.
quem tú hominem ⟨esse me⟩ arbitrere, nescio;
ego te simitu novi cum Porthaone.
MAT. Si me derides, at pol illum non potes,
patrem meum, qui huc advenit. quin respicis?
novistin tu illum? MEN. Novi cum Calcha simul:
eodém die illum vidi quo te ante hunc diem.
MAT. Negas novisse me? negas patrem meum?
MEN. Idem hercle dicam, sí avom vis adducere.
MAT. Ecastor pariter hoc atque alias res soles.

SENEX V 2

Vt aétas mea ést atque ut hóc usus fácto est
gradum proferam, progrediri properabo.

---

729 at: hanc *Bothius* 730 eadem 731 heu mala es: mal*s B^1 734 *sic interpunxit Vssingius* 735 ei narrabo B^2*:* inarrabo B^1, enarrabo *CD* 736 *nomen quale* Dexo (*Fleckeisenus*), Demo, *potius quale* Plocium. *cf. Merc. 787* quare B^1CD 737 rem ⟨natam⟩ *Ritschelius* 738 ista hec B^1 739 pallas *Vahlenus, cf. 803* 740 uxori ⟨aufers⟩ *Vahlenus; fort.* uxoris, *cf. ad 871* 741 statin *B ante corr.* 744 ⟨esse me⟩ *Pylades*, *Camerarius* arbitrare, *corr. Luchsius* 745 si me tu , sime nontu *CD* 746 ad B^1D, ac B^2 747 resipiscis *B* 748 nouistin tu DB^2*:* nouisti intu B^1, nonuistintu *C*, nouistin *Priscianus 1, 239* calcha *testatur Priscianus:* calchante *CD*, calcante B^2, calcantes B^1 749 uidi illum *CD* MA ante *B* 750 M. *om. B neque caesura neque exitus versus ex regula formati, sed consulto ut videtur et uno consilio utrumque* 753 SENEX. MENECHMVS ADOL. *B et fere D* MES. *eras. B* 754 progredi

sed id quam mihi facile sit, haud sum falsus.
nam pernicitas deserit: consitus sum
senectute, onustum gero corpus. vires
reliquere: ut aetas mala est; mers mala ergost.
nam res plurumas pessumas, quom advenit, fert:
quas si aútumem omnis, nimis lóngus sermost.
sed haec res mihi in pectore et corde curaest,
quidnam hóc sit negóti, quod fília sic
repénte expetít me, ut ád sese irem.
nec, quíd id sit, mihí certiús facit, quid
velít, quid me accersat.
verúm propemodúm iam sció, quid siet rei.
credo cum viro litigium natum esse aliquod.
ita istaec solent, quae viros subservire
sibi postulant, dote fretae, feroces.
et illi quoque haud abstinent saepe culpa.
verum est modus tamen, quoad pati uxorem oportet;
nec pol filia umquam patrem accersit ad se,
nisi aut quid commissi aut iurgi est ⟨iusta⟩ causa.
sed id quidquid est, iam sciam. atque eccam eampse
ante aedis et eius virum tristem video.
id ést quod suspicábar.

áppellabo hanc. MAT. Ibo advorsum. sálve multum, mi pater.
SEN. Salva sis. salven advenio? salven accersi iubes?
quid tu tristis es? quid ille autem abs te iratus destitit?
nescio quíd vos velitati éstis inter vos duos.

---

755 facile sit mihi, *corr. Bothius* 756 consitus *Nonius 1:* conscitus (conscius B^2) 758 mers *Nonius 1. 192:* merx (mer*** B^1) est ergo *Nonius* 759 quam B^1, cum *CD* fert B^1*:* affert CDB^2 760 eas *Spengelius; sed* nimís *improbabile* 761 corda *CD* curae est B^2*:* cura est B^1, dura est *CD sq. cf. mus. Rhen. 40, 187 (Studemundus de cant. 44 sq.), ter repetitum* ◡ – – ◡ – – ◡ – ◡ – – *cum clausula* ◡ – – ◡ – – *vel Reiziana* 762 filia *creticus ut alia dactylica in hac praesertim fabula* 763ª quid *adhaeret sequenti v.* 764 accersit, *corr. Lambinus; cf. velut Pers. 590 Merc. 892* 765 litigi — aliquid *Spengelius* 769 quo ad B^1*:* quod *CD*, quo id B^2 771 commisi B^1 aut uirgi est *C*, aut uigil est B^1, adiurgii est *D; supplevi* 772 quicquid id, *corr. Bothius* 773 tristem uirum, *corr. Bothius* 773. 774 *uno versu* 775 M. *Gulielmus: ante* salue uorsum, *corr. Pylades* 776 *cf. ad Stich. 10* aduenio *B:* ad uetuo *C*, adtuo *D* 778 uos *om. Paulus 369* uelitati *Paulus, Nonius 3:* ueliati B^1, uelati CDB^2 duo *Nonius, om. Paulus*

loquere, uter meruistis culpam? paucis, non longos logos.
Mat. Nusquam equidem quicquam deliqui: hoc primum te absolvo, pater.
verum vivere hic non possum neque durare ullo modo.
proin tu me hinc abducas. Sen. Quid istuc autem est? Mat. Ludibrio, pater,
habeor. Sen. Vnde? Mat. Ab illo, quoi me mandavisti, meo viro.
Sen. Ecce autem litigium. quotiens tandem édixi tibi,
ut caveres, neuter ad me iretis cum querimonia?
Mat. Qui ego istuc, mi pater, cavere possum? Sen. Men interrogas?
Mat. Nisi non vis. Sen. Quotiens monstravi tibi, viro ut morem geras,
quid ille faciat, né id observes, quó eat, quid rerum gerat.
Mat. At enim ille hinc amat meretricem ex proxumo. Sen. Sane sapit,
atque ob istánc industriam etiam faxo amabit amplius.
Mat. Atque ibi potat. Sen. Tua quidem ille causa potabit minus,
si illic sive alibi libebit? quae haec, malum, impudentiast?
una opera prohibere, ad cenam ne promittat, postules,
neve quemquam accipiat alienum apud se. serviren tibi
postulas viros? dare una ópera pensum postules,
inter ancillas sedere iubeas, lanam carere.
Mat. Non equidem mihi te advocatum, pater, adduxi, sed viro.
hinc stas, illim causam dicis. Sen. Si ille quid deliquerit,
multo tanto illum accusabo, quam te accusavi, amplius.
quando te auratam et vestitam bene habet, ancillas penum
recte praehibet, melius sanam est, mulier, mentem sumere.
Mat. At ille suppilat mihi aurum et pallas ex arcis domo,
me despoliat, mea ornamenta clam ad meretrices degerit.
Sen. Male facit, si istuc facit; si non facit, tu male facis,
quae insontem insimules. Mat. Quin etiam nunc habet pallam, pater,
⟨et⟩ spinter, quod ad hanc detulerat, nunc, quia rescivi, refert.
Sen. Iám ego ex hoc, ut factumst, scibo. ⟨íbo⟩ ad hominem atque adloquar.
dic mi istuc, Menaechme, quod vos dissertatis, ut sciam.

---

779 pauci locos 780 absolue *B* 781 hic uiuere *B* 783 qui B^1, cui *CD* 784 ⟨ego⟩ edixi *Ritschelius* 788 nisi non uis *seni continuatur, corr. Gruterus* 790 ad B^1 792 at B^1 793 si *Bothius:* siue 795 neque *B* te, *corr. Acidalius* seruirin 796 pinsum *B* 797 carere *Varro de l. l. 7, 54:* carpere 798 equidem mihi te *B:* quidem mittit *CD* 799 *totus mulieri continuatur, corr. Camerarius* 800 tanta 801 ancillas penum *ς:* anpillaspen 802 perhibent *CD,* perhibet B^2 samnam 803 pallam B^2 sex B^1 modo, *corr. Gulielmus* 804 clam *Acidalius:* iam *B,* tiam me *C*(*D*); a me *Seyffertus, cf. 611* 806 insemules *CD* 807 ⟨et⟩ *ς* refer B^1 808 ut *om.* B^1 sibo B^1CD ⟨ibo⟩ *Camerarius* atque alloquar *Saracenus:* adquemloquar (atque loquar B^2) 809 quid *post alios Beckerus Studemundi stud. 1, 146*

quid tu tristis es? quid illa autem irata abs te destitit?
Men. Quisquis es, quidquid tibi nomen est, senex, summum Iovem
deosque do testes — Sen. Qua de re aut cuius rei rerum omnium?
Men. Me neque isti male fecisse mulieri, quae me arguit
hanc domo ab se surrupuisse atque abstulisse * deierat.
si ego intra aedis huius umquam, ubi habitat, penetravi ⟨pedem⟩,
omnium hominum exopto ut fiam miserorum miserrimus.
Sen. Sanun es, qui istuc exoptes aut neges te umquam pedem
in eas aedis intulisse ubi habitas, insanissime?
Men. Tun, senex, ais habitare med in illisce aedibus?
Sen. Tun negas? Men. Nego hercle vero. Sen. Immo hercle †ludere negas;
nisi quo nocte hac exmigrastis. concede huc, ⟨mea⟩ filia.
quid tu ais? num hinc exmigrastis? Mat. Quem in locum aut ⟨quam⟩ ob rem, obsecro?
Sen. Non edepol scio. Mat. Profecto ludit te hic. non tu tenes?
Sen. Iam vero, Menaechme, satis iocatu's. nunc hanc rem gere.
Men. Quaeso, quid mihi tecum est? unde aut quis tu homo es? *
† tibi aut adeo isti, quae mihi molesta est quoquo modo?
Mat. Viden tu illi oculos virere? ut viridis exoritur colos
ex temporibus atque fronte, ut oculi scintillant, vide.
Men. Quid mihi meliust, quam quando illi me insanire praedicant,

---

810 qui *CD* tutrix es B^1CD quod B^1 illam *B* iratam abste destituis (dedistitus *CD*), *corr. Dousa* 812 do testes *Gruterus:* detestes (detestor B^2) qua *sq. seni continuantur, corr. Pylades* 813 arruit *CD* 814 dono B^1 delurat B^1CD, deiurat B^2 *defectum agnovit Ritschelius, deest* neque *etc.; cf. Sauppius ind. lect. 1886, 18.* peierat *matronae Menaechmi sermonem interrumpenti dedit Schoellius* 816 hedis B^1C ⟨pedem⟩ *Pylades* 818 neges te *ς:* nec est e *CD,* nec est *B* 819 intulis B^1CD, intuleris B^2 820 tunc senex ait B^1CD me *B* 821 tu, *corr. Bothius; cf. 631* nego B^2*:* neo** B^1, neque *CD* S. *Acidalius:* Ma. hercle *Vahlenus:* hece ridicule *Studemundus,* ludis si *Kayserus* 822 qua B^2 ac B^1CD migrasti, *corr. ς, Vahlenus* conce *CD* hac, *corr. Camerarius* ⟨mea⟩ *Fleckeisenus, cf. 834* 823 agis B^1CD exmigrasti *B,* exaigrasti *CD, corr. Acidalius* M. *Merula: om.* ⟨quam⟩ *Beroaldus* ob *om. B* 824—829 *matronae continuantur; diviserunt ς, Pylades, Camerarius* 824 tu *Muellerus:* tute 825 me nec me *BC* locatus nunc ac (hanc B^2) rem agere, *corr. Spengelius* 826. 827 ⟨quid ego⟩ tibi ⟨feci⟩ aut *Camerarius, Geppertus; alia cogitari possunt velut* ⟨quid debeo ego⟩ tibi; *cf. Langenus symb. 144 sq.* molestast mihi *Weisius,* molesta quae mihi est *Vahlenus* (molestiaest *Schoellius, quod versus non patitur*) 828 *cf. 841* (illic *Ritschelius*) iurere *CD,* uire** B^1, *corr.* B^2 ut *om.* B^1 829. 830 sintillant *CD* 831 melius est

ego med adsimulem insanire, ut illos a me absterream?
MAT. Vt pandiculans oscitatur. quid nunc faciam, mi pater?
SEN. Concede huc, mea nata, ab istoc quam potest longissime.
MEN. Euhoe Bacche, Bromie, quo me in silvam venatum vocas?
audio, sed non abire possum ab his regionibus,
ita illa me ab laeva rabiosa femina adservat canis,
poste autem illinc hircus † alus, qui saepe aetate in sua
perdidit civem innocentem falso testimonio.
SEN. Vae capiti tuo. MEN. Ecce, Apollo mi ex oraclo imperat,
ut ego illi oculos exuram lampadibus ardentibus.
MAT. Perii, mi pater, minatur mihi oculos exurere.
[MEN. Ei mihi, insanire me aiunt, ultro cum ipsi insaniunt.]
SEN. Filia, heus. MAT. Quid est? quid agimus? SEN. Quid si ego huc servos cito?
ibo, abducam qui hunc hinc tollant et domi devinciant,
prius quam turbarum quid faciat amplius. MEN. Enim haereo;
ni occupo aliquid mihi consilium, hi domum me ad se auferent.
pugnis me votas in huius ore quicquam parcere,
ni a meis oculis abscedat in malam magnam crucem.
faciam quod iubes, Apollo. SEN. Fuge domum, quantum potest,
ne hic te obtundat. MAT. Fugio. amabo, ádserva istunc, mi pater,
ne quo hinc abeat. sumne ego mulier misera, quae illaec audio? —
MEN. Haud male, ⟨Apollo⟩ illanc amovi; nunc hunc impurissimum,

---

832 me, *cf. ad Rud. 220;* me ⟨ut⟩ *Ritschelius* 833 MA *ante* quid *B* 834 quam: es quam *B* potes *CD* 835 eubi (eum B^1, heu B^2) atque heu bromie, *corr. Ritschelius, Richterus in Stud. stud. 2, 529* 836 habire B^1C 837 met B^1 838 poste *Ritschelius:* post te illi circo salus, *corr. Beroaldus* (illic h. alius); caluus *Muellerus; fort.* illim hircus malignus sepe *CD:* sese *B* 840 ue appollo oraculo *B* imperas *Langenus* 841 *cf. 828* exurati CD^1 lampadis *scripsisse videtur (Buechelerus de decl. 13 W.); Ter. Ad. 907* lampadas *Call.*, lampedes *Bemb.* 842 peri *CD* mi B^2*:* mihi 843 *seclusit Sonnenburgius* alunt ipse B^1CD 844 *totus seni datur, corr. Acidalius* 846 ME. *ante* amplius D^2, *om. B, corr. Acidalius* enim hereo *ς:* enim ereo *CD,* enim vero B^2, enim B^1*;* amplius quid faciat. M. enim vero haereo *Onions, cf. Merc. 739. sermonis natura non mulierem verbis insequi postulat sed Menaechmum.* 847 aliquid, *cf. Truc. 425, ad Vidul. 67* adses B^1 849 nei a meis *Vahlenus:* ne iam meis B^1, nei amiis *C,* ne iam his (is) B^2D^2, negemus D^1 in magnam malam crucem *Sonnenscheinius class. rev. 1892, 446 sq.* 850 *praem.* ME. B^1, MV D^2 potes *CD* 852 nequo *B:* neque *CD* habeat summe B^1CD illa hęc audeo B^1CD 853 *supplevi. nomine opus esse videtur, quae secuntur cum anacolutho meliora* num *CD*

barbatum, tremulum Tithonum, qui cluet Cygno patre.
ita mihi imperas ut ego huius membra atque ossa atque artua
comminuam illo scipione quem ipse habet. Sen. Dabitur malum,
me quidem si attigeris aut si propius ad me accesseris.
Men. Faciam quod iubes; securim capiam ancipitem, atque hunc senem
osse fini dedolabo ássulatim viscera.
Sen. Enim vero illud praecavendumst, atque adcurandumst mihi;
sane ego illúm metuo, ut minatur, ne quid male faxit mihi.
Men. Multa mi imperas, Apollo: nunc equos iunctos iubes
capere me indomitos, ferocis, atque in currum inscendere,
ut ego hunc proteram leonem vetulum, olentem, edentulum.
iam adstiti in currum, iam lora teneo, iam stimulus in manust.
agite equi, facitote sonitus ungularum appareat,
cursu celeri facite inflexa sit pedum pernicitas.
Sen. Mihin equis iunctis minare? Men. Ecce, Apollo, denuo
me iubes facere impetum in eum qui stat atque occidere.
sed quis hic est qui me capillo hínc de curru deripit?
imperium tuom demutat atque edictum Apollinis.

Sen. Eu hércle morbum acrem ac durum * di vostram fidem.
vel hic qui insanit, quam valuit paulo prius;
ei derepente tantus morbus incidit.
ibo atque accersam medicum iam quantum potest. —
Men. Iamne isti abierunt, quaeso, ex conspectu meo, V 3
qui me vi cogunt, ut validus insaniam?
quid cesso abire ad navem, dum salvo licet?
vosque omnis quaeso, si senex revenerit,
ne me indicetis qua platea hinc aufugerim. —

854 titanum *codd. cum Prisciano 1, 216 id ipsum nomen testante, corr. Meursius* qui lucet (cluet *Scaliger*) cygno *Prisc.:* cycno prognatum Cucino *Ritschelius scripsit. cf. Kiesslingius ind. Gryph. 1881/82, 10* 855 artua *testantur Prisc. 1, 262, Nonius 191* (artus *B ex corr.*) 858 securi cupiam B^1 859 osse fini: nisi *Nonius 72 de constructione cf. ad Capt. 232* 860 adcuran (adcura B^1) dum si 864 etulum, *corr. Gulielmus* edentius, *corr. Pius* 865 adstitu C^1, adstito D^2 stimulum 866 apparent, *corr. Ritschelius* 867 facitote *CD* inflexu, *corr. Dousa* sint *CD*, sunt B^1 868 *Menaechmo continuatur, corr. Camerarius* manare B^1CD acce *CD* 871 dictum apollonis *CD;* tuum Apollinis *coniungitur, cf. Vossius, Taubmannus* 872 *lacunam Schoellius indicavit* (*Ritschelius post h. v.*) *et tali sententia supplevit: ut incerta salus est hominum* 875 eibo *CD* Menechmus idem *deinde BCD*, MENECHMVS IDEM SENEX IDEM *B* 878 *expectes* ualens (*Brixius*) *post hunc versum talem supplevit Ritschelius:* facesso hercle ex his turbis iam quantum potest 881 ni

SENEX

Lumbi sedendo, óculi spectando dolent,
manendo medicum, dum se ex opere recipiat.
odiosus tandem vix ab aegrotis venit.
ait se óbligasse crus fractum Aesculapio,
Apollini autem brachium. nunc cogito,
utrum me dicam ducere medicum an fabrum.
atque eccum incedit. move formicinum gradum.

MEDICVS V 4

quid esse illi morbi, dixeras? narra, senex.
num laruatust aut cerritus? fac sciam.
num eum veternus aut aqua intercus tenet?
Sen. Quin ea te causa duco, ut id dicas mihi
atque illum ut sanum facias. Med. Perfacile id quidemst.
sanum futurum, mea ego id promitto fide.
Sen. Magna cum cura ego illum curari volo.
Med. Quin suspirabo plus sescenta in die:
ita ego eum cum cura magna curabo tibi.
Sen. Atque eccum ipsum hominem. observemus, quam rem agat.

MENAECHMVS V 5

Edepol ne hic dies pervorsus atque advorsus mi optigit.
quae me clam ratus sum facere, ea ómnia fecit palam
parasitus, qui me complevit flagiti et formidinis,
meus Vlixes, suo qui regi tantum concivit mali.
quém ego hominem, síquidem vivo, vita evolvam sua —
sed ego stultus sum, qui illius esse dico, quae meast:
meo cibo et sumptu educatust. anima privabo virum.
condigne autem haec meretrix fecit, ut mos est meretricius:

882 *ut s. Ausonius 20, 131* exspectando 886 autem autem *B* nuncgito *CD* 887 medicam *CD* 888 *item Priscianus 1, 79 post h. v.* adulescens messenio *B* MEDICVS. SENEX *B*, MENECHMVS MESSENIO. SACEREVS SERVVS D^2 889 esset 890 laruatus, *corr. Ritschelius* 891 uetenus B^1CD 892 id *om.* B^1 893 quid ast B^1, quidea est *CD* 894 eco id *B*, coid *C*, eco *D* 896 dies, *corr. Lambinus intellegendum videtur* plus sescenta suspiria *vel cum Camerario* sescentos (suspiritus); *cf. Vahlenus act. acad. Berol. 1888, 1372* 897 *demum* ME *B* illum, *corr. Kempfius de pron. pers. 9* 898 eumpse *Muellerus* 899 MENECHMVS ADOL. SENEX. MEDICVS (S. M. *om. D*) *BD* 900 *cf. Vahlenus Herm. 17, 607, v. ad v. 762;* omnia ea *Bothius* 901 pasitus *CD* complebit B^1CD 902 tantantum *CD* *res obscura* 903 nitae uoluam B^1CD 904 mea sit, *corr. Camerarius* 905 ciuo B^1 educatus est 906 meretricibus *B*

quia rogo, palla ut referatur rursum ad uxorem meam,
mihi se ait dedisse. eu edepol né ego homo vivo miser.
SEN. Audin quae loquitur? MED. Se miserum praedicat. SEN. Adeas velim.
MED. Salvos sis, Menaechme. quaeso, cur apertas brachium?
non tu scis, quantum isti morbo nunc tuo facias mali?
MEN. Quin tu te suspendis? SEN. Ecquid sentis? MED. Quidni sentiam?
non potest haec res ellebori †iungere optinerier.
sed quid ais, Menaechme? MEN. Quid vis? MED. Dic mihi hoc quod te rogo:
album an atrum vinum potas? MEN. Quin tu is in malam crucem?
MED. Iam hercle occeptat insanire primulum. * MEN. Quin tu me interrogas,
purpureum panem an puniceum soleam ego esse an luteum?
soleamne esse avis squamosas, piscis pennatos? SEN. Papae,
audin tu ut deliramenta loquitur? quid cessas dare
potionis aliquid prius quam percipit insania?
MED. Mane modo, etiam percontabor alia. SEN. Occidis fabulans.
MED. Dic mihi hoc: solent tibi umquam óculi duri fieri?
MEN. Quid? tu me lucustam censes esse, homo ignavissime?
MED. Dic mihi: en umquam intestina tibi crepant, quod sentias?
MEN. Vbi satur sum, nulla crepitant; quando esurio, tum crepant.
MED. Hoc quidem edepol hau pro insano verbum respondit mihi.
perdormiscin usque ad lucem? facilen tu dormis cubans?
MEN. Perdormisco, si resolvi árgentum cui debeo —

---

908 heu B^2 909 M.: *spat. B* sed B^1CD S. *om.* ateas B^2 910 M. *om.* 912 MEN. *om.* S. *Acidalius:* MED. MED. *Acidalius:* MEN. 913 MED. *B* unguine B^2 (*Lachmannus op. 2, 189*) *vix recte, cf. Vssingius; v. 920. 950.* iugere ς, *quod debuit* iugero (*sic Sonnenscheinius class. rev. 1892, 448*); *fort.* uno onere, *cf. Plat. Euthyd. 299 b* ἐλλεβόρου ἄμαξα (*Schoellius*) 914 *nomina om.* menachme *B* te *om. B* 915 *sic ascriptus in B manu recentiore* (*s. XIII/XIV*) *ad Curculionis v. 242:* album an atrum uinum potas quid tibi quesito opus est, *scilicet interrogatio eadem, quaestio variata; cf. ad v. 923* 916 MED. *Acidalius: om.* occepta B^1CD quin tu rogas *Bothius; lacunam statuit Ritschelius, probabiliter, nisi quod v. 915 qualis Curculioni ascriptus in B legitur explendae adhiberi non debet. talia interciderint:* S. quin tu occipis | curare eum? MED. quin tu respondes mihi? 918 quamosas *CD,* quam ossas B^2, quam ossa B^1 (*scil.* squamossas) 919. 920 auditu B^1CD 921 *cf. Amph. 719* 922 ME alia *B, corr.* ς occipis B^2 fabulam *B,* falam *CD, corr. Acidalius* 923 *ad Curculionis v. 222 ascriptum in B* (*v. s. ad 915*)*:* solent tibi oculi duri fieri censesne locustam esse 924 lacustam B^2 925 mihi en umquam *Nonius 255:* me hie (hi* B^1) numquam B^1CD, mihi anumquam B^2 tibi *om. Nonius* 926 tunc *Nonius* 927 haud B^2 928 perdormiscanius que ME facilin (-en B^2) *B,* facilin *CD* obdormis *Ritschelius* curans, *corr. Acidalius*

qui te Iuppiter dique omnes, percontator, perduint.
MED. Nunc homo insanire occeptat: de illis verbis cave tibi.
SEN. Immo Nestor nunc quidem est de verbis, praeut dudum fuit;
nam dudum uxorem suam esse aiebat rabiosam canem.
MEN. Quid, ego? SEN. Dixti insanus, inquam. MEN. Egone? SEN. Tu istic, qui mihi
etiam me iunctis quadrigis minitatu's prosternere.
egomet haec te vidi facere, égomet haec ted arguo.
MEN. At ego te sacram coronam surrupuisse Iovi scio,
et ob eam rem in carcerem ted esse compactum scio,
et postquam es emissus, caesum virgis sub furca scio;
tum patrem occidisse et matrem vendidisse etiam scio.
satin haec pro sano male dicta male dictis respondeo?
SEN. Obsecro hercle, medice, propere, quidquid facturu's, face.
non vides hominem insanire? MED. Scin quid facias optimum est?
ad me face uti deferatur. SEN. Itane censes? MED. Quippini?
ibi meo arbitratu potero curare hominem. SEN. Age ut lubet.
MED. Elleborum potabis faxo áliquos viginti dies.
MEN. At ego te pendentem fodiam stimulis triginta dies.
MED. I, arcesse homines, qui illunc ad me deferant. SEN. Quot sunt satis?
MED. Proinde ut insanire video, quattuor, nihilo minus.
SEN. Iam hic erunt. asserva tu istunc, medice. MED. Immo ibo domum,
ut parentur quibus paratis opus est. tu servos iube
hunc ad me ferant. SEN. Iam ego illic faxo erit. MED. Abeo. SEN. Vale. —

---

930 ME *praem.* perdunt B^1CD *priore responso prolato non se continet et antequam alterum proferat in execrationem erumpit* 933 alebat B^1CD 934 quid — istic *Menaechmo continuantur* (SE qui *B*) dixi, *correxi* (quid ego dixi? SEN. insanis ς, *vulgo*) tu istic ς: tustic *D*, custic *C*, istuc *B* 935 *quaesita pronominum positione sermonem impeditiorem factum non miramur; sed probabiliter Vssingius talem versum inter 934 et 935 intercidisse coniecit:* scipione hoc meo comminuere occeptabas artua ministatus *D*, minis status B^1C *post 935 Menaechmi versum desideravit Ritschelius, quem talem indicavit Vahlenus:* quis se dicit haec me facere uidisse aut quis arguit? 940 uide B^1CD te 941 Ioui scio *Pylades, Camerarius:* iouis *B*, lo iouis *CD; cf. Trin. 84.* aio Iouis *Pareus* 942 te deesse *B ante corr.*, teb deesse *CD* 943 et : e *CD* suffurca B^1 *recte,* sufurca *CD* 945 rescondeo B^1CD 946 maledice B^1CD *cf. Epid. 284* 947 sin B^1CD es B^1CD 948 ut *B* itana B^1CD 950. 951 *inverso ordine, corr. Camerarius* 950 M. *om. B* helles borum (forum B^2) ⟨hosce⟩ aliquos *Muellerus, Brixius, quod sermo sane hoc loco non commendat* alios B^2 952 i arcesse *Pareus:* larcesse B^1C, a arcesse *D*, arcesse B^2 illum 953 ut *B:* ui *CD* uideor B^1CD nihil hominus B^1CD 955 tu ς: tus *CD*, tuos *B* lube *CD*

MEN. Abiit socerus, abiit medicus. [nunc] sólus sum. pro Iuppiter,
quid illuc est quod med hisce homines insanire praedicant?
nam équidem, postquam gnatus sum, numquam aegrotavi unum diem,
neque ego insanio neque pugnas neque ego litis coepio.
salvus salvos alios video, novi homines, adloquor.
an illi perperam insanire me aiunt, ipsi insaniunt?
quid ego nunc faciam? domum ire cupio: úxor non sinit;
huc autem nemo intromittit. nimis proventum est nequiter.
hic ero usque: ad noctem saltem, credo, intromittar domum.

MESSENIO V 6

Spectámen bonó servo id ést, qui rem erílem
procurat, videt, collocat cogitatque,
ut absente eró rem erí diligenter
tutétur, quam si ípse adsit aút rectiús.
tergúm quam gulam, crura quam ventrem oportet
potióra esse, cuí cor modéste sitúmst.
recordetur id, qui nihili sunt, quid eis preti
détur ab suis eris, ignavis, improbis viris:
verbéra compedes
molaé, [magna] lassitudo fames frigus durum,
haec prétia sunt ignaviae.
id ego male malum metuo: propterea bonum esse certumst potius quam malum;
nam magis multo patior facilius verba: verbera ego odi,
nimióque edo lubéntius molitúm, quam molitum praéhibeo.
proptérea eri imperium éxsequor, bene ét sedate servo id;
atqué mihi id prodest.

---

957 [nunc] *Guietus* 958 me (*cf. ad 82*) hic *i. e.* hisce, *cf. 997* 959 *om. CD* 960 pugnas ne litis *Nonius 89* coepio *Nonius:* cupio 961 homines ἀπὸ κοινοῦ *ad inconexa* uideo noui adloquor; *quae augeri mutarive nequeunt quin deteriora fiant* 962 perderam aiunt *B ex corr.:* alunt *CD* 963 ⟨at⟩ uxor *Camerarius,* ⟨id⟩ *Onions p. 72* 964 nequitur B^1 965 ergo, *corr. Pius* usce B^1CD 966 SERVVS *BD* seruid est qui re B^1 968 ⟨tam⟩ rem *Ritschelius, Vssingius* 969 quam ipsi ipse adscit *B ante corr.* quam si *i. e.* quasi 972 recorde cordetur *B* iis *BD,* uis *C* *post dim. bacch. catal. dimeter iambicus, cf. 974. 976* 973 *septenarius* 974 *sq. disponit B* Verbera — magna | Lass. — ignaviae, *sed* Mole *et* Haec 975 magna *praeter* ma *ex corr.* B^2; *delevit Ritschelius, non commode dispescit duas nominum triadas generis diversi* 978 egodi B^1 *duorum versuum (977. 978) numeri anapaestos indicant* (propterea *delendum? cf. 980*) 979 quam mollitum *CD* prohibeo CDB^2 980. 981 *uno versu B* 980 exsecor B^1 seruo id: seru* B^1 981 id mihi *CD* *clausula Reiziana*

álii ita ut in rem esse ducunt, sint: ego ita ero ut me esse oportet;
metum míhi adhibeam, culpam ábstineam, ero ut ómnibus in locis sim praesto:
[servi, qui cum culpa carent metuont, solent esse eris utibiles. 983a
nam illi, qui nil metuont, postquam malum promeriti, tunc ei metuont.] 983b
metuam haúd multum. prope est quándo erus ob fácta pretium exsólvet.
⟨éo⟩ ego exemplo servio, térgi ut in rem esse arbitror.
postquam ín tabernam vása et servos cónlocavi, ut iusserat,
ita vénio adversum. nunc foris pultabo, adesse ut me sciat.
+ neque virum ex hoc saltu damni salvom ut educam foras.
séd metuo, ne sero veniam depugnato proelio.

SENEX V 7

Pér ego vobis deos atque homines dico, ut imperium meum
sapienter habeatis curae, quae imperavi atque impero:
facite illic homo iam in medicinam ablatus sublimen siet.
nisi quidem vos vostra crura aut latera nihili penditis.
cave quisquam, quod illic minitetur, vostrum flocci fecerit.
quid státis? quid dubitátis? iam sublímen raptum opórtuit.
ego ibo ad medicum: praesto ero illi, cum venietis. MEN. Occidi.
quid hoc ést negoti? quid illisce homines ad me currunt, opsecro?
quid voltis vos? quid quaeritatis? quid me circumsistitis?
quo rapitis me? quo fertis me? perii, opsecro vestram fidem,
Epidamnienses, subvenite, cives. quin me mittitis?
MESS. Pro di immortales, obsecro, quid ego oculis aspicio meis?
erum meum indignissime nescio qui sublimen ferunt.

---

982 alii *Lambinus:* aliis (-i B^2) esse sin CD^2 *fort.* alii si — sunt ita ero *B:* ero *CD* 983 *anapaesti* metum id mihi culpa B^2 983ab *ex Mostellaria (v. 858) huc translati* culpa carent et metuunt (c. c. m. hi B^2) CDB^2, culparent et metuo ni B^1 promeritumque ei, *corr. Pylades, Vahlenus* 984 *sententia sic conectitur: metum mihi adhibendo (et culpa abstinendo) efficiam ut non multum metuendum sit* metum aut, *corr. Pylades* es *B* quandoc (*de qua scriptura cf. Vahlenus, Schererus Studem. stud. 2, 100; Most. 92, Poen. 447*) ob facta *Bothius:* o faciam 985 *delevit Vssingius, iure ut videtur* ⟨eo⟩ *Vahlenus, Spengelius* terge *CD*, tergo *B*, *corr. Merula, cf. Luchsius in Studemundi stud. 1, 323 sq.* 986 vasased B^1, vassed *CD* 987 ita: iam *Seyffertus* 988 atque *Gronovius* utrum, *corr. Bothius;* meumque erum *Ritschelius* ut e. f. *Pareus:* ute duo anfora 990 SENEX MENECMVS ADOLESCENS. LORARII. MESSENIO SERVVS (MEN. *et* MES. *om. D*) *BD* 992 sublimem *CD* 993 nihil *B* penditi B^1 995 satis B^1CD oportum *CD* 997 negoti, quod *Bachius in Studemundi stud. 2, 170* illic, *cf. 958* 998 uos *D ex corr.:* quos circum stitis (-statis B^2)

Men. Ecquis suppetias mihi audet ferre? Mess. Ego, ere, audacissime.
o facinus indignum et malum, Epidamnii cives, erum
meum hic in pacato oppido luci deripier in via,
qui liber ad vos venerit.
mittite istunc. Men. Obsecro te, quisquis es, operam mihi ut des.
neu sinas in me insignite fieri tantam iniuriam.
Mess. Immo et operam dabo et defendam et subvenibo sedulo.
numquam te patiar perire, me perirest aequius.
eripe oculum ísti, ab umero qui tenet, ere, te obsecro.
hisce ego iam sementem in ore faciam pugnosque obseram.
maximo hodie malo hercle vostro ístunc fertis. mittite.
Men. Teneo ego huic oculum. Mess. Face ut oculi locus in capite appareat.
vos scelesti, vos rapacis, vos praedones. Lorarii. Periimus.
obsecro hercle. Mess. Mittite ergo. Men. Quid me vobis tactiost?
pecte pugnis. Mess. Agite abite, fugite hinc in malam crucem.
em tibi etiam: quia postremus cedis, hoc praemi feres.
nimis bene ora commetavi atque ex mea sententia.
edepol, ere, ne tibi suppetias temperi adveni modo.
Men. At tibi di semper, adulescens, quisquis es, faciant bene.
nam absque te esset, hodie numquam ad solem occasum viverem.
Mess. Ergo edepol, si recte facias, ere, med emittas manu.
Men. Liberem ego te? Mess. Verum, quandoquidem, ere, te servavi.
Men. Quid est?
adulescens, erras. Mess. Quid, erro? Men. Per Iovem adiuro patrem,

1003 *possis* ⟨hic⟩ mihi; *ad ultima cf. Poen. 1149* audet *B*²*:* aut et 1005. 1006 *uno versu B* 1005 opido 1006 liberat uos *in A inter 1005 et 1008 duo versus fuerunt; versuum 1005. 1008 1013. 1015 primae litterae, 1016* —cro, *1017 prior pars legitur* 1007 mittitis tunc *B*¹*CD*, mitti istunc *B*² es *om. B* ut des *B*²*:* uides ut des mihi *Camerarius. in fine poni posse* quisquis es *Olsenus indicat de pron. subst. 36* 1009 et *primum del. Guietus* subueniebo *B*¹ 1010 derires (derideres *B*) te cuius, *corr. Camerarius* 1011 ⟨te⟩ tenet *Camerarius* 1013 maxumo hercle *Bothius, Seyffertus stud. Pl. 5* hodi *DC*² 1014 teneo *sq. servi*, face *sq. adulescentis B* 1015 perimus 1015—1017 *pers. om.* (*ante* [agite] *spat. A*) 1016 uobis me *Bachius in Studemundi stud. 2, 243* tactio si *CD* 1017 abiṭẹ *A:* habite *P* 1018—1023 *nihil*, 1024—1026 *paucae litterae A* 1018 en 1019 nimis *Bothius:* nimis aut hora *cf. Salmasius;* commetaculum *virga flaminum* (*Paulus 56. 64*) commentaui *B*², commutaui *ς*, *cf. Boxhornius* (*Amph. 316 sq. confert Schoellius*) 1020 tempore 1022 namque absque *B* ted esset *CD*, te ee∗ *B*¹, te essem *B*² solis *B*², soli *B*¹ uiuere *B*¹ 1023 me mittas *B* 1024 libertem *CD*, liberum *B*² uerum: *respondet quasi non interrogaverit sed enuntiaverit Menaechmus, cf. Herm. 18, 575*

med erum tuom non esse. Mess. Non taces? Men. Non mentior;
nec meus servos úmquam tale fecit quale tu mihi.
Mess. Sic sine igitur, si tuom négas me ésse, abire liberum.
Men. Mea quidem hercle causa liber esto atque ito quo voles.
Mess. Nempe iubes? Men. Iubeo hercle, si quid imperi est in te mihi.
Mess. Salve, mi patrone. cum tu liber es, Messenio,
gaudeo. credo hercle vobis. sed, patrone, te obsecro,
ne minus imperes mihi quam cum tuos servos fui.
apud ted habitabo et quando ibis, una tecum ibo domum.
Men. Minime. Mess. Nunc ibo in tabernam, vasa atque argentum tibi
referam. recte est obsignatum in vidulo marsuppium
cum viatico: id tibi iam huc adferam. Men. Adfer strenue.
Mess. Salvom tibi ita ut mihi dedisti reddibo. hic me mane. —
Men. Nimia mira mihi quidem hodie exorta sunt miris modis:
alii me negant eum esse qui sum, atque excludunt foras

*

vel ille qui se petere argentum modo, qui servom se meum
esse aiebat, ⟨meus servator,⟩ quem ego modo emisi manu;

1026 me 1027 numquam *B* 1028 negas tuom *Brixius* *post v. 1028 in P leguntur v. 1037—1043 suo loco redeuntes* (*cf.* marsuppium *in fine v. 1036 et 1043*); *in A inter v. 1026 et 1034 non septem sed sex versus intercesserunt, quorum nihil legitur* 1029 at quito *B*¹ 1032 SER credo *B* *ad lepidum locum mutilandum adminiculum ex numero versuum in A* (*v. ad 1028*) *non petam* 1033 *versus qualis 1037, sententia plena: de rebus nunc instantibus loquitur* 1034 te 1035 [taber]na *A* uasa atque *AB*²: uassa atque *B*¹, uasa at (ad *D*) *CD* *post v. 1036 in P legitur v. 1044 suo loco repetitus. in A inter v. 1035 et v. 1045 intercedunt octo versus, quorum in tribus prioribus et paenultimo nihil legitur, ceterorum* (*1039. 1040, sequentis, 1043*) *initia* 1037—1044 *v. ad 1028. 1036; cf. Spengelius T. Macc. Pl. 50. quae superiore loco leguntur notabo* (*P*) *vel* (*B*) (*CD*) 1037 quom (*B*) SER id *B*, AD id (*B*) iam *om. CD* SER (*B*) 1038 SER (*om. B*) tibi ita *P*, *Nonius 476:* tibi item (*B*), item tibi (*CD*) reddibo *testatur Nonius:* reddebo (*P*), redhibeo *CD et* (*var. lect. CD*), sed habeo *B* hic me mane (*CD*): hic mane, *sed* ne *ex* me (*B*), hic *P;* ⟨tu⟩ hic *Ritschelius* 1039 hodie (*om. P*) miris (*P*): multis *P post* 1040 *talia intercidisse* alii me esse aiunt qui non sum *vidit Ritschelius* 1041. 1042 *unus versus in P:*

etiam hic seruom esse se meum aiebat quem ego emisi manu

cum quo concinere videtur A exhibens unum versum, cuius initium non fuit vel ille *sed fortasse* etia]m. *duo in* (*P*):

uel ille qui se petere modo argentum. modo qui seruom se meum
esse aiebat. quem ego modo emisi manu

ubi primum modo *primo omiserat B;* alebat *B ante corr.* *de duplici* modo *v. ad v. 388;* uel ille *ad v. omissum recte applicabatur,* etiam *ut ad 1040 applicaretur substitutum. alterum versum supplevi. totus locus in archetypi P margine*

is ait se mihi allaturum cum argento marsuppium:
id si attulerit, dicam ut a me ábeat liber quo volet,
ne tum, quando sanus factus sit, a me argentum petat.
socer et medicus me insanire aiebant. quid sit, mira sunt.
haec nihilo esse mihi videntur setius quam somnia.
nunc ibo intro ad hanc meretricem, quamquam suscenset mihi,
si possum exorare ut pallam reddat, quam referam domum. —

MENAECHMVS (SOSICLES) V 8

Men hodie usquam convenisse te, audax, audes dicere,
postquam advorsum mi imperavi ut huc venires?

MESSENIO

Quin modo
erupui, homines quom ferebant te sublimen quattuor,
apud hasce aedis. tu clamabas deum fidem atque hominum omnium,
quóm ego accurro teque eripio vi pugnando ingratiis.
ob eam rem, quia te servavi, me amisisti liberum.
cum argentum dixi me petere et vasa, tu quantum potest
praecucurristi obviam, ut quae fecisti infitias eas.
Sos. Liberum ego te iussi abire? Mess. Certo. Sos. Quin certissimumst,
mepte potius fieri servom, quam te umquam emittam manu.

MENAECHMVS V 9

Si vóltis per oculos iurare, nihilo hercle ea causa magis
faciétis, ut ego hódie abstulerim pallam et spinter, pessumae.

---

ex alio codice ascriptus integriore, non ex ipso exemplari, quod consentit cum A 1043 mihi *om. CD utrubique* marsoppium *C*, marsopium (*B*) 1044 id si: ipse *B* (si *add.* B^2) habeat *BC*(B^1) 1045 nedum *CD*, nec dum *B*, *corr. Lambinus* 1046—1052 *paucissima in initiis leguntur A* 1046 dicebant, *corr. Camerarius* 1047 secus B^2 somna *B* *Gellius 18, 9, 4* (Velius Longus scripsit) Varronem uersum hunc Pl. Men. 'nihilo minus esse uidetur sectius quam somnia' (*quae verba* s. q. s. *deinde 'ex versu Plautino' Gellius repetit*) sic enarrasse 'nihilo magis narranda esse quam si ea essent somnia' *ubi quid turbaverit Velius sive Gellius nos fugit* 1049 sei *A* menaechmus messenio, *deinde* MENECHMVS ADOL. MESSENIO. SOSICLES *B*, MENECHMVS SOSICLES MESSENIO SERVVS *D* 1050 te *om. CD* 1051 quomodo B^1 1052 erupui homin[es] q— (*non* quom, *fortasse* qui te f.) *A*, eripui homines qui te ferebant sublimen (-em *CD*) quatuor, *corr. Ritschelius* (quom) *et Gruterus* (f. te). qui *tutantur Lambinus et Gronovius, cf. Mil. 598* 1053—1065 *paucissima in extremis versibus leguntur A;* 1053 *bipartitus erat, etiam pro* 1055 *duorum versuum spatium* 1054 qum *BD*, quin *C* ui pugnando *Camerarius:* uel inpugnando *B*, oppugnando *CD* 1056 argento *B* potest B^1D: potes B^2C, —s *A* 1058 quin *Saracenus:* cui 1059 meapte *CD* emita B^1 menaechmus messenio, *deinde* MENECHMVS ET FRATER EIVS. MESSENIO SERVVS *B*, MENECHMVS MESSENIO *D* 1061 ego ⟨hinc⟩ *Ritschelius*

Mes. Pro di immortales, quid ego video? S. Quid vides? Mes. Speculum tuom.
Sos. Quid negoti est? Mes. Tuast imago. tam consimilest quam potest.
Sos. Pol profecto haud est dissimilis, meam quom formam noscito.
Men. O adulescens, salve, qui me servavisti, quisquis es.
Mess. Adulescens, quaeso hercle eloquere tuom mihi nomen, nisi piget.
Men. Non edepol ita promeruisti de me, ut pigeat, quae velis
⟨obsequi⟩. mihi est Menaechmo nomen. Sos. Immo edepol mihi.
Men. Siculus sum Syracusanus. Sos. Eadem urbs et patria est mihi.
Men. Quid ego ex te audio? Sos. Hoc quod res est. Mess. Novi
equidem hunc: erus est meus.
ego quidem huius servos sum, sed med esse huius credidi.
ego hunc censebam te esse, huic etiam éxhibui negotium.
quaeso ignoscas, si quid stulte dixi atque imprudens tibi.
Sos. Delirare mihi videre: non commeministi, simul
te hodie mecum exire ex navi? Mess. Enim vero aequom postulas.
tú erus es: tu servom quaere. tu salveto: tu vale.
hunc ego esse aio Menaechmum. Men. At ego me. Sos. Quae haec fabulast?
tú es Menaechmus? Men. Me esse dico, Moscho prognatum patre.
Sos. Tun meo patre es prognatus? Men. Immo equidem, adulescens, meo;
tuom tibi neque occupare neque praeripere postulo.
Mess. Di immortales, spem insperatam date mihi quam suspicor.
nam nisi me animus fallit, hi sunt gemini germani duo.
nam et patriam et patrem conmemorant pariter qui fuerint sibi.
sevocabo erum. Menaechme. Men. Sos. Quid vis? Mess. Non ambos volo,
sed uter vostrorum est advectus mecum navi. Men. Non ego.
Sos. At ego. Mess. Te volo igitur. huc concede. Sos. Concessi. quid est?

1062 immortalis *CD* 1063 tumst *BD,* tumest *C* consimilis est B^2, consi *cum ras. 6 litt.* B^1, consiliaest *CD,* — lẹṣ *sive* lẹ *A* quam *P:* q[uantu]m *ut vid. A* (*versus bipartitus, item 1061. 1064*) 1064 mea *CD* quam B^1CD, que B^2, *corr. Acidalius cf. Amph. 441* nos scito B^1 1065 seruasti *CD* 1066—1131 *deest A* 1066 loquere, *corr. Fleckeisenus* piget DB^2*:* piger B^1, pier *C* 1067 medepol B^1, me edepol *CD* 1068 ⟨obsequi⟩ *Vahlenus* 1069 si c**dus B^1 siracusanus eadem urbs *Buechelerus:* ea domus et; *satis erat urbem vel patriam dicere, sed insequitur accurate quod ille dixit Siculum se Syracusanum esse. aliter Merc. 653* 1070 noui *bis CD* mihi B^1 1071 me 1072 exibui B^1D 1074 semul *B* 1075 enimuero *om. CD* 1076 *inter* es *et* tu *pers. spat.* CDB^2, *item post* quaere *CD, ante* tu uale *D* tu salueto tu *B:* salueto tu tu *CD* 1077 menechum *B* 1079 tun meo *Pylades:* tun ameo *B*, tuñameo *C,* tunā meo *D* adolescens meo *om. B* 1081 dum mortales *CD* suspico B^1CD*; cf. Cas. 394* 1082 geminei B^1, gemui *C* 1083 et patrem et matrem, *corr. Lipsius; cf. 1090* que B^1 1084 me *ante* menechme *eras. B* me quid 1085 uostrum

Mess. Illic homó aut sycophanta aut geminus est frater tuos.
nam ego hominem hominis similiorem numquam vidi álterum.
neque aqua aquae nec lacte est lactis, crede mi, usquam similius,
quam hic tui est, tuque huius autem; post eandem patriam ac patrem
memorat. meliust nos adire átque hunc percontarier.
Sos. Hercle qui tu me admonuisti recte, et habeo gratiam.
perge operam dare, obsecro hercle; liber esto, si invenis
hunc meum fratrem esse. Mess. Spero. Sos. Et ego item spero fore.
Mess. Quid ais tu? Menaechmum, opinor, te vocari dixeras.
Men. Ita vero. Mess. Huic item Menaechmo nomen est. in Sicilia
te Syracusis natum esse dixti: ⟨et⟩ hic natust ibi.
Moschum tibi patrem fuisse dixti: huic itidem fuit.
nunc operam potestis ambo mihi dare et vobis simul.
Men. Promeruisti ut ne quid ores quod velis, quin impetres.
tam quasi me emeris argento, liber servibo tibi.
Mess. Spes mihi est, vos inventurum fratres germanos duos
geminos, una matre natos et patre uno uno die.
Men. Mira memoras. utinam efficere quod pollicitu's possies.
Mess. Possum. sed nunc agite uterque id quod rogabo dicite.
Men. Vbi lubet, roga: réspondebo. nil reticebo quod sciam.
Mess. Est tibi nomen Menaechmo? Men. Fateor. Mess. Est itidem tibi?
Sos. Est. Mess. Patrem fuisse Moschum tibi ais? Men. Ita vero. Sos. Et mihi.
Mess. Esne tu Syracusanus? Men. Certo. Mess. Quid tu? Sos. Quippini?
Mess. Optime usque adhuc conveniunt signa. porro operam date.
quid longissime meministi, dic mihi, in patria tua?
Men. Cum patre ut abii Tarentum ád mercatum, postea
inter homines me deerrare á patre atque inde avehi.
Sos. Iuppiter supreme, serva me. Mess. Quid clamas? quin taces?

1087 aut ⟨est⟩ s. *Ritschelius* 1088 homini, *corr. Wesenbergius, Ritschelius* ⟨ullum⟩ alterum *J. Langius in Fleckeiseni ann. 1894, 283 sq.* 1089 mes *CD* neque — nec *B:* neque — neque *Priscianus 1, 212,* nec — nec *CD* lacte: e *ex corr. BC* (lacte *testatur Caper apud Priscianum*) lacti *codd., Priscianus, corr. Ritschelius* 1090 postea, *corr. Bothius* 1091 melius est *B,* melius *CD* 1092 quin CDB^2 1094 esse mes spero mes et (*nomina sup. scr.*) *B,* esse spero. Mes. et *CD, corr. Lambinus* idem, *corr. Seyffertus;* itidem *Bothius* 1095 Mes. *Lambinus: om.* agis B^1 1097 siracusis dixti et *Seyffertus:* dixisti natus est 1098 dixit B^1C, dixsti B^2; *ad Amph. 702* 1099—1110 *ad alteram recensionem rettulit Goetzius mus. Rhen. 35, 481* 1101 mes *praem.* (*om. v. sq.*) 1102 inuenturos, *corr. Lambinus* 1104 possis 1105 cogite B^1, coite B^2 1109 estne B^1 me — mes — me *B,* sos — mes — men *CD* quid tu: quid tu scilicet *B* 1112 utabutarentum D^1, ut apiit arentum *C,* ut habitarem. tum *B* 1113 auehi: abiit B^1, abii B^2

quot eras annos gnatus, quom te pater a patria ávehit?
MEN. Septuennis: nam tunc dentes mihi cadebant primulum.
neque patrém umquam postilla vidi. MESS. Quid? vos tum patri
filii quot eratis? MEN. Vt nunc maxime memini, duo.
MESS. Vter eratis, tun an ille, maior? MEN. Aeque ambo pares.
MESS. Qui id potest? MEN. Gemini ambo eramus. SOS. Di me servatum volunt.
MESS. Si interpellas, ego tacebo potius. SOS. Taceo. MESS. Dic mihi:
uno nomine ambo eratis? MEN. Minime. nam mihi hoc erat,
quod nunc est, Menaechmo: íllum tum vocabant Sosiclem.
SOS. Signa adgnovi, contineri quin complectar non queo.
mi germane gemine frater, salve. ego sum Sosicles.
MEN. Quo modo igitur post Menaechmo nomen est factum tibi?
SOS. Postquam ad nos renuntiatum est te * et patrem esse mortuom,
avos noster mutavit: quod tibi nomen est, fecit mihi.
MEN. Credo ita esse factum ut dicis. sed mi hoc responde. SOS. Roga.
MEN. Quid erat nomen nostrae matri? SOS. Teuximarchae. MEN. Convenit.
o salve, insperate multis annis post quem conspicor.
SOS. Frater, et tu, quém ego multis miseriis laboribus
usque adhuc quaesivi quemque ego esse inventum gaudeo.
MESS. Hoc erat, quod haec te meretrix huius vocabat nomine:
hunc censebat te esse, credo, quom vocat te ad prandium.
MEN. Namque edepol iussi hic mihi hodie prandium appararier,
clam meam uxorem, quoi pallam surrupui dudum domo;
eam dedi huic. S. Hanc, dicis, frater, pallam, quam ego habeo? M. ⟨Haec east.⟩
quo modo haec ad te pervenit? SOS. Meretrix huc ad prandium
me abduxit, me sibi dedisse aiebat. prandi perbene,

1115 gnatos *D*¹, natos *C*¹ cum *CD*, quam *B* uehit *B* 1116 iam *B* tuno *C*, nunc *B* 1117 postillac *B*², postilli *C*; postillac umquam *Ritschelius* uos tum *Colvius:* uostrum 1118 fili *B*¹ quod *B*¹*C* erratis *B*¹ 1119 ut erratis *B* (*prior* r *erasa*), uteratis *D*¹ 1120 geminei *B*¹, germini *C* erramus *B*¹ 1121 potius taceo (tacebo *CDB*²) *Sosiclis, corr. Schoellius; cf. Abrahamus stud. Pl. 226* 1122 hoc *om. CD* 1123 illum ⟨autem⟩ tum *Muellerus; sed* tum *corruptum est* sosiclen *BD* 1125 mihi 1126 est factum est *B* 1127 *lacunam indicavit Ritschelius* 1128 quid *B*¹ 1129. 1130 esse *om. CD* 1131 MEN. *om.* quod *B*² teuxinarce (teuxi inarce *D*), *corr. Merula, Ritschelius* 1132 *accedit A* multis annis *CD:* ạṇṇịs multis *AB* (*notabo in hac parte quae CD vel B propria habet*) quem *B:* quam *ACD* 1133 frater ME *B* mụḷṭẹịṣ *A* mị[se]ṛ[ie]ịṣ *A:* miseris *P* 1137 hic mihi hodie iussi (iussit *B*¹) *P, A n. l., corr. Schoellius* apparariér *Camerarius:* paraui *B*¹, parari *B*², adparandum *D*, adprandium *C; A n. l.* 1138 quoi *B*²*:* quia *P, A n. l.* surrupuit *B*¹, *A n. l.* 1139 de]ḍei *vel* dedit *A* *supplevit Vahlenus; A n. l.* 1140 ⟨quae⟩ huc *Ritschelius* 1141 alebat *B*¹; *A n. l.*

potavi atque accubui scortum, pallam et aurum hoc ⟨abstuli⟩.
Men. Gaudeo edepol, si quid propter me tibi evenit boni.
nam illa quom te ad se vocabat, memet esse credidit.
Mess. Numquid me morare quin ego liber, ut iusti, siem?
Men. Optimum atque aequissimum orat, frater: fac causa mea.
Sos. Liber esto. Men. Quom tu es liber, gaudeo, Messenio.
Mess. Sed meliorest opus auspicio, ut liber perpetuo siem.
Sos. Quoniam haec evenerunt, frater, nostra éx sententia.
in patriam redeamus ambo. Men. Frater, faciam, ut tu voles.
auctionem hic faciam et vendam quidquid est. nunc interim
eamus intro, frater. Sos. Fiat. Mess. Scitin quid ego vos rogo?
M. Quid? Mes. Praeconium mi ut detis. M. Dabitur. Mes. Ergo nunciam
vis conclamari auctionem fore? Men. Equidem die septimi.
Mess. Auctio fiet Menaechmi mane sane septimi.
venibunt servi, supellex, fundi, aedes, omnia.
venibunt quiqui licebunt, praesenti pecunia.
venibit uxor quoque etiam, si quis emptor venerit.
vix credo tota auctione capiet † quinquagesies.
nunc, spectatores, valete et nobis clare plaudite.

1142 pota(ui) *A:* dotaui *BD,* dodavi *C* *supplevit Onions; A n. l.* 1144. 1145 memet *Ritschelius:* me *P; A n. l.* 1146 quin *AB²:* quan *C,* cum *B¹* seam *P; A n. l.* 1151 evenere *A* nostra *AP:* nobis *Camerarius* 1152 *spatium non ante sed post* frater *A* ut tu *AB:* ut *CD* 1153 nunc *AB: om. CD* 1155 praeconium mihi ut detis *ACD:* mihi praeconium uidetis (ut d. *B²*) *B* ergo *P* (om. M.): †ego *A* 1156 *spat. pers. ante* fore *A, om. P, corr. ς* quidem *AP, corr. Bergkius* 1158 suppellex *P; A n. l.* fundi et aedes *Muellerus;* —s *A* (*A ut P t. Ritschelio*) *post* omnia *distinxit Birtius* (*Appuhnius quaest. Plaut. 73*) 1160 venibit *productum dubitationem admittit* 1161 quinquagesies *B¹:* quinquageseaes *CD,* quinquagies *B²,* quinquagesisaes *A; fort.* quinquagesimas, *scil. τὸ ἐλλιμένιον, quotiens solvendum erit* plaudite *AB:* applaudite *CD* *subscr.* T. — VTI | MENAECHMI EXP — INC. TRINVMMVS | FELICITER *A,* PLAVTI MENECHMVS EXPLICIT *B*

MERCATOR

ARGVMENTVM I

Missus mercatum áb suo adulescens patre
Emit atque adportat scita forma mulierem.
Requirit quae sit, postquam eam vidit, senex:
Confingit servos emptam matri pedisequam.
Amat senex hanc, ac se simulans vendere
Tradit vicino; eum putat uxor sibi
Obduxe scortum. tum Charinum éx fuga
Retrahit sodalis, postquam amicam ínvenit.

INCIPIT MERCATOR *B*, MERCATOR *D*, *om. C* *per hanc fabulam praestat fere lectio codicum CD lectioni codicis B* 2 emittat que *B* 4 conficit, *corr. Merula* pedissequam *CD* 5 ac se simulans *Gruterus:* adse simulans *B*, se adsimulans *CD* 6 eum *B:* cum *CD* 7 obduxisti cor tuum *B* 8 repperit *Ritschelius*

ARGVMENTVM II

Mercatum asotum filium extrudit pater.
is peregre missus redimit ancillam hospitis
amore captus, advehit. nave exilit,
pater advolat, ⟨vix⟩ visam ancillam deperit.
cuius sit percontatur; servos pedisequam
ab adulescente matri ⟨ait⟩ emptam ipsius.
senex, sibi prospiciens, ut amico suo
veniret natum orabat, natus ut suo:
hic filium subdiderat vicini, pater
vicinum; praemercatur ancillam senex.
eam domi deprehensam coniunx illius
vicini scortum insimulat, protelat virum.
mercator expes patria fugere destinat,
prohibetur a sodale, qui patrem illius
orat cum suo patre, nato ut cederet. +

ARGVMENTVM *BD, om. C* 1 adsotium *B,* a se dum *CD, corr. Ritschelius* 2 missus *Beroaldus:* milis hospitis: militis *B* 3 ut uehit, *corr. Gulielmius* 4 *supplevi* 5 percunctatur serui *B* 6 adulescentem *B* ⟨ait⟩ *Pylades, Vssingius* 8 uenire *B* 10 uicinus promercatur *B* 11 coniux *B* 13 expers, *corr. Saracenus* 14 prohibere 15 cederit *B fort.* ced⟨at muli⟩ere *addunt versum codd. hunc:* absente cum lenone perfido *ad aliud videlicet argumentum pertinentem*

PERSONAE

CHARINVS adulescens
ACANTHIO servus
DEMIPHO senex
LYSIMACHVS senex
SERVVS
EVTYCHVS adulescens
PASICOMPSA meretrix
DORIPPA matrona
SYRA anus
COCVS

SCAENA ATHENIS

CHARINVS I 1

Duas res simul nunc agere decretumst mihi:
et argumentum et meos amores eloquar.
non ego item facio ut alios in comoediis
⟨vi⟩ vidi amoris facere, qui aut nocti aut die
aut soli aut lunae miserias narrant suas:
quos pol ego credo húmanas querimonias
non tanti facere, quid velint quid non velint;
vobis narrabo potius meas nunc miserias.
graece haec vocatur Emporos Philemonis,
eadem Latine Mercator Macci Titi.

CHARINVS ADOLESCENS *B*, CHARINVS *CD* *post Dziatzkonem et Reinhardtum prologum tractaverunt Ribbeckius emend. Merc. spicil. 8 sq., Trautweinius de prolog. Pl. 32 sq. prologi compositio una et perfecta est. adulescens se argumentum narraturum dicit, sed spectatoribus, non* (*ut nos factum videmus in Medea Phoenissis Ecclesiazusis*) *dis vel solitudini. sequitur argumentum, praemisso nomine fabulae et poetae. succinctam orationem ibi interrumpit ubi videt prolixiore expositione opus esse simulque dicit brevitatem illam non decuisse amatoris πρόσωπον, ut cui loquacitas innata sit inutilia promens necessaria omittens* (*cf. Cist. 120 sq.*). *secuntur ante acta. in his una ratio est ethopoeiae et compositionis, notatio amantis atticum poetam decet: tantum amplificatio versuum 18. 19, quae legitur v. 20—30, aut retractata aut post Plautum scripta est, quippe quae vitiorum ordinem nullum praebeat sed fortuitam et qualem versus patiebantur farraginem* (*cf. Dziatzko mus. Rhen. 26, 437*)*; scilicet componenda sunt cupiditas et aviditas, malevolentia iniuria contumelia, inopia dispendium, haec ad elegantiam, insomnia aerumna ad curam aegritudinem* (*19*) *pertinent: haec in initio, dispendium in fine catalogi* 1 decretumst *CD:* ducere nunc (n̄c) st *B* 2 amoris *CD* 3 idem, *corr. Muretus* (ς) 4 ⟨ui⟩ *Vssingius* quia *B* nocti aut dii *schol. Aen. 1, 636,* noctu aut die (dii *D ante corr.*) 5 narrant: au narras *B* 6 humanis querimoniis *CD sententia nihil praeter tradita admittit* (*puta* opinor) 7 tanti facere: tacere *B* quid uelint aut quid non uelint *CD,* quod uelin uelintque non uelint *B, corr. Camerarius* 9 emporus 10 mactici *B,* mattici *CD, corr. Ritschelius*

pater ad mercatum hinc me meus misit Rhodum;
biennium iam factum est, postquam abii domo.
ibi amare occepi forma eximia mulierem.
sed ea ut sim implicitus dicam, si operaest auribus
atque advortendum ad animum adest benignitas.
et hoc parum hercle more amatorum institi:
✝ per mea per conatus sum uos sumque inde exilico.
nam amorem haec cuncta vitia sectari solent,
cura aegritudo nimiaque elegantia,
[haec non modo illum quí amat, sed quemque attigit
magno atque solido multat infortunio,
nec pol profecto quisquam sine grandi malo
praequam res patitur studuit elegantiae.
sed amori accedunt etiam haec, quae dixi minus:
insomnia, aerumna, error, terror et fuga,
ineptia stultitiaque adeo et temeritas,
incogitantia excors, immodestia,
petulantia et cupiditas, malevolentia,
inertia, aviditas, desidia, iniuria,
inopia, contumelia et dispendium,]
multiloquium: parumlóquium hoc ideo fit quia,

11 hic, *corr. Pius* neus *B* rhodus *CD*, rodus *B* 13 ibi *Gruterus:* abii amare occepit *B*, occepi amare *CD* 14 *Nonius 176* simplicitus, simpliciter. Pl. M.: sed eam simplicitus dicam si opera est auribus eam, *corr. Lambinus* sit *B* opera est 15 advortendam ut, *corr. Acidalius* 16 et *CD:* fit *B* esse, *corr. Ritschelius* matorum *B* (*cf. 62*), maiorum *CD, corr. Acidalius. cf. mus. Rhen. 38, 16* 17 me *CD* *conieceram* rem eampse ecfatus sum orsusque inde exilico; *propter verba corrupta dubitandum est de adverbii forma, cuius rationem grammaticam explicavi l. s. p. 14 sq.* (deilico *p. 312*), *sed quae in aliam sententiam temptantur procul habenda sunt* (*ut plane aberravit Trautweinius l. s. 38*). *eis qui non intellexerunt quo pertineret* inde, *ascribam oratoris locum οὐκ ἂν ἀποψηφίσαισθε ἑτέρου τινὸς μᾶλλον ἢ αὐτοῦ τοῦ πράγματος· ταῦτα γὰρ καὶ δίκαια καὶ ὅσια· ἄρξομαι δὲ ἐντεῦθεν* (*Antiph. 6, 10*) 18 uitias sectare *B* 19 curam *B* *cf. Cato ap. Gell. 11, 2* 20—30 *v. ad init. prol.* 20 attingit *CD* 21 solitudo mutat *B* 22 grande *B* 23 praequam *non recte pro* praeterquam *posuit, cf. Handius Turs. 4, 527, Seyffertus Berl. phil. w. 1891, 112* studit *B*, studet *CD, corr. Camerarius* 24 quod dixi minus *B*, quae diximus *CD* 25 error et terror et *CD*, errore terrore *B*, *corr. Camerarius* *cf. Trin. 260 sq.* furga *B* 26 inepties *Lachmannus* (*cf. Trin. 796*); ineptia atque stultitia *Ritschelius* temeritast 28 maliuolentia *CD* 29 inertia *L.:* ineret et iam (*de inertia et desidia auiditate diremptis v. ad prol. init.*); *cf. Woelfflini arch. 9, 164* residia 31 hoc ideo: id eo *Marxius interpr. lat. 9, post* parumloquium *distinguens*

quae nihil attingunt ad rem nec sunt usui,
tam amator profert saepe advorso tempore;
hoc pauciloquium rursum idcirco praedico,
quia nullus umquam amator adeost callide
facundus, quae in rem sint suam ut possit loqui.
nunc vos mi irasci ob multiloquium non decet:
eodém quo amorem Venus mi hoc legavit die.
illuc revorti certumst, conata eloquar.
principio ⟨ut ex⟩ ephebis aetate exii
atque animus studio amotus puerilist meus,
amare valide coepi hinc meretricem: ilico
res exulatum ad illam clám abibat patris.
leno importunus, dominus eius mulieris,
vi summa ut quicque poterat rapiebat domum.
obiurigare pater haec noctes et dies,
perfidiam, iniustitiam lenonum expromere;
lacerari valide suam rem, illius augerier.
summo haec clamore; interdum mussans conloqui:
abnuere, negitare adeo me natum suom.
conclamitare tota urbe et praedicere,
omnes tenerent mutuitanti credere.

---

32 suntus uidi *CD*, sunt uidi *B*, *corr. Camerarius* 33 tam: ea *Ritschelius* proferri, *corr. Pylades* 34 rursum idcirco: sumit circo *B* 35 usquam *B* adeos callide *B*, adeo callidus *CD*, *corr. Camerarius* 36 rem insit sua, *corr. Camerarius* *hoc dicit: multiloquium amatoris et parumloquium* (parum loquium *per occasionem fictum non coaluit*) *fit quoniam quae profert nulli usui esse solent, et pauciloquium* (*hoc, scil. multiloquium, rursum, scil. post parumloquium, praedico pauciloquium*) *quoniam quibus opus est in occasione proferre non potest; ergo amator loquax et parum et pauca loquitur* 38 mibi hac *B*, hac mihi *CD*, *corr. Camerarius* 39 certum et (i *C*), *corr. Ritschelius;* certum ut conata *Camerarius*, ut coepta *Ritschelius* 40 principio atque animus (*cf. 41*) phoebus etate exiit, *corr. Muretus* (*de* t *adiecto ad* exii *cf. v. 13 et ad v. 42*); *sed* ut aetas ex ephebis exiit *post Dousam Ritschelius* 41 puerilest meust *B*, meumst *D*, mecumst *C* 42 coepit *codd., et similiter* t *adiecerunt omnes vel B v. 46. 47. 50. 51. 55. 59. 60. 63. 64. 68. 74. 76. 78. 80. 81. 83, cf. 45. 53. 57. 77* hic, *corr. Bothius* meritricem *CD* 43 rex, *corr. Pius* at *B* clam *Gulielmius:* iam 45 ui sumat quoque ut (quicque *omisso* ut *CD*) poterat, *corr. Camerarius et Ritschelius* rapibus *B* 46 obiurgare (-et *B*) 47 lenonum iniustitiam *Ritschelius* 49 mussa *CD*, missa *B*, *corr. Pius* 50 negitari *CD*, necitari *B* 52 tenerent *cf. Bacch. 463 Most. 1173;* timerent *Ritschelius* mutu tanti *CD*, mutuanti *B* *nihil hic turbatum esse intelleget si quis talem versum ante v. 53 inserat* dein rursus uerba facere mecum in hunc modum, *quo inserto sane non opus est*

amorem multos inlexe in dispendium:
intemperantem, non modestum, iniurium
trahere, exhaurire me quod quirem ab se domo;
ratione pessuma a me ea quae ipsus optuma
omnis labores invenisset perferens,
in amoribus diffunditari ac didier.
convicium tot me annos iam se pascere;
quod nisi puderet, ne luberet vivere.
sese extemplo ex ephebis postquam excesserit,
non, ut ego, amori neque desidiae in otio
operam dedisse, neque potestatem sibi
fuisse; adeo arte cohibitum esse ⟨se⟩ a patre:
multo opere immundo rustico se exercitum,
neque nisi quinto anno quoque † positum visere
urbem, atque extemplo inde, ut spectavisset peplum,
rus rusum confestim exigi solitum a patre.
ibi multo primum sese familiarium
laboravisse, quom haec pater sibi diceret:
'tibi aras, tibi occas, tibi seris, tibi idem metis,
tibi denique iste pariet laetitiam labos.'
postquam recesset vita patrio corpore,
agrum se vendidisse atque ea pecunia
navem, metretas quae trecentas tolleret,
parasse atque ea se mercis mercatum undique,
adeo dum, quae tum haberet, peperisset bona;

---

53 inlexit *B*, illexit *CD, corr. Camerarius* 55 exurire, *corr. Camerarius* querem *B* domum, *corr. Camerarius* 56 rationem pessumam ea eaque *B*, ratione pessuma eaque *CD, corr. Vssingius* ipsius *B* 57 inuenisse (-ise D^2) CD^2, inuenis D^1 perferis 58 in amoribus *L.:* mori sui *B*, mores ui *CD;* amoris vi *Camerarius non apte* difunditari diedere *CD*, die heret *B*, *corr. Gronovius* 59 conuirium *CD*, coniurium *B* si pasceret, *corr. Dousa* 60 nisi luderet, *corr. Pius* ne luderet uiueret uiueret *B* 61 phebis *B* excesseris 62 nonne *BC*, none *D* (noenu?) mori insidiae *B* 63 potestam *CD* 64 fuisset *B* ⟨se⟩ *Camerarius* 66 nequem nisi *B*, neque misi *C* quicto *B ante corr.* solitum *Ritschelius, fort.* ab eo situm uisere: est *B* 68 rursum *CD* 69 sese *Pylades:* se 70 labor agisse *B* 71 occasus *B*, occasis *CD, corr. Pylades* eris *B*, saris C^1 eidem *codd.*, item *Guietus; cf. Herm. 18, 584* metes, *ut post Muretum scribunt, a sententia alienum est* 72 isti *B* babos *C*, habes *D* 73 recessit, *corr. Lambinus* corpora *B* 75 nauim *CD* 76 ea se mercis *Gulielmius* (ea se) *et Scaliger:* eam semper scis (cis *CD*) uectatum *B*, uectatam *CD*, *correxi* (*ad vectandi verbum* undique *non poterit quadrare*) 77 quae tum *Muretus:* questum peperisse *CD*

me idem decere, si ut deceret me forem.
ego mé ubi invisum meo patri esse intellego
atque odio me esse quoi placere aequom fuit,
amens amansque ut ánimum offirmo meum,
dico esse iturum me mercatum, si velit:
amorem missum facere me, dum illi obsequar.
agit grátias mi atque ingenium adlaudat meum;
sed mea promissa non neglexit persequi.
aedificat navem cercurum et mercis emit,
parata navi imponit, praeterea mihi
talentum argenti ipsus sua adnumerat manu;
servom una mittit, qui olim puero parvolo
mihi paedagogus fuerat, quasi uti mihi foret
custos. his sic confectis navem solvimus.
Rhodum venimus, ubi quas merces vexeram
omnis ut volui vendidi ex sententia.
lucrum ingens facio praeterquam mihi meus pater
dedit aestimatas merces: ita peculium
conficio grande. sed dum in portu illi ambulo,
hospes me quidam adgnovit, ad cenam vocat.
venio, decumbo acceptus hilare atque ampliter.
discubitum noctu ut imus, ecce ad me advenit
mulier, qua mulier alia nullast pulchrior;
ea nocte mecum illa hospitis iussu fuit.
vosmet videte quam mihi valde placuerit:
postridie hospitem adeo, oro ut vendat mihi,
dico eius pro méritis gratum me et munem fore.
quid verbis opus est? emi, átque advexi heri.

---

78 diceret si ut diceret, *corr. Pylades* 81 esse (-et *B*) me quod placeret *corr. Pylades, Camerarius* 82 amasque *B* ut: sic *Ribbeckius p. 24, fort.* ut sum 83 mercatus *B* 86 et *Ritschelius* non excleit *B* 87 nauim *CD* (*non Nonius*) cercurum: cyrcerum *Nonius 533* (cercyrus *in lemmate*), gubernatorum *B*, gerariam (*i. e.* onerariam) *CD* merces *Nonius* emit: sue *B* 88 patra *B* 89 ipse abnumerat 90 uana *B* ⟨a⟩ puero D^2 *fort. recte* (*certe nihil contra valent quae exposuit Abrahamus stud. Pl. 226 sq.*) 92 his sic *Bothius* (is sic *Bachius in Studemundi stud. 2, 361*): isset nauim *CD* 93 rodum *B* 95 facto 96 peculum *B* 101 quam *B* muliere *Scaliger cf. Cas. 863* pulchior *CD* 102 illi *B* 104 ora *B* 105 dicens pro *Nonius 137* munem *item Nonius* (*s. munia*) 106 quid opus uerbis *B* emi *Pius:* mi *B* (*cf. 400*), mihi *CD; post Bentleium* emi ⟨eam⟩ *scribunt. sed v. 533 ostendere videtur plura hic intercidisse, puta* emi ⟨atque habui mulierem mecum usquequaque ut uolueram⟩ atque aduexi heri, *nisi forte sufficit* emi ⟨habui⟩ atque

eam me ádvexisse nolo resciscat pater.
modo eam reliqui ad portum in navi et servolum.
sed quid currentem servom a portu conspicor,
quem navi abire vetui? timeo quid siet.

ACANTHIO I 2

Ex súmmis opibus víribusque usque éxperire, nítere,
erus ut minor opera tua servetur: agedum, Acanthio,
abige abs te lassitudinem, cave pigritiae praeverteris.
simul enicat suspiritus (vix suffero hercle anhelitum),
simul autem plenis semitis qui adversum eunt: aspellito,
detrude, deturba in viám. haec disciplina hic pessumast:
cúrrenti properanti haud quisquam dignum habet decedere.
ita trés simitu res agendae sunt, quando unam occeperis:
et currendum et pugnandum et autem iurigandum est in via.
CHAR. Quid illúc est quod ille tam expedite exquirit cursuram sibi?
curaest, negoti quid sit aut quid nuntiet. ACAN. Nugas ago.
quam restito, tam maxime res in periclo vortitur.
CHAR. Mali nescio quid nuntiat. ACAN. Genua hunc cursorem deserunt;
perii, seditionem facit lien, óccupat praecordia,
perii, animam nequeo vertere, nimis nihili tibicen siem.
[CHAR. At tu edepol sume laciniam atque absterge sudorem tibi.]
numquam edepol omnes balineae mi hanc lassitudinem eximent.
domin án foris dicam esse erum Charinum? CHAR. Ego animi pendeo.
quíd illud sit negoti lubet scire, ex hoc metu ut eximar.
ACAN. Át etiam asto? at etiam cesso foribus facere hisce assulas?

---

107 rescitat *B*, reciscat *D* 110 uetituite meo (ti *eras.*) *B* sit *CD* ACHANTIO SERVVS. CHARINVS ADOLESCENS (serv. *et* ad. *om. CD*) *P* 112 agendum achantio (*et sic nomen ubique*) 113 accepi abste *B* praeuerteris *perfectum* (*cf. Dousa expl. 3, 14*); praeuertier *Saracenus* (ς) 114 emicat *B* spiritus *CD* 115 plenis semitis *Ritschelius:* plenissimetis *CD*, plenissime *B* *versus 114. 115 recte distinxit Vssingius* 116 detrudetur iam in *B* haec hic d. *Camerarius* 117 *octonarius quales ceteri sic fiat:* currénti haud q. d. h. et properanti decedere. *cf. ad 121* heu *B* 118 itres *B* simitu *B*, *Nonius 175:* simul *CD* 119 iurgandum *CD* 120 illud *B* 121 curast, *corr. Ritschelius* *fort.* quid siet, quid nuntient *B* 122 resisto, *corr. Bentleius* 125 nihil, *corr. Camerarius* 126 *versus insulsus hic an aptiore loco interpolatus sit non refert* (*post 127 posuit Acidalius, post 137 Bothius*) sume *B:* sume tibi *CD* 127 *cf. Kaempfius de pron. pers. 28* eximeant *B* 128 domi nam *B* 129 scire me ex hoc metu ut (metuit *B*) sim certus, *correxi* (me *del. Spengelius*, *natum ex sequente* metu); *cf. v. 127 Rud. 232. nolui* ut metu 130 assto *D*, asstro *C* his cassulas (*cf. 799 et saepe*)

ápeinte aliquis. ubi Charinus est erus? dómin est an foris?
num quísquam adire ad ostium dignum arbitratur? Char. Ecce me,
Acanthio, quem quaeris. Acan. Nusquamst disciplina ignavior.
Char. Quae té malae res ágitant? Acan. Multae, ere, te átque me.
Char. Quid ést negoti? Acan. Périimus.
Char. Principium ⟨id⟩ inimicis dato.
Acan. At tibi sortito id optigit.
Char. Loquere íd negoti quidquid est. Acan. Placide, volo adquiescere.
tua causa rupi ramites, iam dudum sputo sanguinem.
Char. Resinam ex melle Aegyptiam vorato, salvom feceris.
Acan. At edepol tu calidam picem bibito, aegritudo abscesserit.
Char. Hóminem ego iracundiorem quam te novi neminem.
Acan. At ego maledicentiorem quam te novi neminem.
Char. Sin saluti quod tibi esse censeo, id consuadeo?
Acan. Apage istiusmodi salutem, ⟨cum⟩ cruciatu quae advenit.
Char. Dic mihi, an boni quid usquamst, quod quisquam uti possiet
sine malo omni, aut ne laborem capias cum illo uti voles?
Acan. Nescio ego istaec: philosophari numquam didici neque scio.
ego bonum, malum quo accedit, mihi dari haud desidero.
Ch. Cedo tuam mihi dexteram, agedum, Acanthio. Ac. Em dabitur, tene.
Char. Vin tu te mihi obsequentem esse an nevis? Acan. Opera licet
experiri, qui me rupi causa currendo tua,
ut quae scirem scire actutum tibi liceret. Char. Liberum
caput tibi faciam ⟨cis⟩ paucos mensis. Acan. Palpo percutis.
Char. Egon ausim tibi usquam quicquam facinus falsum proloqui?
quin iam prius quam sum elocutus, scis si mentiri volo. Ac. Ah,
lassitudinem hercle verba tua mihi addunt, enicas.

131 charinum *B*, carinus *D* erus est *Ritschelius* (*posui* est erus): seruus *B*, erus *CD* domine stant fores *B* 134 *sq. disponit ut s. B* 134 *trimetrum agnovit Vssingius* res mala *B*, *cf. Luchsius in Studem. stud. 1, 26* multa ececte *B* 135 perimus 136 ⟨id⟩ *Lachmannus* 138 tui *Nonius 166* ramites *B:* tramites *CD*, ramices *Nonius; cf. Poen. 540, Caesar diss. Argent. 11, 316* iam dudum: atrum dum *Nonius* 141 ego *om. CD* 144 ⟨cum⟩ *Pylades* 145 possit 148 quod *B* 149 mihi tuam *B* dextram agendum agedum: *non repetit* cedo; *cf. Abrahamus stud. Pl. 183* hem *CD* 150—165 *post Ritschelium Vssingius Ribbeckius p. 4* (*149—165*) *et item Langenus stud. Pl. 305 sq. retractatori tribuerunt; quibus accedere non possum* 150 obesse sequentem, *corr. Scaliger* 151 qui: quam *B* 153 ⟨cis⟩ *Acidalius et Dousa* (*cf. Truc. 348*) percutit *Nonius 163* 156 eloquius *B* scis si *Camerarius:* scisset *B*, scisse *CD* ha *B*

Ch. Sicine mi obsequens es? Ac. Quid vis faciam? Ch. Tun? id quod volo.
Ac. Quid ⟨id⟩ est igitur quod vis? Ch. Dicam. Ac. Dice. Ch. At énim placide volo.
Acan. Dormientis spectatores metuis ne ex somno excites?
Char. Vae tibi. Acan. Tibi equidem a portu adporto hoc — Char. Quid fers? dic mihi.
Acan. Vim metum, cruciatum curam, iurgiumque atque inopiam.
Char. Perii, tu quidem thensaurum huc mi adportavisti mali.
nullus sum. Ac. Immo es — Ch. Scio iam, miserum dices tu. Ac. Dixi ego tacens.
Char. Quid istuc est mali? Acan. Ne rogites, maxumum infortunium est.
Char. Obsecro, dissolve iam me; nimis diu animi pendeo.
Acan. Placide, multa exquirere etiam prius volo quam vapulem.
Char. Hercle vero vapulabis, nisi iam loquere aut hinc abis.
Acan. Hoc sis vide, ut palpatur. nullust, quando occepit, blandior.
Char. Obsecro hercle oroque ut istuc quid sit actutum indices,
quandoquidem mihi supplicandum servolo video meo.
Ac. Tandem indignus videor? Char. Immo dignus. Ac. Equidem credidi.
Char. Obsecro, num navis periit? Acan. Salvast navis, ne time.
Ch. Quid alia armamenta? Ac. Salva et sana sunt. Ch. Quin tu expedis
quid siet quod me per urbem currens quaerebas modo.
Acan. Tu quidem ex óre orationem mi eripis. Char. Taceo. Acan. Tace.
credo, si boni quid ad te nuntiem, instes acriter,
qui nunc, quom malum audiendumst, flagitas me ut eloquar.
Char. Obsecro hercle te, istuc ut tu mihi malum facias palam.
Ac. Eloquar, quandoquidem me oras. tuos pater — Ch. Quid meus pater?

---

158 sicine *c. q. s. Acanthioni tribuuntur et personae permutantur usque ad v. 161* sitiine *B* tum *B* 159 ⟨id⟩ *Pylades et Bentleius cf. ad Amph. 442* placidem *B* *servum iracundum (cf. 157) placide loqui ipsius verbo (136 cf. 167) iubet* 161 a: ad *B* *ambigue loquitur, ut* hoc *et accusativus audiatur et adverbium* 162 *cf. 848. 870, Pacuv. v. 301.* uim metum *cf. Pacuv. 53 Laber. 102, Cic. pro Caec. 43 sq. de off. 2, 22, ac saepe ea coniungit.* cruciatum *ut v. 247* 163 peri thesaurum *BC* hunc *CD* 164 dices A. tu dixi (dixti *C*) ego (ergo *B*) taces (taceo *CD*, tacens *Beckerus*); *hoc dicit: non dicam, sed dixi mussans; cf. Cic. pro Sest. 40* tacendo loqui, *pro Cael. 3* tacitus respondet, *ac saepe* 166 iamne *B* 167 *sq. Meursius 169. 168. 167 hoc ordine posuit, quo omnis colloquii vis pervertitur* 168 iam: aiam *B* 169 *cf. 153: quo iure repetatur apparet* *versum post 170 iterum habet B* si *et* nullus st (nullus est *CD*) *B utrubique* palpator *CD* 174 ornamenta *B* 176 *cf. Stich. 718* 178 audiendum si *B* 179 uti *CD* palūm *BD*[1] 180 ocras *B*

Acan. Tuam amicam — Char. Quid eam? Acan. Vidit. Char. Vidit? vae misero mihi.
[hoc quod te rogo responde. Acan. Quin tu, si quid vis, roga.]
Ch. Qui potuit videre? Ac. Oculis. Ch. Quo pacto? Ac. Hiantibus.
Char. In hinc dierectus? núgare in re capitali mea.
Acan. Qui, malum, ego nugor, si tibi quod me rogas respondeo?
Char. Certen vidit? Acan. Tam hercle certe quám ego te aut tu me vides.
Char. Vbi eam vidit? Acan. Intus intra navem, út prope astitit;
et cum ea confabulatust. Char. Perdidisti me, pater.
eho tu, eho tu, quin cavisti ne eam videret, verbero?
quin, sceleste, ábstrudebas, né eam conspiceret pater?
Acan. Quia negotiosi eramus nos nostris negotiis:
armamentis complicandis [et] componendis studuimus.
dum haec aguntur, lembo advehitur tuos pater pauxillulo,
neque quisquam hominem conspicatust, donec in navem subit.
Char. Nequiquam, mare, subterfugi á tuis tempestatibus:
equidem me iam censebam esse in terra atque in tuto loco,
verum video med ad saxa ferri saevis fluctibus.
loquere porro, quid sit actum. Acan. Postquam aspexit mulierem,
rogitare occepit cuia esset. Char. Quid respondit? Acan. Ilico
occucurri atque interpello, matri te ancillam tuae
emisse illam. Char. Visun est tibi credere id? Acan. Etiam rogas?
sed scelestus subigitare occepit. Char. Illamne, obsecro?
Acan. Mirum quin me subigitaret. Char. Edepol cor miserum meum,
quod guttatim contabescit, quasi in aquam indideris salem.
perii. Acan. Em istuc unum verbum dixisti verissimum.

---

181 *cf. 479. 888* quid eam: quidam *B* 182 *post 185 posuit Acidalius, delevit Vssingius* (*cf. 214*) interrogo, *corr. Bentleius* 183 uidere potuit *Reizius* 184 in hoc *B,* i hinc *CD* capitalia *B* 185 respondebo *B* 187 eam. Ach. uidit *B* nauim *CD* *vel* uti prore (-ę *C*) asstitit *CD* 188 confabulatus est 189 Eho tu hoc cauisti *B* neue eam *CD* 190 abstrudebas sceleste *Guietus;* ⟨eam⟩ *vel* ⟨aliquo⟩ abstrudebas *Bentleius* 192 [et] *Camerarius* 193 paxillulo *Nonius 534* 194 conspicatus *B* naui super, *corr. amicus Acidalii* (nauim) 195 a tuis *Vahlenus Herm. 17, 597:* subter atuis *B,* saeuis *CD; cf. Bacch. 342* (*771*) temptatibus *B* 196 me iam *C:* meo iam *B,* iam me *D* 197 me *cf. Vahlenus l. s.* 198 loquero *B* actum *B:* actutum *CD; cf. 892, Langenus symb. 193* 199. 200 cui *B,* cuius *CD, corr. Rittershusius* illico *B* 201 occurri *CD* te: e *B* 202 uisusne est *Bothius:* uisunt *B,* uisum *CD* 203 subigitari *B* 204 quid *Nonius 401* 205 quo *Nonius 115* aqua *Nonius 115. 223* 206 hem *CD* *inter v. 206 et 207 aliquid intercidisse (fort. tantum* Char. heu *in fine v. 206) coniecit Bachius in Studemundi stud. 2, 274*

stultitia istaec est. CHAR. Quid faciam? credo, non credet pater.
si illam matri meae ⟨me⟩ emisse dicam; post autem mihi
scelus videtur, me parenti proloqui mendacium.
neque ille credet, neque credibile est forma eximia mulierem,
eam me emisse ancillam matri. ACAN. Non taces, stultissime?
credet hercle, nam credebat iam mihi. CHAR. Metuo miser,
ne patrem prehendat, ut sit gesta res, suspicio.
hoc quod te rogo responde ⟨quaeso⟩. ACAN. Quaeso quid rogas?
CHAR. Num esse amicam suspicari visus est? ACAN. Non visus est.
quin quicque ut dicebam mihi credebat. CHAR. Verum, ut tibi quidem
visus est. ACAN. Non, sed credebat. CHAR. Vae mihi misero, nullus sum.
sed quid ego hic in lamentando pereo, ad navem non eo?
sequere. ACAN. Si istac ibis, commodum obviam venies patri;
postea aspiciet te timidum esse atque exanimatum: ilico
retinebit, rogitabit unde illam emeris, quanti emeris:
timidum temptabit te. CHAR. Hac ibo potius. iam censes patrem
abiisse a portu? ACAN. Quin ea ego huc praecucurri gratia,
ne te opprimeret imprudentem atque electaret. CHAR. Optime. —

DEMIPHO II 1

Miris modis di ludos faciunt hominibus
mirisque exemplis somnia in somnis danunt.
velut ego nocte hac quae praeteriit proxuma
in somnis egi satis et fui homo exercitus.
mercari visus mihi sum formosam capram;
ei ne noceret quam domi ante habui capram
neu discordarent, si ambae in uno essent loco,
posterius quam mercatus fueram, visus sum
in custodelam simiae concredere.
ea simia adeo post haud multo ad me venit,

---

208 ⟨me⟩ *Acidalius* 210 exumia *C*[1]*D*[1], *cf. 260* 211 eam *cf. ad Poen. 302;* meae *Lomanus* 214 ⟨quaeso⟩ *Ritschelius; cf. 182* 215 non *usque ad* 217 uisus est *om. CD* 217 ue 218 *cf. Vahlenus Herm. 17, 596, Abrahamus stud. Pl. 227* nauim *CD* 220 postquam *ς* aspicit te *CD*, aspicite *B; de structura verbi vide ad Culicem p. 48 sq.* exanimatu *B* *versum post 221 posuit Brixius* 221 illa meneris *B* 222 ibi *B* 223 abisse quin ea *Camerarius:* quine *B*, quin *CD* hac *CD* 224 eiectaret *CD* DEMIPHO (DEMIFO *D*[2]) SENEX *BCD*[2] *de hoc somnio et altero quod in Rudente legitur cf. ad Rud. 593 sq.* 226 donant *CD*, clamant *B, corr. Pylades* (*Rud. 594*) 228 in somnis *bis CD* ful *B* 231 si *Merula:* nisi ambo nunc essent *B* 233 custodelam *Bothius:* custodiam; *cf. Rud. 625. 696* simie *C*, si**miae *D*, si ae *B* congredere *B* 234 *solet ponere* haud multo post (*Kellerhoffius in Studemundi stud. 2, 71 sq.*) *et* haud multo prius (*Pseud. 1094 Rud. 1055*)

male mihi precatur et facit convicium:
ait sése illius opera atque adventu caprae
flagitium et damnum fecisse haud mediocriter;
dicit capram, quam dederam servandam sibi,
suaé uxoris dotem ambedisse oppido.
mi illud videri mirum, ut una illaec capra
uxoris simiai dotem ambederit.
instare factum simia, atque hoc denique
respondet, ni properem illam ab sese abducere,
ad me domum intro ad uxórem ducturum meam.
atque oppido hercle bene velle illi visus sum,
ast non habere cui commendarem capram;
quo magis quid facerem cura cruciabar miser.
interea ad me haedus visust adgredirier,
infit mihi praedicare, sese ab simia
capram abduxisse, et coepit inridere me;
ego énim lugere atque abductam illam aegre pati.
hoc quam ad rem credam pertinere somnium,
nequeo invenire; nisi capram illam suspicor
iam me invenisse quae sit aut quid voluerit.
ad portum hinc abii mane cum luci simul;
postquam id quod volui transegi, atque ego conspicor
navem ex Rhodo quast héri advectus filius;
conlibitumst illuc mihi nescio qui visere:
inscendo in lembum átque ad navem devehor.
atque égo illi aspicio forma eximia mulierem,
filius quam advexit meus matri ancillam suae.

---

236 sese illius *CD:* se illius capram *B* 239 ampedisse *C,* ambededisse *B* 240 illaec *CD:* ancilla et una *B* 241 simiae *CD,* simia *B* dote dederit *B* 244 At *B* meum CD^1 245. 246 *inverso ordine, corr. Gulielmius* 245 illi *scil.* caprae 246 ast *cf. ad Capt. 683* 247 *incipit A (f. 289^r)* qua magis *A,* quod agis *P, corr. Camerarius* 249 sesse *A* 250 adduxisse *A* inrideri *A* 251 *ut s. A:* atque illam abductam conqueri *CD,* atque abductam conquiri *B* 254—265 *iterum scripti extant in alio folio codicis A* (*a*), *in quo praeter 262—265 perpauca legi possunt* 255 luci *A,* luce *P* 256 id *A:* id hic *B,* hic id *CD* atque *P:* ibi *A; cf. Baierus de Pl. fab. rec. 56* 257 *sic AP* (rodo *B,* nauim *CD, item 259*) *Priscianus 2, 67* qua heri est *Camerarius* 258 conlibitunst *A* illuc *A:* illud *CD, om. B* 259 *ut s. A:* ascendi in *CD,* escendum *B* ad ⟨eam⟩ *Ritschelius* aduehor (-eor *B*) *P* 260 ego illic *CD,* ego illam *B,* ibi ego *A; cf. Baierus p. 58. Mil. 288* eximia AD^2*:* exumia CD^1, eximiam *B*

quam ego postquam aspexi, non ita amo ut sani solent
homines, sed eodem pacto ut insani solent.
amavi hercle equidem ego olim in adulescentia,
verum ad hoc exemplum numquam, ut nunc insanio.
unum quidem hercle iam scio, periisse me;
vosmet videte ceterum quanti siem.
nunc hoc profecto sic est: haec illast capra;
verum hercle simia illa atque haedus mihi malum
adportant, atque eos esse quos dicam hau scio.
sed conticiscam, nam eccum it vicinus foras.

LYSIMACHVS II 2

Profecto ego illunc hircum castrari volo,
ruri qui vobis exhibet negotium.
Dem. Nec omen illud mihi nec auspicium placet.
quasi hircum metuo ne uxor me castret mea.
[atque illius haec nunc simiae partis ferat.]
Lys. I tu hinc ad villam atque istos rastros vilico
Pisto ipsi facito coram ut tradas in manum.
uxori facito ut nunties, negotium
mihi esse in urbe, ne me exspectet; nam mihi
tris hodie litis iudicandas dicito.
ei, et hoc memento dicere.

SERVVS

Numquid amplius?
Lys. Tantumst. Dem. Lysimache, salve. Lys. Euge, Demipho,
salveto. quid agis? quid fit? Dem. Quod miserrumus.

---

262 sanei *A*, sanọ *a* 263 insanei *Aa* 264 equidem hercle *Aa; cf. Luchsius Herm. 13, 499* 266 periei[sse] *A* 266. 267 *post v. 269 posuit Bothius* 268 seịç *A* 269. 270 *sic A* (m[ihi mal]ụṃ, *supplevit Ritschelius, et* deicam); *in P unus versus* sed simia illa atque hedus timeo quid uelint, *quem vindicare studet Baierus l. s. 133* 271 sed conticescam (-iscam *B cum A*) uicinum eccum exit foras *P, nisi quod* uicinus *ante corr. habuit D; atque nominativo opus est, cf. Niemeyerus de Pl. fab. rec. dupl. 6, Bachius in Studemundi stud. 2, 407* 272 LYSIMACHVS DEMIPHO *A*, DEMIPHO. LISIMACHVS. SENES·II· (s. II· *om. D*) LORARIVS (LOLARII *D*) DV (*om. B*) *P* 272 ircum *AP* 273 ụobeis *A*, nobis *P; adloquitur scilicet servum rure missum* 275 hircum *AC:* yrcum *D*, id quom (*i. e.* irquom, *cf. 575*) *B* me uxor *A* 276 ac metuo ne illaec simiae partis ferat *A* *versum interpolatum esse ostendit Ritschelius op. 2, 703 sq.* 278 ut cor[am] *A* 281 leiteis *et* deicit[o *A* 282 ei et (fiet *C*) *P:* i et *A* *fort.* dicere hoc memento 283 D. *om. A* eugae *A* 284 salueo *P* quid fit? quid agis? *Bothius*

Lys. Di melius faxint. Dem. Di hoc quidem faciunt. Lys. Quid est?
Dem. Dicam, si videam tibi esse óperam aut ōtium.
Lys. Quamquam negotiumst, si quid vis, Demipho,
non sum occupatus umquam amico operam dare.
Dem. Benignitatem tuam mi experto praedicas.
quid tibi ego aetatis videor? Lys. Acheruntieus,
senex vetus, decrepitus. Dem. Pervorse vides.
puer súm, Lysimache, septuennis. Lys. Sanun es,
qui puerum te esse dicas? Dem. Vera praedico.
Lys. Modo hercle in mentem venit, quid tu diceres:
senex quom extemplo est, iam nec sentit nec sapit,
aiunt solere eum rusum repuerascere.
Dem. Immo bis tanto valeo quam valui prius.
Lys. Bene hercle factum, et gaudeo. Dem. Immo si scias,
oculis quoque etiam plus iam video quam prius.
Lys. Benest. Dem. Malae rei dico. Lys. Iam istuc non benest.
Dem. Sed ausimne ego tibi eloqui fideliter?
Lys. Audacter. Dem. Animum advorte. Lys. Fiet sedulo.
Dem. Hodie ire in ludum occepi litterarium,
Lysimache. ternas scio iam. Lys. Quid ternas? Dem. Amo.
Lys. Tun capite cano amas, senex nequissime?
Dem. Si canum seu istuc rutilum sive atrumst, amo.
Lys. Ludificas nunc tu me hic, opinor, Demipho.
Dem. Decide collum stanti, si falsum loquor;
vel, ut scias me amare, cape cultrum ac seca
digitum vel aurem vel tu nasum vel labrum:
si movero me seu secari sensero,
Lysimache, auctór sum ut me amando enices.

---

285 dei *A* faxim *B*, facient *A* dẹi *A* quidst *A* 286 operam esse *Ritschelius* *audiendum* operam (quam mihi dare possis), *cf. 288, mira constructione;* operae aut otium *Muellerus, cf. Poen. 145 Trin. 628 sq.* 287 ueis *A* 289 exporto *A* 292 lusimache *B, item 304* 294 ercle (*item 298*) *et* deiceres *A* 295 est *del. Ritschelius* 296 rursum *ACD* 298 si *om. P* 299 oculẹis *A* 300 malae rei (*sic Vssingius*) *fort. in A fuit:* mala ere *B*, mala re *CD* bonum est *P* 301 aussimne *A* fideliter *A* (*cf. Curc. 333*): siquid uelim *P* 303 eire *A* occepi in ludum *A* literarum *P* 304 amo *P:* scio *A* 305 senex nequissime homo *A* 306 rutilunst siue atrunst *A* 307 heic *A* 308 stanti si falsum *A:* si falsum stati *B*, si falsum ad te *CD; cf. Varro rer. rust. 1, 50, 2* loquar *P* 309 ac *om. P* 310 nassum *A* 311 sei *A* 312 secando *Niemeyerus*, amputando *Ribbeckius p. 24, sed παρὰ προσδοκίαν infertur* amando. *tetigisse videtur Philemo Epicuri sententiam κἂν στρεβλωθῇ ὁ σοφὸς εἶναι αὐτὸν εὐδαίμονα* (*v. Vseneri Epicur. 338*)

Lys. Si umquam vidistis pictum amatorem, em illic est.
nam meo quidem animo vetulus decrepitus senex
tantidemst quasi sit signum pictum in pariete.
Dem. Nunc tu me, credo, castigare cogitas.
Lys. Egon té? Dem. Nihil est iam quod tu mihi suscenseas:
fecere tale ante alii spectati viri.
humanum amarest, humanum autem ignoscerest:
ne sís me obiurga, hoc non voluntas me impulit.
Lys. Quin non obiurgo. Dem. At ne deteriorem tamen
hoc facto ducas. Lys. Egon te? ah, ne di siverint.
D. Vide sís modo etiam. L. Visumst. D. Certen? Lys. Perdis me.
hic homo ex amore insanit. numquid vis? Dem. Vale.
Lys. Ad portum propero, nam ibi mihi negotium est.
Dem. Bene ambulato. Lys. Bene vale. — Dem. Bene sit tibi.
quin mihi quoque etiamst ad portum negotium.
nunc adeo ibo illuc. séd optume gnatum meum
video eccum. opperiar hominem. hoc nunc mihi viso opust,
huic persuadere quo modo potis siem,
ut illam vendat neve det matri suae;
nam ei dono advexe audivi. sed praecauto opust,
ne hic illam me animum adiecisse aliqua sentiat.

CHARINVS II 3

Homó me misérior nullúst aeque, opínor,
neque ádvorsa cuí plura sínt sempitérna;
satin quídquid est, quam rem agere óccepi,

---

314 uetulus *P:* plane *A* (*quod ad* tantidemst *pertinet*); *cf. Epid. 666* 315 tantidest *A,* tam idem est *B* 318 aliei *et* uirei *A,* spectate *B ante corr. 1 m.* 319. 320 humanum autem ignoscere est *P:* atque id ue̩l (*vel* uei) opti̩ngit deum *A; utrumque attici poetae esse potest: Epicureum ignoscere est* (*frg. 594. 585*), *Stoicum non ignoscere* (*Stob. Flor. 46, 50; Sen. de clem. 2, 7*); *alterum post Euripidem* (*ἐρᾷς· τί τοῦτο θαῦμα; σὺν πολλοῖς βροτῶν — τόλμα δ' ἐρῶσα· θεὸς ἐβουλήθη τάδε*) *plurimi, cf. ad Aul. 737* (*v. s. v. 285*). *atque utramque sententiam continet v. sq., ut difficilis sit diiudicatio* 321 sis *A:* scis *P* *τούτων δ' αὐθαίρετον οὐδέν* (Soph. Oed. C. 523), *cf. Men. frg. 618 K.* 322—357 *deest A* 322 qui, *corr. Pylades* 323 egone athene desiuerint (dessiu. *C*), *corr. Camerarius* 327 ualete *B,* ualeto *CD, corr. Guietus* 328 etiam si *B* 329 cnatum *B* 330 operiar *B* uisost opus, *corr. Acidalius* 331 persuade, *corr. D^2* sim 332 ille uendat ne uendat matri *B* 333 nam idoneo *B* praecautost opus, *corr. Pylades* 335 charinvs adolescens. demipho senex (ad. *et* sen. *om. D*) *BCD* nullus est atque *B* 336 *cf. Aul. 147* 337 occepit *B*

proprium nequit mihi evenire quod cupio?
ita míhi mala res aliqua óbicitur,
bonum quaé meum comprimit cónsilium.
míser amicam míhi paravi, ánimi causa, pretio + eripui,
ratús clam patrém ⟨me⟩ meúm posse habere:
is rescivit et vidit, et perdidit me;
neque is cum roget quid loquar cogitatumst,
ita animi decem in pectore incerti certant.
nec quid corde nunc consili capere possim
scio, tantus cum cura meost error animo,
dum servi mei perplacet mihi consilium,
dum rursum haud placet nec pater potis videtur
induci ut putet matri ancillam emptam esse illam.
nunc si dico ut res est atque illam mihi me
emisse indico, quem ad modum existumet me?
atque illam abstrahat, trans mare hinc venum asportet;
scio saevos quam sit, domo doctus. igitur
hócine est amare? arare mavelim, quam sic amare.
iam hínc olim invitum domo extrusit ab se,
mercatum ire iussit: ibi hoc malum ego inveni.
úbi voluptatem aegritudo vincat, quid ibi inest amoeni?
nequíquam abdidi, abscondidi, abstrusam habebam:
muscast meus pater, nil potest clam illum haberi,
néc sacrum nec tam profanum quicquam est, quin ibi ilico adsit.
nec, qui rebus meis confidam mi ulla spes in corde certast.
Dem. Quíd illuc est quod solus secum fabulatur filius?
sollicitus mihi nescio qua re videtur. Char. Attatae,

---

338 nequid *B* evenire: esse id *Goetzius; fort.* numquam evenit. *sed verbum trochaeos indicat, cf. 341* (sátin quidquid est quam rem ágere occepi, próprium nequit mihi éuenire quód cupio, ita mihí mala res aliqua óbicitur bonum quaé meum | cómprimit consilium) 341 exemi *Ribbeckius p. 29 cl. v. 486, ubi apparet unde eximenda sit; fort. adiectivum latet. cf. 973* 342 ⟨me⟩ *Bentleius* 344 nequis *B* cogitat unde est *B* 345 *cf. Volcac. de poet. v. 1* 347 meus terror *B* 348 mei serui *CD* 353 atque: a me *Vssingius; versum ante hunc intercidisse coniecit Ritschelius* 354. 355 igitur: dico *Studemundus; v. 356 rectius ante v. 359 legatur (cf. 362. 363). in A, qui versuum 358—372 initiorum paucas litteras servavit, v. 358 non a* merc— *incepit* 356 hocin *B, D ex corr.*, hoccine *C* 357 ⟨me⟩ inuitum *Ritschelius* extruxit *B* 358 ạc̣ṃ— *A* 360 abscondi *CD* abstruxsam *B* 362 quicquam si quid *B* 363 certa *om. CD* (est in corde *C*) 364 est *om. CD* solum *B* fabuletur *CD* 365 qua de re *Luchsius; cf. 369* atate *CD*, at tace *B*

meus patér hic quidem est quem video. ibo, adloquar. quid fit, pater?
DEM. Vnde incedis, quid festinas, gnate mi? CHAR. Recte, pater.
DEM. Ita volo, sed istúc quid est, tibi quod commutatust color?
numquid tibi dolet? CHAR. Nescio quid meo animost aegre, pater.
poste hac nocte non quievi satis mea ex sententia.
DEM. [Per mare ut vectu's, nunc oculi terram mirantur tui.
CH. Magis opinor — D. Id est profecto; verum actutum abscesserit.]
ergo edepol palles. si sapias, eas ac decumbas domi.
CHAR. Otium non est: mandatis rebus praevorti volo.
DEM. Cras agito, perendie agito. CHAR. Saepe ex te audivi, pater:
rei mandatae omnis sapientis primum praevorti decet.
DEM. Age igitur; nolo advorsari tuam advorsum sententiam.
CHAR. Salvos sum, siquidem ísti dicto solida et perpetuast fides.
DEM. Quid illuc est quod ille á me solus se in consilium sevocat?
[iam] nón vereor ne illam me amare hic potuerit resciscere;
quippe haud etiam quicquam inepte feci, amantes ut solent.
CHAR. Res adhuc quidem hercle in tutost, nam hunc nescire sat scio
de illa amica; quod si sciret, esset alia oratio.
D. Quin ego hunc adgredior de illa? CH. Quin ego hinc me amolior?
eo ego, ut quae mandata amicus amicis tradam. DEM. Immo mane;
paucula etiam sciscitare prius volo. CHAR. Dic quid velis.
DEM. Vsquene valuisti? CHAR. Perpetuo recte, dum quidem illic fui;
verum in portum huc ut sum advectus, nescio qui animus mihi dolet.
DEM. Nausea edepol factum credo; verum actutum abscesserit.
sed quid ais? ecquam tu advexti tuae matri ancillam e Rhodo?

---

366 *ut s. B:* me]us pa]ter— *A,* meus quidem hic pater est *CD* ibo *om. B* 368 quod: quid *B* quid istuc *Bachius in Studemundi stud. 2, 234* 370 postea *CD* me 372 *ante* id *pers. sp. om. A ut vid.* *utrumque versum notavit Vssingius (versus 387—389 Ritschelius). scilicet qui versus 371. 372 pro v. 389 finxit, totius loci 373—389 compendium in actione fieri volebat* 373—388 *paucorum versuum exitus apparent A* 373 palle *CD* 375 agiopere die *B* 378 dicito *B* 379 illa me *CD,* mea me *B, corr. Angelius* (hic a me *Anspachius de Bacch. 25*) sed *B* seuocat *P:* -ecat *A* (segregat? *Schoellius*) 380 [iam] *Brixius* uereo *CD* 381 aut faciam ante ut *B* 382 huc *B* 385 amicus *CD:* amicum *B* *mandata scilicet peregri accepta pro amicitiae fide amicis tradet.* amicus amicis *quam explicationem habeat alibi exposui* 386 scisscitare D^1, suscitare *B; potius* sciscitari (*Ritschelius*) 387 usque *B* 388 quia nimis *B* 389 nause *B* *cf. 372. optime incipit sciscitationem a valetudine qui incerto pede viam ad ipsam rem adfectet* 390—406 *pauca in versuum initiis servavit A* 390 aduexit *B,* aduexi *C* e *om. B* (*cf. e. g. Bacch. 574*) rohdo *B*

Char. Advexi. Dem. Quid? ea ut videtur mulier? Ch. Non edepol mala.
Dem. Vt moratast? Char. Nullam vidi melius mea sententia.
D. Mihi quidem edepol visast, quom illam vidi. Ch. Eho an vidisti, pater?
Dem. Vidi. verum non ex usu nostrost, neque adeo placet.
Ch. Qui vero? D. Quia †non nostra formam habet dignam domo.
nihil opust nobis ancilla nisi quae texat, quae molat,
lignum caedat, pensum faciat, aedis verrat, vapulet,
quaé habeat cottidianum familiae coctum cibum:
horunc illa nihilum quicquam facere poterit. Char. Admodum.
ea causa equidem illam emi, dono quam darem matri meae.
Dem. Ne duas, neve te advexisse dixeris. Char. Di me adiuvant.
Dem. Labefacto paulatim. verum quod praeterii dicere,
neque illa matrem satis honeste tuam sequi poterit comes,
neque sinam. Char. Qui vero? Dem. Quia illa forma matrem familias
flagitium sit si sequatur; quando incedat per vias,
contemplent, conspiciant omnes, nutent, nictent, sibilent,
vellicent, vocent, molesti sint; occentent ostium:
impleantur élegeorum meae fores carbonibus.
atque, ut nunc sunt maledicentes homines, uxori meae
mihique obiectent lenocinium facere. nam quid eost opus?
Char. Hercle qui tu recte dicis, et tibi adsentior.
sed quid illá nunc fiet? Dem. Recte. ego emero matri tuae

---

391 aduexẹi *A* 393 *sic AP; fort.* mihi quoque edepol (m. quoque ita pol *Ritschelius; cf. e. g. Pseud. 1215 Trin. 900*) eo *B* *versus v. 391 melius excipiat* 394 nostro si *B* 395 noenu *vel* ⟨enim⟩ non *Ritschelius; cf. 405* nostram *B*¹ 396 opus, *corr. Ritschelius* 397 *versum in l. XXVII posuerat Lucilius* (*v. 589*), *unde adfert Nonius 271 et 420* (ac uapulet *pro* uapulet *p. 420*) 398 familia *B* *cf. Thielmannus in Woelfflini arch. 2, 394 versum ante 397 ponit Schoellius* 399 nihil umquam *B,* numquam quicquam *J. Langius in Fleckeiseni ann. 1894, 277* admodum *seni continuatur, Charino dedit Seyffertus ind. phil. 13, 530* 400 caussa *A* emi: mi *B* *hoc dicit: non operi rustico eam destinavi, sed matri pedisequam; quibus respondetur 404 sq.* 401 neduas *C:* netuas *B,* nedes *in ras. D, de A non constat* (ụịṇṣ — *vel* ṇ . . . s —?, *non* ne duas). *cf. Aul. 238* 402 pạ — *suo loco habet A recte haec personis assignat P* (*A n. l.*). di me adiuuant *Charinus dicit, qui sane matri eam dare nisi coactus noluit, clam habere voluit;* labefacto paulatim *Demipho, qui quam maxime uxorem ab illa prohibere cupit* 406 ṣei *A* 407—423 *perpauca in versibus extremis servavit A* 407 omnes *om. CD* nectent 408 nocent molestis innocent *B* 409 meae fores carbonibus elegeorum *P,* (carbo)nịbus *in fine ut vid. A, corr. Bothius* 411 obicient *B* lenocinum *C,* lenocium *D* 412 dices *B* ṃ *paullo ante* (ads)entior *A;* ⟨equidem⟩ adsentior *Ritschelius*

ancillam viraginem aliquam non malam, forma mala,
ut matrem addecet familias, aut Syram aut Aegyptiam:
ea molet, coquet, conficiet pensum, pinsetur flagro,
neque propter eam quicquam eveniet nostris foribus flagiti.
Char. Quid si igitur reddatur illi unde empta est? Dem. Minime gentium.
Char. Dixit se redhibere, si non placeat. Dem. Nihil istoc opust:
litigari nolo ego usquam, tuam autem accusari fidem;
multo edepol si quid faciendumst facere damni mavolo,
quam opprobramentum aut flagitium muliebre exferri domo.
me tibi illam posse opinor luculente vendere.
Char. Dum quidem hercle ne minoris vendas quám ego emi, pater.
Dem. Tace modo: senex est quidam, qui illam mandavit mihi
ut emerem ⟨aut⟩ ad istanc faciem. Char. At mihi quidam adulescens, pater,
mandavit ad illam faciem, ita ut illaec est, emerem sibi.
Dem. Viginti minis opinor posse me illam vendere.
Char. At ego si velim, iam dantur septem et viginti minae.
Dem. At ego — Char. Quin ego, inquam — Dem. Ah, nescis quid dicturus sum, tace.
tris minas accudere etiam possum, ut triginta sient.
Ch. Quo vortisti? D. Ad illum qui emit. Ch. Vbinamst is homo gentium?
Dem. Eccillum video. iubet quinque me addere etiam nunc minas.
Char. Hercle illunc divi infelicent, quisquis est. Dem. Ibidem mihi
etiam nunc adnutat addam sex minas. Char. Septem mihi.
Dem. Numquam edepol me vincet hodie. Char. Commodis poscit, pater.
Dem. Nequiquam poscit: ego habeo. Char. At illic pollicitust prior.
Dem. Nihili facio. Char. Quinquaginta poscit. Dem. Non centum datur.
potiue ut ne licitere advorsum ⟨mei⟩ animi sententiam?
maximam hercle habebis praedam: ita ille est, quoi emitur, senex;
sanus non est ex amore illius. quod posces feres.

414 uiracinem *B* 415 egipciam *C*, cypiam *B* 416 coquet *om. CD* pensetur 419 adhibere *B* placet *B* opus *B* 420 ego uos quam, *corr. Buechelerus* 422 exferri *B et fort. A:* ecferri *CD;* exfieri (*cf. Pers. 761 Mil. 1153*) *Abrahamus stud. Pl. 198* 423 *fort.* ⟨sed⟩ me 424—456 *deest A* 426 illam *cf. 443* 427 *supplevi* 428 mandauit ⟨ut⟩ *Vssingius* illa 431 sim *ς, Beckerus in Studemundi stud. 1, 219* 432 tres *B* 433 ubi nastis *B* 434. 435 ecce illum *B* quoque *B* 436 illuc *B* dii *B*, di *CD, cf. Seyffertus stud. Pl. 6 adn.* 437 addam *a verbo pendet* mihi *scil. meus adnutat addam* 438 *Charino continuatur, corr. Guietus* me uincet hodie *bis CD* 439 *fort.* ⟨quam⟩ ego habebo CD^{2} pollicitus est *B* 440 nihil *B* 441 potinne *B* ne *om. B* litigere *CD,* liceret *B, corr. Camerarius* ⟨mei⟩ *Scaliger* 442 cui emitur *CD:* qm̄ (*i. e.* quom, *ut saepe*) mentitur *B*

Char. Certe edepol adulescens ille, cui ego emo, efflictim perit
eius amore. Dem. Multo hercle ille magis senex, si tu scias.
Char. Numquam edepol fuit neque fiet ille senex insanior
ex amore quam ille adulescens cui ego do hanc operam, pater.
D. Quiesce, inquam. istanc rém ego recte videro. C. Quid ais? D. Quid est?
C. Non ego illám mancupio accepi. D. Sed ille illam accipiet. sine.
Char. Non potes tu lege vendere illam. Dem. Ego aliquid videro.
Char. Post autem communest illa mihi cum álio. qui scio
quid sit ei animi, venirene eam velit an non velit?
Dem. Ego scio velle. Char. At pol ego esse credo aliquem qui non velit.
D. Quid id mea refert? C. Quia illi suam rem esse aequomst in manu.
D. Quid ais? C. Communis mihi illa est cum illo: is hic nunc non adest.
Dem. Prius respondes quam rogo. Char. Prius tú emis quam vendo, pater.
nescio, inquam, velit ille illam necne abalienarier.
Dem. Quid? illi quoidam qui mandavit tibi si emetur, tum volet,
sí ego emo illi qui mandavit, tum ille nolet? nihil agis.
numquam edepol quisquam illam habebit potius quam ille quem ego volo.
C. Certumnest? D. Censen certum esse? quin ad navem iam hinc eo,
ibi venibit. Char. Vin me tecum illo ire? Dem. Nolo. Char. Non places.
Dem. Meliust te, quae sunt mandatae res tibi, praevortier.
Char. Tu prohibes. Dem. At me incusato: te fecisse sedulo.
ad portum ne bitas, dico iam tibi. Char. Auscultabitur.
Dem. Ibo ad portum. ne hic resciscat, cauto opust: non ipse emam,
sed Lysimacho amico mandabo. is se ad portum dixerat
ire dudum. me moror quom hic asto. — Char. Nullus sum, occidi.
Pentheum diripuisse aiunt Bacchas: nugas maximas II 4
fuisse credo, praeut quo pacto égo divorsus distrahor.
cur ego vivo? cur non morior? quid mihist in vita boni?

---

444 certo *CD* efflectim *B* 448 agis, *corr. Dousa* 449 *tantum* sine *Demiphoni tribuitur, corr. Acidalius* accepit, *corr. Scaliger* 451 communest *B:* communis est *CD* *cf. ad Capt. 24* 452 uelit *alterum om. B* 453 *fort.* aliquid 454 id mea: deme *B* rem suam *B* in naui *B* 455 nunc hic *CD* 457 *accedit A* ille *om. A* 458 quid illic quidam *P*, sed ille quidam *A, corr. Bothius* tibi *usque ad* mandauit (*459*) *om. P* 460 edepol quisquam edepol *A* 461 certumnest *A:* certum est *P* nauim *CD* 463 melius te *A,* melius item *B* 464 at tu excusato (-tio *B*) *P* 465 uitas *B,* bites *CD* deico *A* 466 ne *A:* et ne *P* opus est *P* 467 deixerat *A* 468 heic *A* CHARINVS EVTÉYCHVS *A et* (*sine* É) *D,* CHARINVS EVTYCHVS (EVTICVS *B*) ADVLESCENTES B. II · C· (B. *et* C. *om. B*) *BC* *Eutychus iam per scaenam 2, 3 ab ostio auscultavit* (*477*) 469 aiiunt *A* 471 qur ergo ueiuo qur *A*

certumst, ibo ad medicum atque ibi me toxico morti dabo,
quando id mi adimitur, qua causa vitam cupio vivere.

EVTYCHVS

Mane, mane obsecro, Charine. Char. Quis me revocat? Evt. Eutychus,
tuos amicus et sodalis, simul vicinus proxumus.
Char. Non tu scis, quantum malarum rerum sustineam. Evt. Scio;
omnia ego istaec auscultavi ab ostio, omnem rem scio.
C. Quid id est quod scis? E. Tuos pater volt vendere — C. Omnem rem tenes.
Evt. Tuam amicam. Char. Nimium multum scis. Evt. Tuis ingratiis.
Char. Plurimum tu scis. sed qui scis esse amicam illam meam?
Evt. Tute heri ipsus mihi narrasti. Char. Satin ut oblitus fui,
tibi me narravisse? Evt. Hau mirumst factum. Char. Te nunc consulo.
responde: quo leto censes me ut peream potissimum?
Evt. Non taces? cave tu istuc dixis. Char. Quid vis me igitur dicere?
Evt. Vin patri sublinere pulchre me os tuo? Char. Sane volo.
E. Visne eam ad portum — C. Qui potius quam voles? E. Atque eximam
mulierem pretio? C. Qui potius quam auro expendas? E. Vnde erit?
Char. Achillem orabo, aurum ut mihi det, Hector qui expensus fuit.
Evt. Sanun es? Char. Pol sanus si sim, non te medicum mi expetam.
Evt. Tanti quanti poscit, vin tanti illam emi? Char. Auctarium
adicito vel mille nummum plus quam poscet. Evt. Iam tace.
sed quid ais? unde erit argentum quod des, quom poscet pater?
Char. Invenietur, exquiretur, aliquid fiet; enicas.
Evt. Iam istuc 'aliquid fiet' metuo. Char. Quin taces? Evt. Muto imperas.
C. Satin istuc mandatumst? E. Potin ut aliud cures? C. Non potest.
Evt. Bene vale. Char. Non edepol possum prius quam tu ad me redieris.
E. Melius sanus sis. C. Vale, vince ét me serva. E. Ego fecero.
domi maneto me. Char. Ergo actutum face cum praeda recipias. —

---

472 certunst *A* 474 qui *P, cf. ad Epid. 250* 475 simul *P:* et *A* 479 *cf. ad 181* tueis ingratieis *A* 480 sceis *A bis* meam esse amicam illam *A* 481 narrauisti *A, om. CD* satine *A*, statim *CD* 482 haud mirum factumst *P* 484 deixis, ueis, deicere *A* 485 uim *BD* sublinire (*ex* -niire) *B,* sublimere *D*¹ 486 quin *A* 487 eri[t] *A,* ateritis *P* 488 ut *om. P* 489 es pol: ess · · ol *A* sei *A* 490 poss[it] *A* auctorarium *A; cf. Paulus 14* 491 posset *A* 493 enicas *Eutycho tribuit P; cf. Ribbeckius p. 7* 495 aliquid *A* 497 meliust *A;* '*melius tibi consulueris si sanus sis*' *Lambinus, cf. Prop. 2, 34, 31* 498 [fac cu]m praed[a *A*, face cum praedam *P* lys[im]achvs p[asic]om[ps]a *AD,* lysimachvs senex. pasicompsa meretrix *P, nomina om. D* (*sed puella non est meretrix; cf. 685*)

LYSIMACHVS III 1

Amice amico operam dedi: vicinus quod rogavit,
hoc emi mercimonium. mea es tu, sequere sane.
ne plora: nimis stulte facis, oculos corrumpis tales.
quin tibi quidem quod rideas magis est, quam ut lamentere.

PASICOMPSA

Amabo ecastor, mi senex, eloquere — Lys. Exquire quidvis.
Pas. Cur emeris me. Lys. Tene ego? ut quod imperetur facias,
item quod tu mihi si imperes, ego faciam. Pas. Facere certumst
pro copia et sapientia quae te velle arbitrabor.
Lys. Laboriosi nil tibi quicquam operis imperabo.
Pas. Namque edepol equidem, mi senex, non didici baiolare
nec pecua ruri pascere nec pueros nutricare.
Lys. Bona si esse vis, bene erit tibi. Pas. Tum pol ego perii misera.
Lys. Qui? Pas. Quia illim unde huc advecta sum, malis bene esse solitumst.
Lys. Quasi dicas nullam mulierem bonam esse. Pas. Haud equidem dico,
nec mos meust ut praedicem quod ego omnis scire credam.
Lys. Oratio edepol pluris est huius quam quanti haec emptast.
rogare hoc unum te volo. Pas. Roganti respondebo.
Lys. Quid ais tu? quid nomen tibi dicam esse? Pas. Pasicompsae.
Lys. Ex forma nomen inditumst. sed quid ais, Pasicompsa?
possin tu, si usus venerit, subtemen tenue nere?
Pas. Possum. Lys. Si tenue scis, scio te uberius posse nere.
Pas. De lanificio neminem metuo, una aetate quae sit.
Lys. Bonam hercle te et frugi arbitror, matura iam + inde aetate

---

500 e[me]i *A* 501 talis *CD; A n. l.* 502 quin *A:* quid *B*, qui *CD* 503 mei *A* 504 qur emeris *AD*²*:* cur empris *CD*¹, curem prius *B* *spat. om. A* 505 *hoc dicit: quod ego item faciam, si tu mihi imperes, rem veneream scilicet, cf. 507.* quod imperetur *videbatur generaliter dictum esse, acumen in eo est quod deinde certa res notatur; hinc insolens relativi positio. cf. Asin. 846* certunst *A*, certum est *B*, certust *C*, certum *D* 507 laboriossi *A*, laboriose *P* 508 baiiolare *A* 509 pecua *A, Priscianus 1, 270:* pecula *CD*, peculia *B* 510 ueis *A* 511 (illim *AP*) 512 *post* 514 *P* 512 deicis *et* [d]eico *A* 513 omneis *A* *haec non cohaerent. aut pro 511 sic responderi debuit:* qui? quia, bonae si mulieri bene sit, nulli esse poterit *aut post 511 talia interciderunt:* L. sed hic bonis. P. tum mulieri bene esse poterit nulli 515 unum hoc *A* 516 deicam *A* 517 ex *P:* e *A* [indi]tunst *A* 518 sei [u]s-s[us *A* 519 sei *et* sceis *A* 521 bonae hercle te fruge *A; cf. 510 sq.* iam inde a matura aetate *Luchsius; fort.* matura tamen aetate

quom scis facere officium tuom, mulier. PAS. Pol docta didici.
operam accusari non sinam meam. LYS. Em istaec hercle res est.
ovem tibi eccillam dabo, natam annos sexaginta,
peculiarem. PAS. Mi senex, tam vetulam? LYS. Generis graecist;
eam si curabis, perbonast, tondetur nimium scite.
PAS. Honoris causa quidquid est quod dabitur gratum habebo.
LYS. Nunc, mulier, ne tu frustra sis, mea non es, ne arbitrere.
PAS. Dic igitur quaeso, quoia sum? LYS. Tuo ero redempta es rursum;
ego te redemi, ílle mecum oravit. PAS. Animus rediit,
si mecum servatur fides. LYS. Bono animo es, liberabit
ille te homo: ita edepol deperit, atque hodie primum vidit.
PAS. Ecastor iam bienniumst, quom mecum rem coëpit.
nunc, quando amicum te scio esse illius, indicabo.
LYS. Quid ais tu? iam bienniumst, quom tecum rém habet? PAS. Certo;
et intér nos coniuravimus, ego cum illo et ille mecum:
ego cum viro et ílle cum muliere, nisi cum illo aut ille mecum, 536a
neuter stupri causa caput limaret. LYS. Di immortales,
etiam cum uxore non cubet? PAS. Amabo, án maritust?
neque est neque erit. LYS. Nolim quidem. homo hercle periuravit.
PAS. Nullum adulescentem plus amo. LYS. Puer est ille quidem, stulta.
nam illi quidem hau sane diust quom dentes exciderunt.
PAS. Quid, dentes? LYS. Nihil est. sequere sis. hunc me diem unum oravit
ut apud me praehiberem locum, ideo quia uxor rurist. —

DEMIPHO III 2

Tandem impetravi ut egomet me corrumperem:
emptast amica clam uxorem et clam filium.

522 sceis *A* P. *om. P, pers. spat. ante* mulier *A* 524 ouem *A:* quem *P* [eci]llam *sive* (*probabilius*) [mi]llam (*sic Buggius, non apte, quae tonderi debeat*) *A,* ecce illam *CD,* ancillam *B;* '*quae in illis aedibus est*' dato *A* 525 mei *A* gracist *B,* grāst *i. e.* gratiast *CD* (e *sup.* a D^2) 526 sei curabeis *A* perbonast διὰ μέσον 527 ha[be]tur *A* (*scil.* habetor, *Schoellius*) 529 deic *A* cuia *CD,* cuius *B* redemptas *A* 530 ⟨illi⟩, ille *Ritschelius* mecum *A:* me *P* redieit *A* 531 sei *A* 532 te illic homo *Luchsius* 533 bieniunst *A* *cf. 535, ad Aul. 461* 534 incabo *A* 535 habet rem tecum *A* 536 it inter *A* et ille *P:* aut ille *A omisso propter homoeoteleuton versu 536a, quo careri non potest. recte Spengelius Philol. 23, 674. concepta verba repetit* 537 caussa *A* dei *A,* dii *P* 538 amabo ⟨te⟩ *Ritschelius* an maritusṭ *A:* amaturust *P* 539 homo *sq. Pasicompsae P* periurabit *A* 541 haud *P* diust *A:* diu si *CD,* diuisi *B* 542 L.: *spat. AB,* PAS. *CD* hunc *A:* huc *P* 543 aput me praeberem *A* ideo *P:* ideç feci *A,* id feci *Seyffertus* 544 DEMIPHO AD^2, DEMIPHO SENEX *BC, om.* D^1 ẹgomet mẹ ut *A* 545 uxore *A* clam filium *A:* iam filio *P*

certumst, antiqua recolam et servibo mihi.
decurso spatio breve quod vitae relicuomst
voluptáte, vino et amore delectavero.
nam hanc se bene habere aetatem nimiost aequius.
adulescens quom sis, tum quom est sanguis integer,
rei tuae quaerundae convenit operam dare;
demum igitur quom sis iam senex, tum in otium
te conloces, dum potes ames: id iam lucrumst
quod vivis. hoc ut dico, factis persequar.
interea tamen huc intro ad me invisam domum:
uxor me exspectat iam dudum esuriens domi;
iam iurgio enicabit, si intro rediero.
verum hercle postremo, utut est, non ibo tamen,
sed hunc vicinum prius conveniam quam domum
redeam; ut mihi aedis aliquas conducat volo,
ubi habitet istaec mulier. atque eccum it foras.

LYSIMACHVS III 3

Adducam ego illum iam ad te, si convenero.
Dem. Me dicit. Lys. Quid ais, Demipho? Dem. Est mulier domi?
Lys. Quid censes? Dem. Quid si visam? Lys. Quid properas? ⟨mane.⟩
Dem. Quid faciam? Lys. Quod opust facto facito ut cogites.
Dem. Quid cogitem? equidem hercle opus hoc facto existimo,
ut illo íntro eam. Lys. Itane vero, vervex? intro eas?
Dem. Quid aliud faciam? Lys. Prius hoc ausculta, atque ades:
prius etiamst, quod te facere ego aequom censeo.
nam nunc si illuc intro ieris, amplecti voles,
confabulari atque osculari. Dem. Tu quidem

---

546 certunst *A* 547 *ut s. P* (*sed* inspatio *pro* spatio, *cf. Lachmannus ad Lucr. p. 231, et* reliquumst): breue iam reliquom uitae spatiumst quin ego *A; cf. Stich. 81 Ter. Ad. 860 et Cic. Cat. m. 72* 550 seis *A* 551 tuae *AP:* te *Ritschelius* (*post* conuenit *Bothius*) querende *P* 552 seis iam *A:* si sim *CD,* sis *B* tunc *P* 553 potes ames id iam lucrunst *A:* potest aue sidiam (potest uersidiam *B*) lucro st *P* 554 uiuis *A:* uni (uno *B*) uis *P* (*i. e.* uuiuis) deico facteis *A* 555 nunc tamen interea ad me huc inuisam domum *AP, sed in P sequitur versus ut supra, quem genuinum verborum ordo probat, cf. Bachius in Studemundi stud. 2, 206* 556—589 *nihil fere legitur A* 556 exspectanti an dudum *B* 561 it BC^{2}: ut $C^{1}D$ LYSIMACHVS (LIS. *B*) DEMIPHO SENES ·II· DV (DV *om. B*, S. II· DV *om. D*) *BCD* 563 dicis *B* *interrogaturum* (*ut* quid ais *indicat*) *interpellat Demipho; cf. 455 sq.* 564 ⟨mane⟩ *Pylades* 565 opus est facito *om. CD* 566 exestimo *B* 567 illuc uerbex *CD, cf. Cas. 535* 568 atque: atque hoc *CD* 569 quo *CD,* quom *B* 570 illo introiris *CD* 571 ausculari *CD,* auscultari *B*

meum animum gestas: scis quid acturus siem.
LYS. Pervorse facies. DEM. Quodne ames — LYS. Tanto minus.
ieiunitatis plenus, anima foetida,
senex hircosus tu osculere mulierem?
utíne adveniens vomitum excutias mulieri?
scio pol te amare, quom istaec praemonstras mihi.
DEM. Quid si igitur unum faciam hoc? si censes, coquom
aliquem arripiamus, prandium qui percoquat
apud te hic usque ad vesperum. LYS. Em istuc censeo.
nunc tu sapienter loquere atque amatorie.
DEM. Quid stamus? quin ergo imus atque obsonium
curamus, pulchre ut simus? LYS. Equidem te sequor.
atque hercle invenies tu locum illi, si sapis:
nullum hercle praeter hunc diem illa apud med erit.
metuo ego uxórem, cras si rure redierit
ne illam hic offendat. DEM. Res parata est, sequere me. —

CHARINVS III 4

Súmne ego homo miser, qui nusquam bene queo quiescere?
si domi sum, foris est animus, sin foris sum, animus domist.
ita mi in pectore atque in corde facit amor incendium:
ni ex oculis lacrumae defendant, iam ardeat credo caput.
spem teneo, salutem amisi; redeat an non, nescio:
si opprimit pater quod dixit, exsulatum abiit salus;
sin sodalis quod promisit fecit, non abiit salus.
sed tamen dem si podagrosis pedibus esset Eutychus,
iam a portu rediisse potuit. id illi vitium maxumumst.

---

572 sim 573 amem *Scaliger;* quodne ames *scil. si osculeris?* (*cf. Lambinus*), *interrumpit dicens* tanto minus *scil. osculeris si amas; cf. 577* 574 ieiunitatis *Nonius 233:* ianutatis *CD*[1], iam etatis *BD*[2], *cf. ad Cas. 129* 575 ircosus *CD,* uir quosus *B* ausculere 577 *scilicet qui te amare dicis contra artis amatoriae praecepta peccas, cf. Ov. art. 3, 277* 578 factam *CD*, factum *B, corr. Gulielmius; fort.* unum hoc faciam 580 aput *B* 581 amatori loqueris et amatorie *Guietus, nec libenter carebimus artis vocabulo* 583 curemus, *corr. Camerarius* 584 illic *B* 585 hercle *om. B* me 586 u. e. m. *Goetzius* 588 CHARINVS EVTYCHVS (EVTICVS *B*) ADOLESCENTES DVO *BC, nomina ponit D*[2], *om. D*[1] 589—600 *in A perpauca in versuum initiis servata* 589 foris sum: foris est sum *B* 591 ni oculos lacrime *B* 592 amisi *non est perdidi, sed e manibus dimisi cf. Pseud. 709* 593 opprimit *vix sanum; non apte confertur Mil. 1209* exsolatum *B* 594 sẹịṇ *A* 595 demsi *B* dempsi *CD; solutum reliqui, sed* tamendem *esse puto quod* tandem. *alii* etiamsi, idem si 596 a: ad *B*

quod nimis tardus est advorsum mei animi sententiam.
sed in est, quem currentem video? ípsus est. ibo obviam.
nunc, quod restat, ei disperii: voltus neutiquam huius placet;
tristis incédit (pectus ardet, haereo), quassat caput.
Eutyche.

EVTYCHVS

Eu, Charine. Char. Prius quam recipias anhelitum,
uno verbo eloquere: ubi égo sum? hicine an apud mortuos?
Evt. Neque apud mortuos neque hic es. Char. Salvos sum, immortalitas
mihi data est: hic emit illam, pulchre os sublevit patri.
impetrabilior qui vivat nullus est. dice, obsecro:
si neque hic neque Acherunti sum, úbi sum? Evt. Nusquam gentium.
Char. Disperii, illaec interemit me modó oratio.
Evt. Odiosast oratio, cum rém agas longinquom loqui.
Char. Quidquid est, ad capita rerum perveni. Evt. Primum omnium:
periimus. Char. Quin tu illud potius nuntias quod nescio?
Evt. Mulier alienata est abs te. Char. Eutyché, capital facis.
Evt. Qui? Char. Quia aequalem et sodalem, liberum civem, enicas.
Evt. Ne di sierint. Char. Demisisti gladium in iugulum: iam cadam.
Evt. Quaeso hercle, animum ne desponde. Char. Nullust quem despondeam.
loquere porro aliam malam rem. cui est empta? Evt. Nescio.
iam addicta atque abducta erat, quom ad portum venio. Char. Vae mihi,
montis tu quidem mali in me ardentis iam dudum iacis.
perge, excrucia, carnufex, quandoquidem occepisti semel.
[Evt. Non tibi istuc mágis dividiaest, quam mihí hodie fuit.

597 mei *om. B* 598 in *P:* isne *A, cf. Pareus* *post hunc versum versus 842. 843 inserunt AP* 599 nunc quod *BC:* nunc quid *D*, nunc q — *A*, numquid *Merula* hei *Saracenus:* et ei *P;* spei *Vssingius* *in A sub finem* qu— *in A versus sequitur sic incipiens:* sẹ · q (*deinde v. 600* tr—) 600 cedit *Bothius; cf. ad Asin. 405* pectus ardet *cf. 590 sq.* *ante* 601 *nova scaena ut vid. A* 601—619 *pauca servata A* 601 eutiche *P* 604 pulchros subleuit *B* 605 dic *B ex corr.:* dico 606 sei̥ *A* acheronti *CD* 607 *potius* istaec modo ⟨una⟩ *Vssingius; fort.* uno ⟨uer⟩bo, *cf. 602* 608 *Charini, corr. Vssingius* odiosa est *Camerarius:* odio sane *CD*, hodie sat st *B*, od — *A* longinquam *B* *argutatur Eutychus ut 603. 628. 649 sq., cf. 629* 609 omnium *B:* ịomnium *A, om. CD* 610 perimus 611 eutiche *CD*, cutiche hec *B* 612 ciuem liberum *CD* enẹcas *A* 613 desierint *B*, descrint *CD* (i)ụgulụm *A:* gulum *P* 614 nullus est *P* 615 rem malam (-a *D*) *CD* *vel* quoei 618 [carnu]f[ex] *AD:* carnufexa *C*, carnifexa *B* 619—680 *deest A* 619—624 *cf. Ritschelius, Goetzius act. Lips. 6, 258. 268, Ribbeckius p. 5 sq.; versus inserti ut careri posset versibus 615—618 et 625—637* 619 non *Varro de l. l. 7, 60:* nec diuidia est *Varro:* diuidiae est *hiatum etiam Varro habet (cf. Berg-*

C. Dic, quis emit? E. Nescio hercle. C. Em istúcinest operam dare
bonum sodalem? Evt. Quid me facere vis? Char. Idem quod me vides,
ut pereas. quin percontatu's, hominis quae facies foret
qui illam emisset: eo si pacto posset indagarier
mulier? heu me miserum. Evt. Flere omitte, istuc quod nunc agis.]
Evt. Quid ego feci? Char. Perdidisti me et fidem mecum tuam.
Evt. Di sciunt culpam meam istanc non esse ullam. Char. Eugepae,
deos absentis testis memoras: quí ego istuc credam tibi?
Evt. Quia tibi in manu est quod credas, ego quod dicam, id mi in manust.
Char. De istac ré argutus es, ut par pari respondeas,
ad mandata claudus caecus mutus mancus debilis.
promittebas te os sublinere meo patri: egomet credidi
homini docto rem mandare, is lapidi mando maximo.
Evt. Quid ego facerem? Char. Quid tu faceres? men rogas? requireres,
rogitares quis esset aut unde esset, qua prosapia,
civisne esset an peregrinus. Evt. Civem esse aibant Atticum.
Char. Vbi habitaret invenires saltem, si nomen nequis.
Evt. Nemo aiebat scire. Char. At saltem hóminis faciem exquireres.
Evt. Feci. Char. Qua forma esse aiebant ⟨igitur⟩? Evt. Ego dicam tibi:
canum, varum, ventriosum, bucculentum, breviculum,
subnigris oculis, oblongis malis, pansam aliquantulum.
Char. Non hominem mihi, sed thensaurum nescio quem memoras mali.
numquid est quod dicas aliud de illo? Evt. Tantum, quod sciam.
edepol ne ille oblongis malis mihi dedit magnum malum.
non possum durare, certumst exulatum hinc ire me.
sed quam capiam civitatem, cogito, potissimum:
Megares, Eretriam, Corinthum, Chalcidem, Cretam, Cyprum,

---

kius symb. 158) *apud Varronem secuntur corrupta* hoc eadem est in Corollaria Neuius. diuidia ab diuidendo *etc.*, *quod utrum ad vocabulum an ad versum pertinuerit nescitur, cf. Ribbeckius l. s.* 622 percunctatus pacies *BCD*[1] 623 eos *B* 624 fiere quod nunc agis, *scil. flere, subauditur* '*hanc rem age*' 625 ch. *praem.* ch.: e. *BC* 626 E. *om. BC* eugipe *CD*, euge pape *B*; *cf. Richterus in Studem. stud. 1, 525* 627 absentis testes *B*, absentes testis *CD* 628 quia: *respondet quasi* qui *significaverit cur, cum Charinus voluerit quo modo* (quin *Pistoris*, *vulgo*) mihi ea in, *corr. Bothius* (*scriptura hinc orta:* $\overset{\text{ea}}{\text{mihi}}$ in) 629 re ⟨tu⟩ *Ritschelius* 630 debiles *B ante corr.* 631 sublimere *CD* ego me *Ritschelius* 632 mandaris lepidi mando *B*, mandaris lapidi *CD*, *corr. Camerarius* 633 tu *om. CD* me non *B ante corr.* requereres *B* 635 aiebant 638 fora *B* ⟨igitur⟩ *Ritschelius* 639 uiarum *B* 640 pansum *CD* 641 thesaurum *CD* 646 megare seretriam *B*: megare feretriam *CD*, *cf. Pers. 137* chalcitam *B*, calchitam *CD*; *formam facile defendas, sed cf. 939*

Sicyonem, Cnidum, Zacynthum, Lesbiam, Boeotiam.
EVT. Cur istuc coeptas consilium? CHAR. Quia enim me adflictat amor.
EVT. Quid tu ais? quid cum illuc, quo nunc ire paritas, veneris,
si ibi amare forte occipias atque item eius sit inopia,
iam inde porro aufugies, deinde item illinc, si item evenerit?
quis modus tibi exilio tandem eveniet, qui finis fugae?
quae patria aut domus tibi stabilis esse poterit? dic mihi.
cedo, si hac urbe abis, amorem te hic relicturum putas?
si id fore ita sat animo acceptum est, certum id, pro certo si habes,
quanto te satiust rus aliquo abire, ibi esse, ibi vivere
adeo dum illius te cupiditas atque amor missum facit?
CHAR. Iam dixisti? EVT. Dixi. CHAR. Frustra dixti. hoc mihi certissumumst.
eo domum, patrem atque matrem ut meos salutem, postea
clam patrem patria hac effugiam, aut aliquid capiam consili. —
EVT. Vt corripuit se repente atque abiit. heu misero mihi,
si ille abierit, mea factum omnes dicent esse ignavia.
certumst praeconum iubere iam quantum est conducier,
qui illam investigent, qui inveniant. post ad praetorem ilico
ibo, orabo, ut conquaestores det mi in vicis omnibus;
nam mihi nil relicti quicquam aliud iam esse intellego. —

DORIPPA IV 1

Quoniam a viro ad me rus advenit nuntius,
rus non iturum, feci ego ingenium meum,
reveni, ut illum persequar qui me fugit.
sed anum non video consequi nostram Syram.
atque eccam incedit tandem. quin is ocius?

SYRA

nequeo mecastor, tantum hoc onerist quod fero.
DOR. Quid oneris? SYR. Annos octoginta et quattuor;

---

647 zagcintum *B*, zacingthum *CD; Priscianus 1, 36* Saguntum pro *Ζάκυνθος memorat* Lesbiam *τὴν Λεσβίαν ut τὴν Ῥοδίαν Curc. 444, cf. Bergkius lyr. 3 p. 470* boiotiam *B*, boetiam *CD* 650 sibi amare forti *B* 655 forte *CD* sit *B* certum *om. Taubmannus* (ς). *intellego 'certum sive etiam pro certo'; de asyndeto cf. Bacch. 1109* 656 te stat lustrus *B* 661 hei *Ritschelius, cf. 701. 770, Richterus in Studem. stud. 1, 465. 471* 662 factum *om. CD* omnis *CD* 663 lubere *CD* 665 ibo *om. CD* conquisitores, *cf. ad Amph. 65* 666 relicui *Angelius* DORIPPA MVLIER SYRA ANVS *BCD*[2] 668 *locutio suspecta, cf. Vssingius* 670 syriam *B* 671 incedit eccam *corr. Camerarius* 672 oneris est *CD* 673 *cf. Curc. 664, ad Asin. 56* quatuor *BD*

et eodem accedit servitus, sudor, sitis:
simul haec quae porto deprimunt. Dor. Aliquid cedo
qui hánc vicini nostri áram augeam.
da sane hanc virgam lauri. abi tu intro. Syr. Eo. —
Dor. Apollo, quaeso te, ut des pacem propitius,
salutem et sanitatem nostrae familiae,
meoque ut parcas gnato pace propitius.

SYRA

Disperii, perii misera, vae miserae mihi.
Dor. Satin tu sana es, obsecro? quid eiulas?
Syr. Dorippa, mea Dorippa. Dor. Quid clamas, obsecro?
Syr. Nescio quaest mulier intus hic in aedibus.
Dor. Quid, mulier? Syr. Mulier meretrix. Dor. Veron serio?
Syr. Nimium scis sapere, ruri quae non manseris.
quamvis insipiens poterat persentiscere

*

illam esse amicam tui viri bellissumi.
Dor. Credo mecastor. Syr. Ei hac mecum, ut videas semul
tuam Alcumenam paelicem, Iuno mea. —
Dor. Ecastor vero istuc eo quantum potest. —

LYSIMACHVS IV 2

Parumne ést malai rei, quod amat Demipho,
ni sumptuosus insuper etiam siet?
decem sí vocasset summos ad cenam viros,
nimium obsonavit. sed coquos, quasi in mari
solét hortator remiges hortarier,

---

674 eodem *cf. Mil. 1228 Pseud. 768 Ter. Hec. 34* 676 augeram, *corr. Merula ut cum Ritschelio secundum Bacch. 172 Apollinis nomen inferas, scribere possis* qui hanc uicini aram Apollinis nostri augeam. *sed fortasse* ⟨uerbenae,⟩ qui 677 S. *praem.* de *B* *fortasse* ⟨iám⟩ abi (*Pylades*) 680 pace *B:* parce *CD* pace propitius *cf.* pacer pase tua *Vmbrorum Porphyrio ad carm. saec. 33* Pl. in M. — inducit matrem familias precari Apollinem, nato suo ut parcat 681—713 *paucissima servata in A* 681 dispersi *P,* d]i[spe]r — *A* 682 sanas obsecro quod uolebas *B* 683 *conieci* Rodippa, Ródippa mea (*Ar. Lys. 370*) 684 mulier quae est *CD* 685 serie C^1D (serio *A*) 687 quamu[ci]s *A* *post hunc v. alius in A extabat incipiens ab* n (*vel* h, i, t); *atque desideratur tale sententiae supplementum:* illum non temere hic mansisse. ecastor palamst 689 i *CD* 690—692 *nihil A* 692 lysimachvs senex dv (dv *om. B*) *BC, om. D* *cf. Ter. Phorm. 546 Pacuv. v. 277 R.* malae 694 decem se — *A,* decem si ad cenam uocasset summos uiros, *correxi*

ita hortabatur. egomet conduxi coquom.
sed eum demiror non venire, ut iusseram.
sed quinam hinc a nobis exit? aperitur foris.

DORIPPA IV 3

Miserior mulier me nec fiet, nec fuit,
tali viro quae nupserim. heu miserae mihi.
em quoi te et tua, quae tu habeas, commendes viro,
em quoi decem talenta dotis detuli,
haec ut viderem, ut ferrem has contumelias.
Lys. Perii hercle, rure iam rediit uxor mea:
vidisse credo mulierem in aedibus.
sed quae loquatur exaudire hinc non queo.
accedam propius. Dor. Vae miserae mi. Lys. Immo mihi.
Dor. Disperii. Lys. Equidem hercle oppido perii miser.
vidit. ut te omnes, Demipho, di perduint.
Dor. Pol hoc est, ire quod rus meus vir noluit.
Lys. Quid nunc ego faciam nisi uti ádeam atque adloquar?
iubet salvere suos vir uxorem suam.
urbani fiunt rustici? Dor. Pudicius
faciunt, quam ílli qui non fiunt rustici.
Lys. Num quid delinquont rustici? Dor. Ecastor minus
quam urbani, et multo minus mali quaerunt sibi.
Lys. Quid autem urbani deliquerunt? dic mihi,
cupio hercle scire. Dor. Sed tu me temptas sciens. 721
quoia illa mulier intust? Lys. Vidistine eam? 719
Dor. Vidi. Lys. Quoia ea sit rogitas? Dor. Resciscam tamen. 720
Lys. Vin dicam quoiast? illa — illa edepol — vae mihi, 722
nescio quid dicam. Dor. Haeres. Lys. Haud vidi magis.

---

697 coquam *P*, —m *A* 699 quis nam *deleto* hinc *Ritschelius; cf. Herm. 18, 586* 700 DORIPPA MVLIER LYSIMACHVS (LIS. BD^2) SENEX SYRA ANVS *P* (*om.* D^1), *A n. l.* misereor *B* 701 *cf. ad 661* 703—707 *nihil A* 703 qui (*v. 702* cui) talentam *BC* 706 ⟨illam⟩ in *Ritschelius* 707 non quo, *corr. Pylades* 710 te *om. B* perdiunt *CD*, perdunt *B*, pe]r[dui]nt *A* 712 uti *A* (*ceterum cum P consentiens ut vid.*)*:* ut *P;* ut ⟨hanc⟩ *Bachius in Studemundi stud. 2, 358, cf. Langenus symb. 103* 713 iubet *P:* b[et *A* saluare *B* 714—751 *fere nihil A, cf. ad 729* 715 quam urbani qui *Goetzius* 716 nunquid *CD* delinquon *B*, delinqunt *C*, delinquunt *D* 721 *huc rettulit Bothius et inter personas divisit scribens* sic tu me temptas sciens? *Dorippae est in libris, cui ipsum non convenit* hercle 719 quia (720 *et praeter B* 722 cuia) intus st *B*, intus est *CD* 720 resiscam *B* 722 cui est *B cf. Trin. 907* (*Ribbeckius p. 3*) 723 *cf. Muellerus pros. 652*

Dor. Quin dicis? Lys. Quin si liceat — Dor. Dictum oportuit.
Lys. Non possum, ita instas; urges quasi pro noxio.
Dor. Scio, innóxiu's. Lys. Audacter quam vis dicito.
Dor. Dic igitur. Lys. Dicam. Dor. At qui dicundum est tamen.
Lys. Illast — etiam vis nomen dicam? Dor. Nihil agis,
manufesto teneo in noxia. Lys. Qua noxia?
ista quidem illa est. Dor. Quae illa est? Lys. Illa — Dor. + Iohia
Lys. Iam — si nihil usus esset, iam non dicerem.
Dor. Non tu scis quae sit illa? Lys. Immo iam scio:
de istac sum iudex captus. Dor. Iudex? iam scio:
nunc tu in consilium istam advocavisti tibi.
Lys. Immo sic: séquestro mihi datast. Dor. Intellego.
Lys. Nihil hercle istius quicquam est. Dor. Numero purigas.
Lys. Nimium negoti repperi. enim vero haereo.

COCVS IV 4

Agite ite actutum, nam mi amatori seni
coquendast cena. átque, quom recogito,
nobis coquendast, non ⟨quoi con⟩ducti sumus.
nam quí amat quod amat sí habet, id habet pro cibo:
videre, amplecti, ósculari, álloqui;
sed nos confido onustos redituros domum.
ite hac. sed eccum qui nos conduxit senex.
Lys. Ecce autem perii, coquos adest. Coc. Advenimus.
Lys. Abi. Coc. Quid, abeam? Lys. St, abi. Coc. Abeam? Lys. Abi.
Coc. Non estis cenaturi? Lys. Iam saturi sumus.
Coc. Sed — Lys. Intérii. Dor. Quid ais tu? etiamne haec illi tibi

---

727 at qui *CD*, at quid *B;* dicam, ⟨at⟩ *Seyffertus ind. phil. 13, 533* 728 illa est *Camerarius:* illa sunt (funt *C*) 729 *cf. Cas. 507* innoxia es, *corr. Dousa* qua ⟨in⟩ *Abrahamus stud. Pl. 185* *in A versum ab* m *incipientem unus qui periit sequebatur, deinde incipiens* ḍịç . . ç — *vel fortasse* de istac (*cf. 736*) 730 *cf. Richterus in Studem. stud. 1, 584; fort.* quoia east? 731 iam *scil. scio, sed interrumpit sermonem et se offirmat quasi secreta res sit* 732—735 (*scil. lacunam statuerat Ritschelius*) illaec *Bothius* 737 aduocasti *CD* 738 *Festus 339* et Pla[utus —] sic sequestro mihi data — 739 purgas 741 LISIMACHVS DORIPPA COCVS *B*, LYSIMACHVS COCVS EIDEM *C*, COCVS LYSMACVS DORIPPA SIRA D^2, *om.* D^1 742 coquenda cenast *Bothius* regito *CD* 743 *supplevit Camerarius* 745 ausculari *CD*, auscultare *B* *delet Ritschelius. ordo hic esse debuerit* videre conloqui amplecti oscularier *vel* (*cf. 570 sq.*) v. a. c. o. *cf. Asin. 523; Donatus ad Eun. 4, 2, 12; 2, 3, 75 Porphyrio ad Hor. carm. 1, 13, 15* 747 eite *BD*, fite *C* 749 Abii B^1 abeamne? *Camerarius* abei *C*, abii B^1D^1 751 sed interii, *personas addidi*

iusserunt ferri, quos inter iudex datu's?
Coc. Haecin tua est amica, quam dudum mihi
te amare dixti, quom obsonabas? Lys. Non taces?
Coc. Satis scítum filum mulieris. verum hercle anet.
Lys. Abin díerectus? Coc. Haud malast. Lys. At tu malu's.
Coc. Scitam hercle opinor concubinam hanc. Lys. Non abis?
non ego sum qui te dudum conduxi. Coc. Quid est?
immo hercle tu istic ipsus. Lys. Vae misero mihi.
Coc. Nempe uxor rurist tua, quam dudum dixeras
te odisse aeque atque anguis. + Lys. Egone istuc dixi tibi?
Coc. Mihi quidem hercle. Lys. Ita me amabit Iuppiter,
uxor, ut ego illud numquam dixi. Dor. Etiam negas?
palam istaec fiunt, te me odisse. Lys. Quin nego.
Coc. Non, non te odisse aiebat, sed uxorem suam;
et uxórem suam ruri esse aiebat. Lys. Haec east.
quid mihi molestu's? Coc. Quia novisse me negas;
nisi metuis tu istanc. Lys. Sapio, nam mihi unicast.
Coc. Vin me experiri? Lys. Nolo. Coc. Mercedem cedo.
Lys. Cras petito; dabitur. nunc abi. Dor. Heu miserae mihi.
Lys. Nunc ego verum illud verbum esse experior vetus:
aliquid mali esse propter vicinum malum.
Coc. Cur hic astamus? quin abimus? incommodi
si quid tibi evénit, id non est culpa mea.
Lys. Quin me eradicas miserum. Coc. Scio iam quid velis:

752—761 *pauca leguntur in A* 752 i]nṭeṛ *ACD:* interii *B* 753 haecin [eṣṭ] poṛ . . . . sse[t q]uam dudum mihi *A* 754 dix[tei *A,* dixisti *P* 755 ṣatin *A* f[ilu]m *A,* filium *P* 757 op[in]or *A:* opinor sane *P* non *P:* q[uin] *A, cf. 778* 758 conduxi: *iocus inest in prima persona* (ẹọ . . . . . *A*) 759 (ist)uc *AP*, *corr. Pylades* ua]ẹ *A:* ue *P* 760 ru]rist *A,* rure st *B,* rus est *CD* deixeras *ut vid. A* 761 aeque atque *CD:* aequẹ *A* (*vel fort.* atque) *B* anguis *B,* [ang]uẹṣ *A,* angis *CD;* anguem *Hermannus. talem orationis formam olim fuisse cogitari potest:* quam odisse dixeras | dudum aeque atque angues 762—790 *praesto est A* 762 *sic AP, hiatum removerit* med 763 deixi̩ *A* 764 *post* 765 *P* Do. *praem. P, cf. Ribbeckius p. 19* 765 sed uxorem *A:* uxorem uerum *P* (*et* non *in initio semel CD*) 766 suam uxorem *A* 767 nouiṣse me [ne]gaṣ *A:* me non nouisse ais *P non deterius* 768 n]isi *A:* ni *P; hoc dicit: nisi non negas sed metuis, non ex animo sed metu coactus loqueris; cf. Brixius ad Trin. 233, Lorenzius ad Mil. 377* 769 uein ṃe experirei *A* uolo *P* 770 heu *A:* eu *P* 771 L. *Pylades: om.* 773 *sic AP* (qur heic *et* quein *A*) *cf. Capt. 479 al.* 774 quid *P:* quid secus *A; ad* incommodi *videtur varia lectio ex coniectura ascripta fuisse, puta* quin abimus nos? secus | si quid *e. q. s.; cf. Goetzius cf. ad Curc. 271* 775 quein *A* me erradicas *A,* me radicas *P* ueleis *A*

nempe me hínc abire vis. Lys. Volo inquam. Coc. Abibitur.
drachmam dato. Lys. Dabitur. Coc. Dari ergo sis iube.
dari pótest interea dum illi ponunt. Lys. Quin abis?
potine ut molestus ne sis? Coc. Agite apponite
obsonium istuc ante pedes illi seni.
haec vasa aut mox aut cras iubebo abs te peti
sequimíni. — Lys. Fortasse te illum mirari coquom,
quod venit atque haec attulit. dicam quid est.
Dor. Non miror si quid damni facis aut flagiti.
nec pol ego patiar, sic me nuptam tam male
measque in aedis sic scorta obductarier.
Syra, i, rogato meum patrem verbis meis,
ut veniat ad me iam simul tecum. — Syr. Eo. —
Lys. Nescis negoti quid sit, uxor, obsecro.
conceptis verbis iam iusiurandum dabo,
me numquam quicquam cum illa — iamne abiit Syra?
perii hercle. ecce autem haec abiit. vae misero mihi.
at te, vicine, di deaeque perduint,
cum tua amíca cumque amationibus.
suspicione implevit me indignissime,
concivit hostis dómi: uxór acerrumast.
ibo ad forum atque haec Demiphoni éloquar,
me istanc capillo protracturum esse in viam,
nisi hinc abducit quo volt ex hisce aedibus.
uxor, heus uxor, quamquam tu irata es mihi,

---

776 ueis *A* 777 drachman *B*, dragmam *CD* da[rei] *et* se[is *A* ⟨iam⟩ dari *Ritschelius*, ⟨quin⟩ *Nordenus mus. Rhen. 49, 206* 778 darei *et* ill[ei *A* *nihil hic est in quo haerendum sit. v. 767 cum coquo senex leniter agere incipit. is mercede promissa v. 773 abeundum esse suis nuntiat, sed senem vexare nondum desinit, denique auctarium poscit* 779 seis *A* 781 haequaṣsa *A* 782 sequiminei *A*, sequiminin *CD; de mensura cf. Bacch. 1205 Cas. 165* (*in anapaestis quidem*) coqum *A* 783 quid est *P:* id quid est *A* 784 sei *et* damnei *A* 785 seic *A* 786 aedeis seic *A* 787 ei *B* (i *ACD*) uerbeis meeis *A:* uerbis meis sy Eo *B* (sy Eo *om. v. 788*), meis uerbis *CD* 788 semul *P* (*non A ut vid.*), simitu *Ritschelius, cf. 847;* S. licet *Bachius p. 206* (*Most. 930*) 789 nesceis *A* 790 concepteịs uerbeis *A in hoc v. desinens* 793 perdiunt *C* (i *s. v.*) *D*, perdunt *B* 795 suspitionibus *B*, suspicionum *Dousa, cf. Brixius ad Men. 901. fort.* suspicione *pro* suspicionis; *v. ad 880, Poen. 701. 1290* 796 *hostes domi habere tristissimum; et uxor, si hostis est, acerrima hostis. hiatum* (*cf. 845*) *removerit* domi ⟨mi⟩, *cf. Ritschelius* 797 Demiphoni haec *Pylades* 798 istac capillo protacturum *B* 799 hisc *B*

iubeas, si sapias, haec intró auferrier:
eadem licebit mox cenare rectius. —

SYRA IV 5

Era quo me misit, ad patrem, non est domi:
rus abiisse aibant. nunc domum renuntio.

EVTYCHVS

Defessus sum urbem totam pervenarier:
nihil investigo quicquam de illa muliere.
sed mater rure rediit, nam video Syram
astare ante aedis. Syra. Syr. Quis est qui me vocat?
Evt. Erus atque alumnus tuos sum. Syr. Salve, alumne ⟨mi⟩.
Evt. Iam mater rure rediit? responde mihi.
Syr. Sua quidem salute ac familiai maxuma.
Evt. Quid istúc negotist? Syr. Tuos pater bellissumus
amicam adduxit intro in aedis. Evt. Quo modo?
Syr. Adveniens ḿater rure eam offendit domi.
Evt. Pol haud censebam istarum esse operarum patrem.
etiam nunc mulier intust? Syr. Etiam. Evt. Sequere me. —
Syr. Ecastor lege dura vivont mulieres IV 6
multoque iniquiore miserae quam viri.
nam si vir scortum duxit clam uxorem suam,
id si rescivit uxor, impunest viro;
uxor virum si clam domo egressa est foras,
viro fit causa, exigitur matrimonio.
utinam lex esset eadem quae uxori est viro;
nam uxor contenta est, quae bona est, uno viro:
qui minus vir una uxore contentus siet?
ecastor faxim, si itidem plectantur viri,
si quis clam uxorem duxerit scortum suam,

---

801 sapeas *B* intro ⟨hinc⟩ *Pylades* 803 SYRA ANCILLA. EYTICVS ADOLESCENS (ANC. *et* AD. *om.* D^2) BCD^2 quom *B* 804 abisse aiebant 805 defessus su *C*, defessum *B* 806 iuuestigio *C*, inuenisti ergo (g) *B* 809 ⟨mi⟩ *Pylades* 811 cum quidem salute afamilia maxuma, *corr. Camerarius* 812 bellisumus BD^1 816 mulier nunc *B* intus est *novae scaenae inscriptum* SYRA 817–829 *quam pravo iudicio vel inducant vel post v. 804 ponant docebit Euripidis Medea 244 sq.* (*cf. El. 1036 sq.*) *et 184 sq.* 817 uiuolunt *B ante corr.* 821 uiro, *corr. Pareus, cf. Langenus symb. 230*; clam *postpositum, ut duo nomina iuxta ponerentur* 822 matrumonio *D ex corr., C* 823 uiro *usque ad* (*824*) bona est *om. B*

ut illae éxiguntur quae in se culpam commerent,
plures viri sint vidui quam nunc mulieres. —

CHARINVS V 1

Límen superum ínferumque, salve, simul autem vale:
hunc hodie postremum extollo mea domo patria pedem.
usus, fructus, victus, cultus iam mihi harunc aedium
interemptust, interfectust, alienatust. occidi.
di penates meum parentum, familiai Lar pater,
vobis mando, meum parentum rem bene ut tutemini.
ego mihi alios deos penatis persequar, alium Larem,
aliam urbem, aliam civitatem: ab Atticis abhorreo;
nám ubi mores deteriores increbrescunt in dies,
ubi qui amici, qui infideles sint nequeas pernoscere
ubique id eripiatur, animo tuo quod placeat maxume,
ibi quidem si regnum detur, non cupita est civitas.

EVTYCHVS V 2

Divom atque hominum quae spectatrix atque era eadem es hominibus,
spem speratam quom obtulisti hanc mihi, tibi grates ago.
ecquisnam deus est, qui mea nunc laetus laetitia fuat?
domi erát quod quaeritabam: sex sodales repperi,
vitam, amícitiam, civitátem, laetitiam, ludum, iocum;
eorum inventu res simitu pessumas pessum dedi,
iram, inimicitiam, maerorem, lacrumas, exilium, inopiam

---

828 illa que insculpam conuenirent *B* 830 CHARINVS ADOLESCENS (AD. *om. B*) *BCD*² superam *B*, superum⟨que⟩ *Ritschelius* uale *D:* uabe *C*, salue *B* 832 harum *Nonius 449* 833 interitus interfectus est *Nonius* 834 familiae 839 ubique, *corr. Palmerius* sient 840 ubi qui deripiatur, *corr. Scioppius* 841 est cupita *CD*, est cupida *B*, *corr. Weisius* EVTICVS CHARINVS ADVLESCENS (AD. *om. BD*²) *BCD*² 842. 843 *hic et post v. 598 extant (b c d), illic etiam in A extabant (842* ḍị — *843* ṣpeṣ —) 842 dium *Bb* speratrix *utrubique, corr. ς; cf. frg. com. adesp. 1326 K.* *ἡ τὰ θνητῶν καὶ τὰ θεῖα πάντ᾽ ἐπισκοποῦσα — Τύχη.* superatrix *Ribbeckius p. 28, cf. Baierus comment. Hertz. 271 sq.* (*quod non tam apte sequatur* era) eadem *om. b* 843 spem speratam (speratae *b*, sperata *c*), *cf. Symmachus p. 330, 19 (or. 3, 2) S.* noui saeculi spes [s]perata; *Krollius de Symm. stud. 28;* insperatam *Brixius, cf. Men. 1081* quam *BCD* hunc *bcd* tibi *om. BCD* 844 fiat *CD*, fiet *B*, *corr. Camerarius* 845 erat ⟨id⟩ *Guietus* querit abiam (abii *B*²) *B* 846 ciuitatem *trisyllabum* 847 inuentu res *Camerarius:* inuenturus *C*, inuentūrus *D*, inuentu st *B* sim tu *B* 848 *post* inimicitiam *exhibet* stultitiam exitium pertinatiam *verba suo loco redeuntia B respondet ira ioco, maeror ludo, lacrumae laetitiae, exilium civitati, inopia*

[solitudinem, stultitiam, exitium, pertinaciam].
date, di, quaeso conveniundi mi eius celerem copiam.
Char. Apparatus sum ut videtis: abicio superbiam;
egomet mihi comes, calator, equos, agaso, armiger,
egomet sum mihi imperator, idem egomet mihi oboedio,
egomet mihi fero quod usust. o Cupido, quantus es.
nam tu quemvis confidentem facile tuis factis facis,
eundem ex confidente actutum diffidentem denuo.
Evt. Cogito quonam égo illum curram quaeritatum. Char. Certa res
me usque quaerere illam, quoquo hínc abductast gentium;
neque mihi ulla obsistet amnis nec mons neque adeo mare,
nec calor nec frigus metuo neque ventum neque grandinem;
imbrem perpetiar, laborem sufferam, solem, sitim;
non concedam neque quiescam úsquam noctu neque dius
prius profecto quam aut amicam aut mortem investigavero.
Evt. Nescio quóia vox ad aures mi advolavit. Char. Invoco
vos, Lares viales, ut me bene tutetis. Evt. Iuppiter,
estne illic Charinus? Char. Cives, bene valete. Evt. Ilico
sta, Charine. Char. Qui me revocat? Evt. Spes, Salus, Victoria.
Ch. Quid me voltis? E. Ire tecum. Ch. Alium comitem quaerite,

---

vitae; sic Ribbeckius l. s. 12 sq., qui delevit v. 849 (cf. Loewius praef. XIII) et agnovit amplificatorem qui versus 24 sq. finxit; idem interpolatum versum locum occupasse dixit desiderati post eum a Ritschelio, quo Charinus nominatus fuerit. solitudo ad inopiam pertinet (Cic. pro Quinct. 5, pro Rosc. Am. 20, ad Q. fr. 1, 1, 25), pertinacia ad iram (de fin. 1, 28). cf. Ter. Ad. 303 851 ut ut *B* 852 caltor *B* agas *B*, agaso ⟨sum⟩ *Ritschelius* armier *B, C ante corr.* 854 egomet — usust *mire languent post 852. 853* occupido *B*, cupido *CD*, *Nonius 421* (cupido q. es) 857 ego *om. CD* rest *B*, res est *CD* 859 *Nonius 191* neque ulla mihi obstauit (*i. e.* obstabit) amnis nec mons atque adeo mare; *cf. Stich. 287* 860 nec calor nec frigus *ad praecedentia trahi vetat oratio. Nonius 200* calor generis neutri: Plautus Mercatore: neque frigus neque calorem metuo, *schol. georg. 2, 344* (frigusque caloremque) fuit autem prior lectio 'frigusque calorque' ut Plautus: néque frigus nequé calor metuo (*ut Noni auctor; cf. Buechelerus mus. Rhen. 15, 442*). *nomen nescio ubi in vetere poesi legatur praeter Ennii Epicharmum apud Varronem de l. l. 5, 60* frigori miscet calorem 861 *de labore post caeli iniurias cf. Tib. 1, 2, 29 sq., sed fort. recte Ribbeckius p. 13 versum notavit* 862 dius *D:* dnis *C*, uis *B; Nonius 98* diu — Pl. Merc. *adlato v. Cas. 820 (huc rettulit Buechelerus mus. Rhen. 15, 440 sq.)* 864 cuia uox *CD:* cui uox *corr. ex* cui noxa *B* auris *B* 865 diales *Nonius 476; idem testatur et exemplis comprobat* tutetis (*cf. Amph. 651*), *pro quo quod* uiuetis *B praebet*, iuuetis *scripsit Camerarius, neque aptius (cf. e. g. Tib. 1, 10, 15 sq.) neque auctoritati codicum quae per hanc fabulam valet convenienter* 866 ⟨heus⟩ ilico *Bothius*

non amittunt hi me comites qui tenent. Evt. Qui sunt ei?
Char. Cura, miseria, aegritudo, lacrumae, lamentatio.
Evt. Repudia istos comites atque hoc respice et revortere.
Char. Siquidem mecum fabulari vis, subsequere. Evt. Sta ilico.
Char. Male facis, properantem qui me commorare. sol abit.
Evt. Si huc item properes ut istuc properas, facias rectius:
huc secundus ventus nunc est; cape modo vorsoriam:
hic favonius serenust, istic auster imbricus;
hic facit tranquillitatem, iste omnis fluctus conciet.
recipe te ad terram, Charine, huc. nonne ex advorso vides,
nubis atra imberque ⟨ut⟩ instat? aspice ad sinisteram,
caelum ut est splendore plenum atque ut dei is⟨tuc vorti iubent⟩?
Char. Religionem illic ⟨mi⟩ obiecit: recipiam me illuc. Evt. Sapis.
o Charine, contra pariter fer gradum et confer pedem,
porge bracchium. Char. Prehende. iam tenes? Evt. Teneo. Char. Tene.
Evt. Quo nunc ibas? Char. Exulatum. Evt. Quid ibi faceres?
Char. Quod miser.
Evt. Ne pave, restituam iam ego te in gaudio antiquo ut sies.
maxime quod vis audire, id audies, quod gaudeas
[sta ilico, amicus aduenio multum beneuolens].
tuam amicam — Ch. Quid eam? E. Vbi sit ego scio. Ch. Tune, obsecro?
Evt. Sanam et salvam. Char. Vbi eam salvam? Evt. Ego scio.
Char. Ego me mavelim.

---

870 lacrum uel *B* 871 hoc *i. e.* huc 876 hic serenus fauonius est hic *CD* 878 recipite, *corr. Camerarius* non ne *CD:* non me *B* 879. 880 ater ⟨ut⟩ *Guietus* aspice *ς:* aspice non *CD*, aspiciae non *B; ex* aspicin *corruptum videtur* ad sinisteram (at sinistera *C*, adsinistram *B*) atque ut (ut *om. B*) detis | caelum ut est splendore (splendore est *CD*) plenum exaduorso uides *codd., ubi* ex aduorso uides *iniuria iteratum et* atque ut detis *suo loco pulsum esse vidit Ritschelius; hoc supplevi ut feci propter* religionem *v. 881.* splendore *pro* splendoris, *cf. 795* 881 ilic *B*, illi *CD; suppl. Ritschelius* 882 garine *BC* 883 porrige, *cf. Pseud. 708* porrige — tenes *Eutycho continuatur,* teneo *Charino,* tene — ibas *Eutycho tribuitur, corr. Ritschelius* 884 Quod B^1CD qui tibi *CD* faceres *Lachmannus:* facer his *CD*, facere uis *B;* ⟨ut⟩ faceres *Muellerus pros. 654, cf. Madvigius ad Cic. de fin. p. 248* quot *BD* miser *B ex corr.:* miserst (miser est D^1) 885 in gaudiantique (-antque *B*) ut sis, *corr. Luchsius* 886 it *C, om. B* audis, *corr. Camerarius* quod gaudeas: Ch. quid ego audiam? *Ritschelius; cf. Cist. 545; fort. versus qui olim sequebatur ab erroneo qui nunc sequitur expulsus est* 887 atuenio bene uoles *versum post v. 872 posuit Ritschelius sic correctum:* ⟨nam⟩ amicus ⟨tibi beneuolenti⟩ adu. m. b.; *fuisse puto* sta i., ⟨nam⟩ amicus ⟨amico⟩ 888 tuine *B ante corr.,* tume atumne *CD* (*scriptura ex v. l. orta*) 889 ego *CD:* quo ego *B;* id quoque ego *Goetzius* malim *B*, mauetim *CD*

EVT. Potin ut animo sis tranquillo? CHAR. Quid si mi animus fluctuat?
EVT. Ego istum in tranquillo quieto tuto sistam: ne time.
CHAR. Obsecro te, loquere ⟨propere⟩ ubi sit, ubi eam videris.
quid taces? dic. enicas me miserum tua reticentia.
EVT. Non longe hinc abest a nobis. CHAR. Quin ergo commostras, si vides? †
EVT. Non video hercle nunc, sed vidi modo. CHAR. Quin égo videam facis?
EVT. Faciam. CHAR. Longum istuc amantist. EVT. Etiam metuis? omnia
commonstrabo. amicior mihi nullus vivit atque is est
qui illam habet, neque est quoi magis me vélle melius aequóm siet.
CHAR. Non curo istunc, de illa quaero. EVT. De illa ergo ego dico tibi.
sane hoc non in mentem venit dudum, ut ubi ⟨sit dicerem⟩.
CHAR. Dic igitur, ubi illa est? EVT. In nostris aedibus. CHAR. Aedis probas,
si tu vera dicis; pulchre aédificatas arbitro.
sed qui ego istúc credam? vidistin an de audito nuntias?
E. Egomet vidi. CH. Quis eam adduxit ad vos? E. ⟨Vt⟩ inique rogas.
quid tua refert, qui cum istac venerit? CHAR. Dum istic siet.
vera dicis? EVT. Nil, Charine, te quidem quicquam pudet;
est profecto. CHAR. Opta ergo ob istunc nuntium quid vis tibi.
EVT. Quid si optabo? CHAR. Deos orato ut eius faciant copiam.
EVT. Derides. CHAR. Servata res est demum, si illam videro.
sed quin ornatum hunc reicio? heus, aliquis actutum huc foras

---

890 tranquillam *B ante corr.*, *CD* sint antimus (animus *D ex corr.*), *corr. Buechelerus* fluctuant 891 in transquieto tuto sistam *CD*, intranquietu osistam *B, corr. Seyffertus* 892 ⟨propere⟩ *Ritschelius, idem* eloquere, *cf. 198* 893 recentia, *corr. Merula* 894 quin *CD:* cum *B* si *Guietus* (si tu ς): set ut a nobis *del. Camerarius*, ergo *Guietus; cf. Herm. 18, 586* 895 sed uidi ς: siuidit *B*, sit uidim *CD* quin ς*:* quem uideo *BC*, uidea *D* quin me ut u. f.? *Kienitzius et Vssingius. ad Amph. 442* 896 faciamlon cum istunc *cum spatio ante* cum, *corr. Pareus* emutuis *CD*, muttis *Ribbeckius* 897 conmonstrabor *CD,* Cha. cum monstrabor *B* 898 quoi *Pius:* qui *CD,* cum *B* me uelle me melius *codd.*, me melius uelle *Guietus* sient 899 non (nunc *B*) curam de istuc ulla (-am *CD*), *corr. Ritschelius* 900 ut tibi *B*, ut ob *CD, supplevi; ludere pergit gaudio elatus, scilicet primum dicendum fuerat ubi esset* 901 aedibust *Bothius, cf. ad Amph. 719* 902 arbitrio D^1, arbitror D^2 *cf. Cic. de off. 3, 55* (*Dousa*) 903 quid, *corr. Pylades* uidistis an de *Camerarius:* ante inotias 904 egomes CD^1 ad *om. CD* ⟨ut⟩ *Buechelerus* 905 *post* 906 *posui* (*Acidalius post 936, Bothius post 912*) Cha. *praem. B* carine *B* 906 tua ς*:* ima *CD,* ama *B;* id tua *Muellerus* CHAR. *add. Camerarius* istuc sit, *corr. Acidalius* 907 CH. *praem. B personas per 3 versus permutans* (CD^1 *inde a v. 864 personarum notas ponere neglegunt*) istuc 908 sit *CD* faciat copia 909 deridis illa uideor 910 quin: cum *B, item 915. 942* aliquis *Pylades:* aliquis est hunc

exite illinc, pallium mi ecferte. Evt. Em, nunc tu mihi places.
Char. Optume advenis, pueré, cape chlamydem atque istic sta ilico,
ut, si haec non sint vera, inceptum hoc itiner perficere exsequar.
Evt. Non mihi credis? Char. Omnia equidem credo quae dicis mihi.
sed quin intro ducis me ad eam, ut videam? Evt. Paulisper mane.
Ch. Quid, manebo? E. Tempus non est intro eundi. Ch. Enicas.
Evt. Non opus est, inquam, nunc intro te ire. Char. Responde mihi,
qua causa? Evt. Operae non est. Char. Cur? Evt. Quia non est illi commodum.
Char. Itane? commodum illi non est, quae me amat, quam ego contra amo?
omnibus hic ludificatur me modis. ego stultior,
qui isti credam. commoratur. chlamydem sumam denuo.
Evt. Mane parumper atque haec audi. Char. Cape sis, puere, hoc pallium.
Evt. Mater irata est patri vehementer, quia scortum sibi
ob oculos adduxerit in aedis, dum ruri ipsa abest:
suspicatur illam amicam esse illi. Char. Sonam sustuli.
Evt. Eam rem nunc exquirit intus. Char. Iam machaerast in manu.
Evt. Nam si eo ted intro ducam — Char. Tollo ampullam atque hinc eo.
Evt. Mane, mane, Charine. Char. Erras, me decipere haud potes.
Evt. Neque edepol volo. Char. Quín tu ergo itiner exsequi meum me sinis?
Evt. Non sino. Char. Egomet me moror. tu puere, abi hinc intro ocius.
iam in currum escendi, iam lora ín manus cepi meas.
Evt. Sanus non es. Char. Quin, pedes, vos in curriculum conicitis
in Cyprum recta, quandoquidem pater mihi exilium parat?

---

911 haec ferte   hem   mihi *Acidalius:* mihi ut   912 aduenieniens, *corr. Acidalius*   cape puere *Bothius*   clamidem   atque *Bothius:* atque haec istinc sat, *corr. Camerarius;* isti asta *Seyffertus in Bursiani actis 47, 101*   913 sint: sit *B*   itinere   914 quia edicis   tibi *B* (*scil.* credo, quae dicis, tibi)   915 quin: cum *B*   917 te *om. B*   ire res Ch. ponde, *corr.* D^2 918 commodi   919 contra amo ς: contraham *CD,* contra iam *B*   920 me ludificatur hic *Gulielmius, cf. Kaempfius de pron. pers. 28; fort.* hic ⟨homo⟩ stultitior *B*   921 quid *CD*   istic redam (reddam *CD*); istuc *Bachius in Studemundi stud. 2, 286*   clamidem   922 puer   923 mater *D:* mane *B, om. C*   924 oboculis, *corr. Merula*   926 macharast *CD,* macharest *B*   927 si eo: scio *B*   te   nunc eo si te *Ritschelius*   ampullum *B*   928 *fort.* ⟨obsecro⟩ Charine, *cf. 474*   potest *BC*   929 uolo edepol *CD*   itiner *CD, Nonius 482 Priscianus 1, 229:* iter *B*   sines *Nonius*   930 ego me moror *codd.*, egomet memor *Priscianus 1, 301, corr. Bothius; cf. Stich. 445*   puere *CD, testatur Priscianus:* puer *B*   931 cursum uescendi *B;* conscendi ς   hora *B*

Evt. Stultus es, noli istuc quaeso dicere. Char. Certum exsequist,
operam ut sumam ad pervestigandum, ubi sit illaec. Evt. Quin domist.
Char. Nam hic quod dixit, id mentitust. Evt. Vera dixi equidem tibi.
Char. Iam Cyprum veni. Evt. Quin sequere, ut illam videas quam expetis.
Char. Percontatus non inveni. Evt. Matris iam iram neglego.
Char. Porro proficiscor quaesitum. nunc perveni Chalcidem;
video ibi hospitem Zacyntho, dico quid eo advenerim,
rogito quis eam vexerit, quis habeat si íbi indaudiverit.
Evt. Quin tu istas omittis nugas ac mecum huc intro ambulas?
Char. Hospes respondit, Zacynthi ficos fieri non malas.
Evt. Nil mentitust. Char. Sed de amica se indaudivisse autumat,
hic Athenis esse. Evt. Calchas iste quidem Zacynthiust.
Char. Navem conscendo, proficiscor ilico. iam sum domi,
iam redii ⟨ex⟩ exilio. salve, mi sodalis Eutyche:
ut valuisti? quid parentes mei? valent mater pater?
bene vocas, benigne dicis: cras apud te, nunc domi.
sic decet, sic fieri oportet. Evt. ÷ Eloque ni somnias.
hic homo non sanust. Char. Medicari amicus quin properas ⟨mihi⟩?
Evt. Sequere sis. Char. Sequor. Evt. Clementer quaeso, calces deteris.
audin tu? Char. Iam dudum audivi. Evt. Pacem componi volo
meo patri cum matre: nam nunc est irata — Char. I modo.
Evt. Propter istanc. Char. I modo. Evt. Ergo cura. Char. Quin tu
ergo i modo.
tam propitiam reddam, quam quom propitiast Iuno Iovi. —

DEMIPHO V 3

Quasi tu numquam quicquam adsimile húius facti feceris.

---

935 uestigandum *B* 936 hic: id *CD* mentitumst *BD*² 938 percunctatus 939 calcidem *CD* 940 zacynto 941 cogito, *corr. Pius* auexerit *Seyffertus, sed quaerit ecquis mercator Zacynthum forte advectus puellam secum vexerit* ibi *scil. Zacynthi, quod minime inutile erat apponere* inde audiuerit 942 Cum *B* naugas *C* 943 zacintho (-to *D*, zazynno *C*), *corr. Vssingius* 944 mentitus est indaudiissem *D*, inaudiissem *C*, inaudisse *B* autumant 945 hic *iocum habet* calcas *BD*, callas *C* zacyntiust *C*, zacyntust *B*, zacinctust *D*¹ 946 iam ς: ea 947 i. r. e. *Eutychi B* redi ⟨ex⟩ *Kampmannus* mihi eutice 948 quid parentis metuat mater dati, *corr. Buggius* (mei ualent *Pylades, Camerarius*) 949 benigna aedicis *B* nunc *Pius:* non; hodie *Ribbeckius p. 19* 950 si decet, *corr. Pius* fierit *B* eia quae mi somnias *Vssingius* 951 non sanus *CD*, insanus *B*, *corr. Pylades* ⟨mihi⟩ *Ritschelius* 952 ses 954 éist *Muellerus* 955 modo ergo *Brixius* (*cf. ad Pers. 215; Nordenus mus. Rhen. 49, 206*) quom: cum *CD*, *erasae 4 litt. B* 957 DEMIPHO. LYSIMACHVS (LYSIMACVS *B*) SENES ·II· (S. *om. D*²) *BCD*² *cf. Stich. 579*

LYSIMACHVS

Edepol numquam; cavi ne quid facerem. vix vivo miser.
nam mea uxor propter illam tota in fermento iacet.
DEM. At ego expurigationem habebo, ut ne suscenseat.
LYS. Sequere me. sed exeuntem filium video meum.

EVTYCHVS V 4

Ad patrem ibo, ut matris iram sibi esse sedatam sciat.
iam redeo. LYS. Placet principium. quid agis? quid fit, Eutyche?
EVT. Optima opportunitate ambo advenistis. LYS. Quid rei est?
EVT. Vxor tíbi placida ét placatast. cette dextras nunciam.
LYS. Di me servant. EVT. Tibi amicam ésse nullam nuntio.
DEM. Di te perdant. quid negotist nam, quaeso, istuc? EVT. Eloquar.
animum advortite igitur ambo. DEM. Quin tibi ambo operam damus.
EVT. Qui bono sunt genere nati, ⟨si⟩ sunt ingenio malo,
suapte culpa genere sapiunt, genus ingenio ímprobant.
DEM. Verum hic dicit. LYS. Tibi ergo dicit. EVT. Eo illud est verum magis.
nam te istac aetate haud aequom filio fuerat tuo
adulescenti amanti amicam eripere emptam argento suo.
DEM. Quid tu ais? Charini amicast illa? EVT. Vt dissimulat malus.
DEM. Ille quidem illam sese ancillam matri emisse dixerat.
EVT. Propterea igitur tu mercatu's, novos amator, vetus puer?
LYS. Optume hercle, perge ⟨tú⟩, ego ádsistam hinc altrinsecus.
quibus est dictis dignus, usque oneremus ambo. DEM. Nullus sum.
LYS. Filio suo qui innocenti fecit tantam iniuriam.
EVT. Quem quidem hercle ego, in exilium cum iret, redduxi domum;

958 *post* 959 *traditur, corr. Acidalius* ego pol numquam *Seyffertus Philol. 25, 463* (*solet ponere* numquam edepol) facerem uix uiuum (uiuus sum D^2) ser *CD*, facere multum miser *B*, *corr. Ritschelius* 959 propte (-ter D^2) ellam *CD*, prope illam *B* 960 ergo expurgationem EVTYCHVS ADVLESCENS EIDEM C. *C*, EVTICVS ADOLESCENS SENES IDEM *B*, EVTICVS ADOL. CHA D^2 962 *post* 963 *traditur, corr. Pylades* 962 appatrem CD^1 963 L.: DE *B* fiet *B* eutiche *B*, eutice *CD* 964 optimam *B* oportunitatem ut uenistis *B*, aut uenistis *CD*, *corr. Camerarius* 965 *cf. ad Aul. 603* pacatast *D*, *cf. Lucr. 5, 1154* certe, *corr. Camerarius; cf. frg. inc. 59 G.* 966 tibi ⟨iam⟩ *Ritschelius* 968 quid *B* 969 ⟨si⟩ *Camerarius* 970 capiunt, *correxi; scil. cum generi sapere conveniat, ingenio impediuntur* ingenium, *corr. Colvius* damnum capiunt, genus ingenio cum i. *Ritschelius* 972 aetatem fuerat filio, *corr. Bothius* 973 emptam argento eripere, *corr. Weisius* 974 charine *CD* E. *ex* L. *B* 977 *supplevi* alterinsecus, *corr. ς, gloss. Plaut.* 979 L. *Camerarius:* E. 980 iret *notavit Luebbertus stud. gr. 2, 90, cf. Truc. 163. 381; sed praeter indicativum, velut* ⟨hinc⟩ in exílium cum ibat

nam ibat exulatum. Dem. An abiit? Lys. Etiam loquere, larua?
temperare istac aetate istis decebat artibus.
Dem. Fateor, deliqui profecto. Evt. Etiam loquere, larua?
[vacuom esse istac ted aetate hís decebat noxiis.] 983a
itidem ut tempus anni, aetatem aliam áliud factum condecet;
nam si istuc ius est, senecta aetate scortari senes,
ubi locist res summa nostra publica? Dem. Ei, perii miser.
Lys. Adulescentes rei agendae isti magis solent operam dare.
Dem. Iam obsecro hercle vobis habete cum porcis, cum fiscina.
Evt. Redde illi. Dem. Sibi habeat, iam ut volt per me sibi habeat licet.
Evt. Temperi edepol, quoniam ut aliter facias non est copia.
Dem. Supplici sibi sumat quid volt ipse ob hanc iniuriam,
modo pacem faciatis oro, ut ne mihi iratus siet.
si hercle scivissem sive adeo ioculo dixisset mihi,
se illam amare, numquam facerem ut illam amanti abducerem.
Eutyche, ted oro, sodalis eius es, sérva et subveni:
hunc senem para [me] clientem; memorem dices benefici.
Lys. Ora ut ignoscat delictis tuis atque adulescentiae.
Dem. Pergin tu autem? heia, superbe invehere. spero ego mihi quoque

---

(*cf. Muellerus pros. 757*), *nihil requiritur; nam res magni momenti consulto cum vi repetitur* reduxi 981 nam ibit exulatum *CD, corr. ς*, nam exibat exilium *B* L. *Gruterus:* E. 982 decebat *Pylades* (*quod non recte impugnat Abrahamus, v. i.*)*:* decet te *BD*, decete *C* 983 *altrinsecus alter repetit convicium* 983a *de hoc versu cf. Abrahamus stud. Pl. 184 sq.* ted etate his *CD*, aetate diis *B;* aetate istis te *Bachius p. 275* 984 aetate conuenit, *corr. Lachmannus* 985 istuc iuus *CD*, istu cuius *B*, *ut in lege Corn. de XX quaest.* 986 puplica *C* 987 L. *Goetzius et Schoellius: om.* (E. *vulgo*) agenda est isti *B* opera 988 D. *om.* uobis habete *cf. Herm. 18, 586*, uobiscum habete *schol. Verg. georg. 1, 266* (*cf. Rud. 1347 Pers. 246*), habete uobis *Acidalius* *de formula cf. Stich. 172 Pseud. 343 sim.; Curc. 289. 612 Men. 666. videtur mihi lusisse ut in scrofa, quam — cedimus cum suo foetu et fiscina qua sordes et stercora harae efferimus' Turnebus, de porcis sine dubio recte* (*cf. Rud. 1170 Mil. 1060*), *de fiscina probabiliter. conferas tamen Persi 1, 71* rus — ubi corbes et focus et porci; *Varron. rer. rust. p. 219, 15 K.* fiscellas e iunco — alligant ad naturam 989 Ev. *D*²*: om.* illi *L.:* filio habeas ev iam *B* ut *om. CD* *de verbis cum vi repetitis cf. Most. 11 Truc. 891* 990 temper *CD*, temperare *B*, *corr. Acidalius* copiae, *corr. Guietus* 991 sibi *om. CD* quod *Bothius non recte*, *cf.* quid tibi lubet, quis uolet; *Poen. 881* 992 faciat misero ut *B* est, *corr. Pylades* 993 loculo 995 eutiche te esse rua *CD:* esse rura *B* 996 [me] *Guietus* benefici *CD:* ev bene fiet *B* 997 L. *Camerarius: om.* deliciis tuis: huius *Acidalius* 998 D. *Camerarius:* Lis. *B*, Cha. *D*² hia *CD*, huc *B; de prosodia cf. Richterus in Studem. stud. 1, 543*

tempus tale eventurum, ut tibi gratiam referam parem.
LYS. Missas iam égo istas artis feci. DEM. Et quidem ego dehinc iam. EVT. Nihil ⟨agis⟩:
consuetudine animus rursus te huc inducet. DEM. Obsecro,
satis iam ut habeatís. quin loris caedite etiam, si lubet.
LYS. Recte dicis. sed istuc uxor faciet, quom hoc resciverit.
DEM. Nihil opust resciscat. EVT. Quid istic? non resciscet, ne time.
eamus intro, non utibilest hic locus, factis tuis,
dum memoramus, arbitri ut sint qui praetereant per vias.
DEM. Hercle qui tu recte dicis: eadem brevior fabula
erit. eamus. EVT. Hic est intus filius apud nos tuos.
DEM. Optumest. illac per hortum nos domum transibimus.
LYS. Eutyche, hanc volo prius rém agi, quam meum intró refero pedem.
EVT. Quid istuc est? LYS. Suam quisque homo rem meminit. responde mihi:
certon scis non suscensere mihi tuam matrem? EVT. Scio.
LYS. Vide. EVT. Mea fide. LYS. Satis habeo. sed quaeso hercle, etiam vide.
EVT. Non mihi credis? LYS. Immo credo, sed tamen metuo miser.
DEM. Eamus intro. EVT. Immo dicamus senibus legem censeo,
prius quam abeámus, qua se lege teneant contentique sint.
annos gnatus sexaginta quí erit, si quem scibimus
si maritum sive hercle adeo caelibem scortarier,
cúm eo nos hac lege agemus: inscitum arbitrabimur,
et per nos quidem hercle egebit qui suom prodegerit.
neu quisquam posthac prohibeto ádulescentem filium
quin amet et scortum ducat, quod bono fiat modo;
siquis prohibuerit, plus perdet clam ⟨qua⟩si praehibuerit palam.

1000 L. *Camerarius:* DEM. D^2, *om. B* missus artis feci.et ς (D. *Camerarius):* artificiet E.: CH. D^2, *om. B* ⟨agis⟩ *Lachmannus* 1003 L. *B:* E. D^2 1004 E. *Saracenus:* LIS. *B*, CHA. (*et 1005 praem.* EVT.) D^2 1005 utibile si *CD*, ut si *B*, *corr. Ritschelius* 1006 arbitri ut *CD:* arbitrium *B* 1010 rem magis *B* introire fero *B* 1011 honorem *B* 1013 uideo me fide, *corr. Ribbeckius p. 29* (uide E. ς) sed *Ritschelius* (at *Pareus):* id *abhinc in B graecis litteris personae notantur, superpositis a rubricatore nominum primis litteris: A* (Lys.) *B* (Dem.) *Γ* (Eut.) 1015 legem censeo *Guietus:* leges *A* Censeo *B*, leges *et post spatium* (*quod nomine* CHA. *explevit* D^2) censeo *CD; et praemittit v. 1016 Γ B* 1016 habeamus 1017 *Γ praem. B,* EV. D^2 qui erit: querit BD^1 1018 si — siue *Brixius ad Men. 794:* seu — seu scotarier *B* 1019 hic, *corr. Bothius* 1021 filia 1023 *cf. Abrahamus stud. Pl. 229* quam si praehibuerit *Camerarius:* si prohibuerit; *cf. Brixius ad Trin. 265, Seyffertus Philol. 27, 455*

haec adeó ut ex hac nocte primum lex teneat senes.
bene valete; atque, adulescentes, haec si vobis lex placet,
ob senum hercle industriam vos aequom est clare plaudere.

1024 ut: uolo *Vssingius* 1026 equum *CD*, aecum *B* PLAVTI MERCATOR EXPLICIT *BCD*

in glossario Plautino efflictim (*444*). *dissimulanter.* altrinsecus (*977*). *cf. Mil. 260*

ad v. 595 cf. Mil. 585

Lipsiae typis I. B. Hirschfeldi.